mor mundialis vanitatis et superbie que debet
domari per virtutem obediencie et humilitatis.
Vigor sensibus oculorum deserens est ardor cu-
piditatis et avaricie que debet refrigerari per virtu-
tem misericordie et pietatis. Et ad ista tria
vicia omnia alia reducuntur dicente beato Jo-
hanne in canonica sua c. 2. Omne
quod est in mundo aut est concupiscencia car-
nis aut concupiscencia oculorum aut superbia
vite. Isti sunt tres spiritus immundi quos
vidit beatus Johannes exire de ore draco-
nis Apok. 16. Dico primo quod oculus
ad hoc ne impediatur quin videat debet
purgari ab omni humore noxio visum
prohibente qui est humor carnalis volup-
tatis et concupiscencie, qui purgatur per virtutem

b

continencie et castitatis. Ad literam enim
iste humor inhabitans impedit visum quia fere
ipsum excecat. Ita quod fere de nullo
alio homines cogitare permittit. Unde
Gregorius in moralibus dicit: Ex quo semel
luxuria alicuius mentem inhabitaverit vix eum bona
desideria cogitare permittit. Quidem
viscosa huius desideria que ex suggestione
gestione oritur cogitacio, ex cogi-
tacione affectio, ex affectione dele-
ctacio, ex delectacione consensus, ex consen-
su operacio, ex operacione consuetudo, ex
consuetudine desperacio, ex desperacione
peccati defensio, ex peccati defensione
gloriacio, ex gloriacione dampnacio. Iste
humor excecavit Sampsonem et amo-
vit ab eo totam fortitudinem suam.
Unde dicitur Judicum 16. Unde et versifica-
tor dixit: Omnis amor cecus et
non est arbiter equus. Nam defor-
mem pecus indicat omne decus. Qui-
cunque ad literam nichil tantum nocet oculis
tali humore habundantibus sicut
manus, cum per manum inscriptura in-
telligatur operacio. Quia nichil tantum nocet
sicut peccati perpetracio, quia et si illa
facultatem auferat tamen non voluntatem
immo talem humorem multiplicat. Sed sic
ad purgandum talem humorem valet
zaphirus lotus in aqua munda
et fulgida, et se a claritate preservare
et a tactibus manuum. Sic ad literam
castitas purgat istum humorem sicut effu-
gere specula mulierum et pura sorte
vitare, et carnem per penitenciam maceDare
et frequenter per confessionem se lavare, et
pulcritudinem virtutis castitatis que
est zaphirus pulcerrima conside-
rare, quia non est equa ponderacio
continentis anime. Unde dicitur Eccli. 16. Et ideo
dicit: Quamcunque virtute polleas, quibuscunque
cunque ~~virtutibus~~ nitaris operibus, totum
trahes per terram si careas cingulo ca-
stitatis. Et ideo dicitur Apok. 3. Vestimentis
albis ~~[illegible]~~ induaris ut non appa-

rcat co(n)fusio multitutis tue / et colli
rio vnge oculos tuos ut videas / q(uonia)m
ut d(icitu)r Ozee xi puer isr(ae)l et dilexi
eu(m) / q(uas)i diceret puer .i. purus a cr(imine)
q(uia) deo isr(ae)l .i. videns d(eu)m / et co(n)dilectus
a deo ¶ Uno sit septe(m) co(n)diciones pue- *septe(m) co(n)diciones puero(rum)*
roru(m) oppositas septe(m) viciis capita-
libus / et p(ro)pt(er) hoc merito d(icitu)r q(uod) ger-
minabit sicut lilium / lilium e(st) flos h(abe)ns
in foliis albedine(m) / in g(ra)nis rubedi-
ne / quod integru(m) manens suavit(er)
redolet / s(ed) manibus co(n)fricatu(m) hor-
ribilit(er) fetet Un(de) s(ecundu)m plinium lilio
in colore nichil g(ra)ciosius / nichil re-
dolencius / nichil in v(ir)tute efficacius
Et ad la(tin)um nichil (con)tra decisi(o)ne
et v(ir)ginit(a)te / q(ui)a ip(s)a nichil g(ra)ciosius
nichil redolencius si maneat illi-
bata Cap(itulo) ii. O q(ua)m pulcra est ca-
sta generacio cu(m) caritate O(mn)i(bu)s fetet
deo et hominibus si fuerit p(er) impu-
dicicia(m) violata Ip(s)a aut(em) integ(ra)
h(abe)t in foliis v(er)boru(m) decorem In
gestu v(er)ecundie rubore(m) In fama
odore(m) In co(n)sc(ienc)ia virore(m) In co(n)v(er)sa-
cione decorem In v(ir)tute valore(m)
Ego flos campi et lilium co(n)val-
lium ¶ Dico 2° ad hoc q(uod) ho(mo) no(n)
impediat(ur) / q(uo)m(odo) videat et p(er) (con)s(equen)s sit
isr(ae)l / debet domari tumor mu(n)dial(is)
vanitatis et sup(er)bie / q(ui) domat(ur) p(er)
v(ir)tute(m) h(umi)litatis et obedi(enci)e Dicit
e(nim) s(ecundu)m intencione(m) ph(ilosoph)i 19 de a(n)i(m)alib(us)
q(uod) oculus eminens e(st) debilis visus /
oculus aut(em) p(ro)fundus e(st) boni vi-
sus et fortis Et r(aci)o huius e(st) q(ui)a
in oculo p(ro)fundo v(ir)tus visiva mag(is)
adunat(ur) eo q(uod) mag(is) intus p(ro)fu(n)-
datur Item accedit p(ro)pius ad ner-
vu(m) (con)cavu(m) in quo e(st) v(ir)tus visiva
sicut in fonte Et ad la(tin)um ita e(st) /
homines sup(er)bi et eminentes mi-
nus de deo vident / h(umi)les aut(em)
et plus (con)siciunt et plura vident

et cognoscu(n)t Ma(t)t(hei) xi Abscondisti h(ec)
a sapientibus et prudentibus et reve-
lasti ea p(ar)vulis Et io(hannes) scolaris ma-
xime d(ebe)t fuge(re) sup(er)bia(m) et vanitate(m)
et amplecti h(umi)litate(m) / maxime ut
a nullo erubescat disc(er)e / sic faciu(n)t
aliqui sup(er)bi et vani Cu(ius) (con)t(ra)r(iu)m Aug(ustinus)
dicat Ego senex et tot annoru(m) ep(iscopu)s
a collega meo nondu(m) an(n)iculo paratus
sum edoceri Un(de) in exe(m)plu(m) huius paulus
q(ui) fuit su(m)ma sapi(enci)a p(re)ditus utpote
ad pedes gamalielis doctus / in sua
co(n)v(er)sione missus est ad viru(m) simplice(m)
anania(m) instruendus ab eo Act(uum) p(ri)mo Act(uum)
9 ubi dicit glo(s)a Exemplu(m) descendi
datur ut in sup(er)bia nullus aliu(m) in-
dignu(m) estimet a quo doceatur q(uo)d
ignoret ¶ Dedo eciam d(ebe)t s(cilicet) cavere ne
aliqua sua(m) co(n)dempnet s(ecundu)m Anselm(um)
in li(br)o de silitudinibus Simile e(st) de scul-
tis pauperibus et stolidis scolaribus
Fatui e(ni)m paupes q(ui) co(n)temp(n)u(n)t mo-
dica et ea statim expendu(n)t nu(m)q(uam) p(er)ve-
niu(n)t ad magna Et sic stolidi scola-
res co(n)tempnentes suas p(ri)micias nu(m)q(uam)
p(ost)ea p(ro)pt(er) p(er)venire ad p(er)fectione(m) ma-
ioru(m) Ec(clesiastic)i 19 d(icitu)r Qui sp(er)nit mo-
dica paulati(m) decidit ¶ Tercio d(ebe)t eciam
cavere ne plana fastidiat et ad subti-
lia statim ingeniu(m) suu(m) ferat Cu(m)
t(ame)n (con)t(ra) q(ua)m maxime plana sunt mag(is)
utilia et mag(is) n(ecess)aria Subtilia aut(em)
sunt mag(is) (cur)iosa et sup(er)vacua Sicut
dicit Seneca in quada(m) ep(isto)la ad lu-
cillu(m) Si multu(m) sup(er)esset etatis p(ar)te
dispensandu(m) erit ut sufficeret n(ecess)ariis
Nu(n)c q(ua)nta demencia est sup(er)vacua
disc(er)e in tanta te(m)poris egestate / q(uas)i diceret
magna Et io(hannes) d(icitu)r Ec(clesiastic)i 3 In sup(er)va-
cuis rebus noli scrutari multipliciter
et in pluribus operibus eius no(n) eris
curiosus Patet ergo quo(modo) devitandus
est tumor istius sup(er)bie et vanitatis
Et io(hannes) dicit Cap(itulo) Ec(clesiastic)i 33 Excellencia

a

oculorum meorum ne dederis michi
Quia sicut dicitur prov. 6. Sex sunt que
odit deus Oculos sublimes / et propterea
dicitur in psalmo domine non est exaltatum cor
meum neque elati sunt oculi mei ne
que ambulavi in magnis neque in
mirabilibus super me Si non humiliter sentiebam
quasi diceret / ymo et merito Quia sicut
dicit Augustinus Non alia tibi ad cape
scendam et obtinendam sapienciam invenias
quam que iuncta est ab illo / qui gressum
nostrum vidit infirmum Ea autem prima
est humilitas Secunda humilitas Tercia hu
militas / et quociens interrogares dicerem
humilitas est ista virtus / sine qua si
ceteras virtutes congregas quasi pul
verem in ventum portas Sicut dicit
Gregorius / Humilitas enim sola est obser
vatrix aliarum virtutum / et nichil est
quod ita deo gratum et hominibus faciat quam
si vite merito magni / humilitate si
mus infimi Sicut dicit Ieronimus super
Ezechielem Sed videte quod videtur michi quod
denovo intuit istud quantum ad intellectum
recta veritate novitas Unde ad nichil
aliud vacamus nos, maxime nos
theologi nisi aut dicere aut audire
aliquid novi Ut dicitur Actuum 17. Quantum
autem ad affectum et effectum et incessum
exclusa honestate vanitas Et hoc primo
prima vanitas / Sed certe sic homo non
efficitur israel sed potius per humilitatem / ysaie
xl. Tu israel servus meus iacob quem
elegi Quia enim servus per humilitatem
io et israel i. videns deum Et ideo dixi op
portet quod sit humilitate placidus ut ha
beat odorem obediencie et humilitatis /
Et propter hoc dicitur quod erumpet radix eius
ut libani / radix in terra absconditur
et quanto in terra amplius profundatur /
tanto arbor est firmior et solidior super
terram / Et ad literam ita est de humilitate
homo enim per humilitatem absconditur

b

in terra scipsum cotepnendo / scipsum quod
limus et terra est considerando / de
qua materia formatus et nutritus
est in utero adventum quo post mortem
erit terre cibus vermium ad memoriam
revocando Et sic quanto magis se profun
dat / tanto firmior stat tanto deo
et hominibus graciosior est Unde sicut
a radice trahit arbor humorem / sic
omnes virtutes ab humilitate Et ideo dicitur ad
Romanos xi. Si radix sancta et rami / sed
dicitur radix ut libani propter decorem Ecclesiastici 39
quasi libanus odorem suavitatis
habete ¶ Dico tercio quod ad hoc quod homo
videat et sit israel oportet quod restringetur
ardor cupiditatis et avaricie per virtu
tem iusticie et pietatis Quia sicut pul
vis positus super oculos excecat eos
Modo ista temporalia non sunt nisi pul
vis psalmus / Gloriam meam in pulverem
deducat Et ideo positus super oculos
cordis excecat homines Unde sicut
talpe que terram semper fodiunt et ca
vant ceci sunt Sic homines
avari possidentes ista terrena et tempora
lia super se nichil vident de spiritualibus
et eternis Quia sicut dicitur prov. 17. Ocu
li stultorum in finibus terre Isti sunt
figurati per illum Thobiam de quo dicitur
Thobie 2. quod ex nido yrundinum ster
cora calida ceciderunt super oculos
eius et excecatus est Stercora illa
sunt temporalia Unde Apostolus ad Philippenses 3.
Omnia arbitratus sum ut stercora Sed
dicuntur calida quia plus quam debeant
diliguntur / et si cadunt super oculos
hominis hec excecantur Et videtur michi
quod isti ab ista cecitate possunt curari
sicut ipse Thobias curatus est Unde dicitur
Thobie 6. Exentera piscem et cor
eius et fel repone tibi Sunt enim
hec necessaria ad medicamenta utiliter
Piscis est christus Istum piscem exenterat per

cor
qui profunde cogitat ipius pas-
sione / cor ibi apponit / qui quanta
fuerit acritudo eius passionis
intelligit et ista sunt narria ad
medicina oculorum spiritualium / qm
enim isti oculi liniuntur / tunc interio-
res oculi illustrantur ad istum contemp-
tum Quia enim xpus pro nobis sic semetipm
contempsit quod pro nobis se tradidit tam
dure morti Avaricia Quando aut diuicias
amor inordinatus impedit ...
visum Dicit Eccli 2a Cuius quanto locu-
pletum auitit oculum suum Et Augustinus
in li° de disciplina xpiana Aua-
rus est cecus credendo enim diues
est / non videndo amas pecuniam
o cece quam numquam videbis / cecus
possides cecus moriturus es / quod
possides hic relicturus es Et ideo
quod de avaricia omnia mala oriuntur
et peccatorum omnium spine producuntur / quia
radix omnium est cupiditas / sicut dicit
Apostolus ad Thim. ultimo / et Eccli. 10
Avaro nichil est scelestius Et sequitur
Nichil iniquius quam amare pecuniam
De isto vicio dicit Beatus Bernhardus
Avaricia est rote sermone 20 Avaricia rotis vehitur
Auriga quatuor vitiorum quae sunt pusil-
iumenta lanimitas Inhumanitas contemptus
dei mortis oblivio Porro iu-
menta eisdem sunt Tenacitas et
Rapacitas Hiis auriga omnibus
presidet habendi ardor / sola quidem
avaricia / quia conducere plures sibi
non patitur uno contenta est fauctore
De ista cupiditate loquitur Augustinus
de verbis domini dicens sic Quae est
auiditas concupiscentiae / ut et ipse bel-
ue habeant modum / tunc enim ra-
piunt cum esuriunt / parcunt vero cum
senserint sacietatem Insaciabilis
est sola avaricia diuitum / semper rapit
pr
et numquam saciatur nec deum timet nec
hominem reueretur / nec patri parcit nec
matrem agnoscit / nec fratri obtemperat /
nec amico fidem seruat / viduam
opprimit / pupillum inuadit / liberos
in seruitutem redigit / falsum testimonium
dicit / res mortui occupat quasi qui
talia faciunt non moriantur / Quae est
ista avarorum insania / amittere vitam
appetere mortem / acquirere aurum et perdere
celum / qui dicat magna insania / Igitur
dicte oculi bonorum in pauperes respiciant
Cuius vult quod esse Israel .i. videns
deum debet eam ardore cupiditatis
et avaricie refrenare Et ideo sequitur quod
erit quasi oliua gloria eius / Per uirtu-
tem misericordie et pietatis / contra cupiditatem et
avariciam Oritur enim oliua sicut olei
dulcedine quod est luminosum sui diffu-
siuum et sanatiuum / Sic pietas et misericordia
ferunt fructum dulcedinis / quia fructus
eius dulcis gutturi meo Canticorum 2
Virgo oliua gloria eius Jeremie xi Oli-
uam uberem pulchram speciosam fructi-
feram vocauit dominus nomen tuum Pra-
sicut dicit Jeremie 2 Sanctus Israel domino pri-
micie frugum eius De isto Israel dicit
Deut° 33 Habitabit Israel confidenter
et solus / Sequitur Beatus tu Israel quis
similis tui popule qui saluaris in domino
In quibus verbis tanguntur quinque premia
ex istis virtutibus homini preparata primum
est presidium tute securitatis quo omnis me-
tus abicitur / quia habitat Israel confidenter
Secundum est fastigium celsitudinis sublimitatis a quo
omnes alius excluditur / quia habitabit
et solus / Tertium est stipendium plene
felicitatis quo omnium bonorum status quae-
ritur quia beatus es tu Israel / Quartum est
premium magne auctoritatis quo certis
iure preponitur quia quis similis tui / Quintum
est presidium nimie iocunditatis quo de delectabile
sibi conceditur quia popule qui saluaris in domino
ysa. 10. Israel saluatus est in domino

a

salute etna Quam nobis concedat
dei filius qui est benedictus in secula
seculorum Amen

Sermo in dominica secunda adue

Tu es qui ventus es dominus V-
turus es Mt xi et in evangelio
hodierno videtur mihi quod co-
sueverint quere disputantes et ignorantes
admirantes amantes et desiderantes et
huiusmodi ~~querunt~~ enim | norantes
Querunt enim disputantes et ig | propter in-
ventionem veritatis ex collatione
querunt admirantes propter inspectionem novitatis in actione
querunt amantes et desiderantes propter
adeptionem utilitatis ex inquisitione
Nec mirum quod homines prudentes faciunt
quere specialiter tria | sapiens ex ardore sci-
Ardor sciendi | endi unde dicebat Sapiens
Stupor videndi | Eccl. 1. proposui in animo
Amor habendi | querere et investigare
Querit enim libenter | de omnibus specialiter
est enim sicut dicit Boecius 2o de conso-
latione hominibus boni veri insita
cupiditas Et 1 methaphisice Omnes homines
sua natura desiderant | stupore videndi
Querit etiam sapiens ex | unde filii israel in
deserto videntes manna de celo missum
habentem omne delectamentum et omnis sua-
vitatem saporis pre stupore quesierunt di-
centes Exod. 16. Manhu quid est hoc
unde 2o methaphisice propter admirari inceperunt
philozophari | prudens ex amore habendi
Querit 3o sapientia | rem scilicet quam amat
Ideo querebat sponsa Cant. 3. Num quem
diligit anima mea vidistis quesivi illum et
Movent ergo merito ad querendum | Unde videtur
Ardor cognoscendae veritatis | ad sensum quod
Stupor demirate novitatis | sapiens querat
Amor expectate commoditatis | ut libenter
vera non vana nova non vetera utilia
non inutilia contra multos qui hodie querunt
potius vanitatem quam veritatem videri scioli
quam esse de quibus dicitur in psalmo Filii hominum usque
quo gravi corde ut quid diligitis vanitatem et

b

querentes mendacium Multa etiam alii que-
runt potius in vita peccatorum vetustatem
quam morum novitatem contra quos dicit
Apostolus ad Ephesios 4 deponite vos secundum
pristinam conversationem hominem qui cor-
rumpitur secundum desideria erroris Re-
novamini autem spiritu mentis vestre et in-
duite novum hominem qui secundum deum creatus
est in iusticia et sanctitate veritatis
Contra multos etiam alios qui querunt cu-
riosa quam utilia contra quos dicit Sap-
iens Eccl. 3 In supervacuis rebus noli
scrutari multiplicater et in pluribus operi-
bus eius non eris curiosus Et Se-
neca in epistola 49 ad lucillum sic dicit
Si multum superesset etatis parce
dispensandum erat ut sufficeret ne-
cessariis Nunc quanta dementia est
superflua querere in tantis temporis egesta-
te Patet ergo quod tria faciunt querere
sapientem Modo videtur mihi quod in
adventu filii dei in carnem hec tria
concurrerunt | Dico primo quod fuit
fuit enim latens virtus propalata | latens
fuit patens novitas demirata | veritas
fuit placens utilitas reportata | propalata
Quia sicut dicitur Joh. 1. Lex per Moysen
data est gratia et veritas per ihesum christum
facta est Nec mirum quod ipse de se ipso
dicit Joh. 14 Ego sum via veritas et
vita Super quo verbo dicit Aug. Am-
bulare vis ego sum via fallere non
vis ego sum veritas Mori non vis
ego sum vita Via inquit non er-
rans veritas non fallens vita indeficiens
Unde christus ad terram attulit ve-
ritatem vite veritatem doctrine et ve-
ritatem iusticie Jo. 14 Sermo tuus
veritas est Ante enim eius adventum
latebat ista veritas Quia sicut dicit
Apostolus ad Hebr. 10 Umbra habens lex
futurorum bonorum Unde omnia in figura
contingebat illis 1 Cor. 10 Dico
2o quod fuit patens novitas demirata
Ad literam enim fuit verificatum illud

c

Ier. 31. Nouum faciet dominus super terra, femina circumdabit virum. Bernardus in sermone quodam dicit sic. In assumptione nostre carnis omnipotens illa maiestas tres mixturas fecit ita mirabiles singulares et singulariter mirabiles, quod tales nec facte sunt nec faciende sunt amplius super terram. Coniuncta quippe sunt adinuicem deus et homo mater et virgo fides et cor humanum. Verbum enim anima et caro in una conuenere persona, et hec tria vnum, et hec vnum tria sunt, non in vnius confusione substancie sed in vnitate persone. Hec est prima et superexcellens mixtura. Secunda est virgo et mater utique admirabilis et singularis, a seculo enim non est auditum quod virgo esset que peperit et mater esset que virgo permansit. Tercia est fides et cor humanum. Hijs duobus fidem accomodauit quomodo credi potuit quod deus homo esset, quod virgo fuerit que peperisset. Sicut ferrum et testa iungi non possunt, sic hec duo nequeunt coniungi si non intercedat glutinum spiritus dei. Et hec quidem mixtura excellens. Secunda excellencior, sed tercia excellentissima. Et Leo papa in sermone de natiuitate dicit. Salua proprietate vtriusque substancie in vnitate persone suscipitur a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab eternitate mortalitas, et ad repetendum condicionis humane debitum natura impassibilis nature est vnita passibili deus quidem verus et homo verus in vnitate superposita temperatur, ut quod nostris remedijs congruebat vnus et idem deus et homo dei et hominum mediator et mori posset ex vno et resurgere posset ex altero. Vnde et merito potest dicere xpus in suo aduentu illud

d

Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Gregorius in omel. 32. dicit sic. Quia dominus redemptor noster nouus homo venit in mundum noua precepta dedit mundo. Vite etenim nostre veteri in vicijs enutrite contrarietate opposuit nouitatem sue. Quid enim vetus quid carnalis homo nouerat nisi sua retinere aliena rapere si posset concupiscere si non posset. Sed celestis medicus singulis quibusque vicijs obuiancia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicine calida frigidis, frigida calidis curantur, ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, vt lubricis continenciam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis preparet humilitatem. Ideo dicebat apostolus ad Ro. 6. In nouitate vite ambulemus. Et sequitur. Hoc scientes quod vetus homo noster crucifixus est ut destruatur corpus peccati. Et dicit signanter destruatur corpus peccati. Peccatum enim habet corpus habens duodecim membra quod destruendum est. Habet enim

Caput inflatum per superbiam
Oculos lustros per inuidiam
Aures surdas per obedientiam
Os fetidum per gulam et contemplacionem
Manum aridam per immisericordiam
Pectus frigidum per caritatis carenciam
Ventrem turgidum per accidiam
Pedem lubricum per luxuriam
Intellectum excecatum per ignoranciam
Affectum depravatum per maliciam
Memoriam torpentem per negligenciam
Cor venenatum per iracundiam

Quia ergo istud est corpus peccati quod est malum et fit vetus homo, ideo destructum est per nouitatem vite quam attulit xpus. Sap. 7. In se permanens omnia innouat. Bene ergo in eius aduentu fuit palam nouitas demonstrata, et quantum ad nouitatem signorum, et quantum ad nouitatem preceptorum et quantum ad nouitatem factorum. ¶ Tercio dico quod in isto aduentu fuit plurima vtilitas reportata. Iste enim aduentus

Corpus peccati

12 membra corporis peccati

a

multas nobis attulit utilitates Vn
Bn(ardus) in quodam sermone dicit sic Dives
ille et predives exinanitus est, excelsus
humiliatus est et immensus abbreviatus
est Verus denique deus et dei filius
incarnatus est Sed quo fructu Accipe
ut eius exinanitione ditemur, eius
humiliatione sublevemur, eius abre
viatione magnificemur, eius incar
natione adherentes deo incipiamus
unus spiritus esse cum eo Et in quodam
sermone quem fecit de utilitate adventus
dicit sic Generalis est humano generi mi
seria triplex et quotquot degemus in re
gione umbre mortis, et in infirmitate
corporis, in loco temptationis, si diligenter
advertimus tria hec miromodo miseri
biliter laboramus nam et faciles su
mus ad seducendum, et debiles ad
operandum, et fragiles ad resistendum
Si discernere volumus inter bonum et ma
lum decipimur, si temptamus facere bonum
deficimus, si conamur resistere malo
deicimur et superamur Necessarius
proinde adventus salvatoris necessaria
sit presentia hominibus presentia Christi
Atque utinam et sic veniat ut copio
sissima dignatione sua et in nobis
per fidem habitans illuminet cecitatem nostram
et nobiscum manens adiuvet infirmitatem
nostram, et pro nobis stans fragilitatem
nostram protegat et propugnet Si enim
ille in nobis quis iam decipiet nos
Si ille nobiscum quid deceteris non pos
sumus in eo qui confortat nos Si ille
pro nobis quis contra nos Fidelis consi
liarius est qui neque falli omnino neque fal
lere valeat, fortis auxiliarius qui non
lacessitat, patronus efficax qui et ipsum
sathanam sub pedibus nostris velociter
conterat et omnia eius machina
menta confringat Et ideo ipse in sermone

quodam de vigilia nativitatis domini
loquitur Respirate perditi venit iesus
querere et salvum facere quod perierat
Morbidi convalescite venit ihesus
qui contritos corde sanat unctione
misericordie sue Exultate cuncti
cupientes grandia concupiscentes, de
scendit ad vos filius dei ut re
gni sui vos faciat coheredes Dic
nempe Benedicet anima mea domino et
omnia que intra me sunt nomini sancto eius
qui propitiatus fuerit omnibus iniquitatibus
meis sanaverit omnes infirmitates
meas Repleverit in bonis desi
derium meum Et Cassi super psalmos 92
dicit sic Per Christi adventum declarata
est hominibus potentia sanctissime trinitatis
Per ipsum sacra baptismatis lava
cra pervenerunt Per ipsum beate gratie
dona collata sunt Per ipsum diversa
carismatis munera floruerunt Per
ipsum mors cessabit, vita resur
rexit Per ipsum dyabolus victus, per ipsum
homo noscitur esse liberatus Exul
tat angeli gloriantur celi Et per
nephas adhuc homo ingratus red
ditur cui singulariter subvenisse
monstratur Et propter has utilitates
sancti patres summe istud desiderabant
adventum Vn propheta ysa. 64 dice
bat Utinam disrumperes celos et de
scenderes Et 45 Rorate celi desuper etc.
Unde cantat ecclesia Veni domine
noli tardare Et illud Veni ad li
berandum nos domine deus virtutum etc.
Habemus igitur duo Primum est quod
sicut sapientes propter auctorum peritatis
ex collatione, propter inspectorum novitatis
ex ratione Et propter adeptorum utilitatis
ex inquisitione Habemus secundo quod in
adventu filii dei est lateris virtus prepa
rata Patens novitas demonstrata

plares vtilitas reportata Ergo
merito Johannes propheta et plus quam
propheta, sicut sapiens querit et interro-
gat per suos discipulos xpm dicens
ei verba thematis prassumpta Tu
es qui venturus es. Sz antequam procedam
ad distinctionem thematis Queritur quo
Johannes qui xpm baptizauerat, qui
xpi testimonium perhibuerat, qui ipsum
digito demonstrauerat dicens Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi, qui post
me venit ante me factus est Joh. 1.
Quare interrogauit Tu es qui venturus
es quasi enim ignorauerat quod
predicauerat Sz hanc questionem monet
et soluit Gregorius in omel. 6. dicens
sic Querendum est nobis fratres karissimi
Johannes propheta et plusquam propheta qui ve-
nientem de Jordanis baptisma dominum
ondit dicens Ecce agnus dei ecce
qui tollit peccata mundi, qui et humilitate
sua et diuinitatis potentiam considerans
dicit Qui de terra est de terra loquitur
qui autem de celo venit super omnes
est Cur in carcere positus mittens
discipulos requirit Tu es qui venturus
es an alium expectamus, tamquam sic
ignoret quem ondiderat, et an ipse
sit nesciat, quem ipsum esse prophetando.
baptizando. ondendo clamauerat
Sz hec citius questio soluitur si geste
rei tempus et ordo pensetur Ad
Jordanis enim flueta positus quod
ipse redemptor mundi esset asseruit
missus autem in carcerem an ipse ve-
niat requirit, non quod ipsum redemptorem
mundi dubitet, sz querit ut sciat si
quem is per se in mundum venerat, per se etiam
ad inferni claustra descendat, quem enim
precursor mundo nunciauerat incarnamentum, hunc mo-
riendo ad inferos descendendo precurrebat
Ait ergo Tu es qui venturus es an alium
expectamus, acsi aperte dicat Sic

pro hominibus nasci dignatus es, an
etiam pro hominibus mori et ad inferos
descendere digneris insinua, ut
qui natiuitatis tue precursor extiti, descen-
sionis etiam precursor fiam et venturum
in inferno te nunciem quem iam venisse
in mundo nunciaui Et secundum istam responsionem
ista questio non esset de aduentu domini
ihesu xpi in mundum, sz de descensu
xpi ad limbum Vel potest aliter Simile
responderi quod Johannes interrogauit non
propter sui dubietatem aut ignoranciam
sz propter discipulorum suorum confirmandam
credulitatem et noticiam discipuli enim
Johannis magistrum suum preferebant xpo propter
vite asperitatem Vnde interrogauerunt xpm
dicentes Quare nos et phariseri ie-
iunamus frequenter discipuli autem tui
non ieiunant Vt ergo Johannes examinaret
quem vidisset xpm operantem confirma-
retur in fide et ipsum crederent esse
xpm et non alium Ideo in persona
eorum interrogat Tu es etc. Super quo
verbo dicit Hylarius Johannes non sue
sz discipulorum ignorancie consulit
Vt enim sciret non alium esse predicatum
ad opera eius intuenda discipulos suos
misit, aut auctem dictis suis illius
opera perhibent nec xpus alius ex-
pectaretur, quod cui testimonium opera prestitissent
Merito ergo a Johanne potuit
proponi questio Tu es qui venturus es
Mouit enim eum ad querendum et ardor
investigande veritatis saltem quo ad
discipulos, et stupor intellecte nouitatis
quod cum audisset in vinculis opera xpi
mittens ait etc Et amor expectate
vtilitatis tam in discipulos confirmacione
quam in xpo ad inferos preunciacione Merito
ergo querit et interrogat Tu es qui ven-
turus es. Et primo nota quod ipsa quam in-
terrogacio est suiipsius responsio
Ad hoc enim quod aliquis ad aliquod negocium

a

assumatur nec alius expectetur
requiritur in eo posse scire et velle Sin
merito esset alius expectandus / ma
xime in operibus dei que perfecta sunt
sicut dicitur deut. 32. Qui negocium sua
extendet potencia et facultate Qui
negocium sua transcendet intelligencia
et capacitate Qui negocium sua effi
ceret complacencia et voluntate Modo
in xpo sunt tria opposita Sicut dicunt verba
thematis parte assumpta | sciencie et po
Primo culmen omnis excel | testatis quia
tu es potens ps. 29. Tuum est regnum
tua est potencia tu es super omnes principes
Secundo est in eo lumen omnis sapiencie et claritatis
quia tu es qui ille ~~[illegible]~~ scilicet de quo dicitur
in ps. qui sedes super cherubin quod inter
pretatur plenitudo sciencie / Tercio est
in eo flumen omnis gracie et bonitatis
quia venturus es / ysa. 33. Veniet et
saluabit nos / Merito ergo ipse est qui ve
nturus est nec alium expectamus / Et
merito expectabamus eum / Causa ergo
ut captiui liberaremur | est culmen
ut ceci illuminaremur | omnis excel
ut inferi saluaremur | lencie et potestatis
prestatur assecuracio de nostra liberacione
Tu es / tu liberabis populum de manibus
inimicorum. 1. Re. 10. Quia in eo secundo
est lumen omnis sapiencie et claritatis / nobis
detur consolacio de nostra illuminacione / quia
tu es qui. 1. ad Cor. 4. Et in epistola
hodierna Veniet dominus qui et illu
minabit abscondita tenebrarum et re
uelabit consilia cordium / Quia tercio
in eo est flumen omnis gracie et bonitatis
nobis seruatur promissio de nostra salua
cione quia sequitur venturus es / In
ps. Excita potenciam tuam et veni ut
saluos facias nos | Et propterea sibi debetur
propter excellenciam | timor filialis
propter sapienciam et claritatem sibi debetur honor singularis
propter graciam et bonitatem sibi debetur amor uisceralis
Ut merito dicamus non solum interrogatiue

b

sed enunciatiue Tu es qui venturus
es / Vel possumus sic distinguere Non
possunt dicere perfidi iudei quod xpus
sit ille qui venturus erat nisi propter
quatuor raciones | eius aduentui nulla pre
Primo pro eo quod de | cessisset promissio
Secunda quia per eius aduentum non fuisset secuta execucio
Tercia quia facta fuisset per eum contraria aduentui operacio
Quarta quia non fuisset loci vel temporis debita
obseruacio Sed totum hoc tollitur Ergo
ipse est qui venturus est nec est alius
expectandus | eius aduentus vni
Fuit enim | uersaliter prophetatus
Fuit eius effectus euidenter consumatus
Fuit actus eius miraculosus confirmatus
Fuit exortus quo ad locum et tempus congru
encius obseruatus / Probatum ergo
nostrum thema esse conuenienter versus
quatuor contraria racionibus iudeorum
Primo vera preconizacio prophetarum | Tu
Secundo plena consumacio scripturarum | es
Tercio clara explicacio figurarum | ergo
Quarto opportuna collacio graciarum | qui
venturus es Tu enim es
Per prophetas nunciatus | Ergo Tu es
Per scripturas declaratus | qui venturus
Per figuras prefiguratus | es nec est
Ad gracias expectatus | alius expe
ctandus Et hanc conclusionem esse ve
ram probat valde pulcre sanctus Augustinus
in quodam sermone de aduentu qui inci
pit sic Vos inquam conuenio o iudei
qui usque in hodiernum diem negastis
filium dei Vbi autem scripturas prosequi
tur valde pulcre Et specialiter adducit
illam auctoritatem danielis Cum venerit
sanctus sanctorum cessabit vnctio vestra
Modo non est dubium quod cessauit eorum
vnctio Ergo nullum dubium quin venit
sanctus sanctorum Et ad hoc concordat illud
quod dixit sanctus ille patriarcha Ja
cob Gen. xlix Non auferetur sceptrum
de Juda nec dux de femore eius
donec veniat qui mittendus est et

diuisio thematis

ipe erit expectatio gencium Sed certum
est quod ablatum est sceptrum de Juda
Ergo venit ille qui mittendus erat
et qui erat expectatio gencium quod
esse verum xpus non verbo sed facto respondit
in miraculis coram Johannis discipulis
faciendo cum diceret Opera que ego
facio testimonium perhibent de me Huic
eciam questioni respondet ipsemet Johannes qui in-
terrogabat Joh. 1. dicens Hic est quem
dixi qui post me venturus est ante
me factus est quia prior me erat et
de plenitudine eius nos omnes accepi-
mus graciam pro gracia Et subdit Medius
vestrum stetit quem vos nescitis ipse est
qui post me venturus est qui ante me
factus est cuius non sum dignus ut sol-
vam eius corrigiam calciamenti Et
quia tota scriptura tam novi quam veteris te-
stamenti huic questioni affirmative respondet Jd-
circo solum prosequor responsionem illius
sancte hospite domini Marthe de qua legitur
Jo. xi. Dixit enim sic Tu es xpus
filius dei vivi qui in hunc mundum ve-
nisti In quibus verbis ut messias
Diuisio quadruplex commendatur Et inmutabilitas
Primo quia in eo est vigor in essendo Tu es
Secundo quia in eo est dulcor in pietatis compaciendo xpus
Tercio quia in eo est splendor et generositas in proce-
dendo quia filius dei vivi Caritas in
Quarto quia in eo est amor et caritas redimendo
Quarta sequitur qui in hunc mundum ve-
nisti Dico primo quia in eo est vigor
et inmutabilitas in essendo quia dicitur Tu
es Hec Malach. 3. Ego deus et non
mutor Et ille Boecius de consolacione
dicebat O qui perpetuo mundum racione
gubernas Terrarum celique sator qui tempus
ab evo Jre iubes stabilisque manens
das cuncta moveri Unde pro certissimo
nomen xpo est qui sic dicens filius
israel Qui est misit me ad vos Et in psalmo
Tu es deus qui facis mirabilia Et 1. Reg. 2.
Non est alius extra te Et dixit hec extra te

Quarta sicut dicitur in psalmo Vane constituisti
filios hominum Ad literam enim vix est ali-
quis sicut dicit Boecius 2o de consolacione
Quis est ille tam felix qui cum dederit
inpaciencie manus statum suum permu-
tari non optet Vix est aliquis qui non mu-
tetur vel favore vel detraccione vel prosperitate
vel adversitate Unde sumus sicut arundo
vento agitata quod non erat Johannes sicut
dicitur in ewangelio hodierno quod pertractans
Gregorius in omelia dicit sic Quid existis
videre in deserto arundinem vento agi-
tatam hoc non asserendo sed negando intu-
lit arundinem quippe mox ut contingerit
in alteram partem flectit Quid enim per
arundinem nisi carnalis animus desi-
gnatur qui mox ex favore vel detraccione
tangitur in partem qualibet declinat
Si enim ab humano ore aura favoris
flaverit hilarescat extollit totumque
se quasi ad graciam flectit Sed si ventus
inde detraccionis erupit unde laudis
aura veniebat mox hunc quasi in parte
altera ad vim furoris inclinat Sic
arundo vento agitata Johannes non erat
quia hunc nec blanda gracia neque cuiuslibet
ira asperum faciebat nec prospera hunc
erigere nec adversa noverat inclinare
Arundo ergo vento agitata non erat
quia a status sui rectitudine nulla
rerum varietas inflectebat Discamus
ergo fratres karissimi arundo vento agitata
non esse Solidemus animum inter auras
linguarum positum stet inflexibilis statu
mentis nulla nos detraccio ad iracun-
diam provocet atque ad remissionem inutilis
gracie nullus favor inclinet non nos
prospera elevent non adversa perturbent ut
qui in soliditate fidei figimur nequaquam
rerum transeuncium mutabilitate moveamur
Ut simus sicut ille david de quo dicitur 2.
Reg. 14. Et sicut angelus domini deus meus
rex Ut nec benediccione nec malediccione
moveatur Et ideo dicebat apostolus ad
ephes. 4. Ut non simus parvuli fluctuantes
nec circumferamur omni vento doctrine in

a

necessaria honorum / in astutia ad circumuentionem erroris Cuius oppositum multi faciunt qui dimitterent doctrinam sanam solidam et firmam ad doctrinas peregrinas et vanas se conuertunt Contra apostolum ad hebr. vltimo dicentem doctrinis variis et peregrinis nolite abduci optimum est enim gratia stabilire cor Vnde videtur verificatum de multis quod dicit apostolus 2 ad thimo. 4 Erit tempus quo sanam doctrinam non sustinebunt sed ad desideria sua coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur Et illud eiusdem apostoli ad titum primo Sunt multi inobedientes et vaniloqui et seductores quos oportet redargui docentes que non oportet / turpis lucri gratia Certe ergo homines non habent stabilitatem nec in vita nec in doctrina / nec in opere nec in sermone sed potius ad omnem ventum mouentur Secundo non potest dici homini proprie Tu es sed soli xpo ad hebr. vltimo / Ihesus xpus heri et hodie et ipse usque in secula Apoc. 1 Ego sum alpha et o finis et principium dixit dominus deus qui est et qui erat et qui venturus est omnipotens Et ideo ille sanctus Nathanael Ecce vere israhelita in quo dolus non erat testimonio xpi xpo testimonium perhibens dixit Jo. primo Rabi tu es filius dei / tu es rex israel Et videtur pulcre describit cui ondit eum quo est in eo magisterium veritatis Rabi Joh. 3 Rabi scimus quia a deo venisti magister Quod 2o in eo est plenitudo deitatis / quia tu es filius dei viui Quod tertio in eo est fastigium dignitatis / quia Rex Apoc. 19 Habet in vestimento et in femore suo scriptum rex regum et dominus dominancium Quod quarto ipse est primum nostre felicitatis quia rex israel i. videns

b

tium deum Jo. 12 Benedictus qui venit in nomine domini rex israel non prosequor causa breuitatis Dico 2o quod in isto messia est dulcor et pietas in compaciendo quia Rex i. vnctus vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis Psalmus Et Cant. 1 Oleum effusum nomen tuum ideo adolescentule dilexerunt te / quod pertractat Bernardus sermone 17 super cantica dicit sic Ecce xpus ecce ihesus vtrumque infusum angelis vtrumque infusum in homines quod tamen quod vile sed salubre Si vile non esset non michi effunderetur Si salubre non esset non me lucraretur Particeps nominis sum et hereditatis / xpianus sum / sic xpo sum sed sum quod dicor / heres sum dei coheres autem xpo Et subdit Quid eque mentem cogitantis impinguat / quid ita exercitatos reparat sensus / virtutes roborat / vegetat mores bonos atque honestos / castas fouet affectiones Aridus est omnis anime cibus si non oleo isto infunditur Insipidus est si non hoc sale conditur / si scribas non sapit michi / si non legero ibi xpm ihesum Si disputes aut conferas non sapit michi nisi sonuerit ibi xpus ihesus Est enim mel in ore melos in aure / iubilus in corde Et subdit Tristatur aliquis vestrum veniat in cor ihesus xpus et inde saliet in os / et ecce ad exortum nominis lumine nubilum omne fugit redit serenum la

bitur quis in crimen / currit insuper in laqueum mortis desperando / nonne si inuocet nomen vite respirabit ad vitam / cui aliquando stetit ante faciem salutaris nominis xpo durita ut assolet cordis ignauie torpor rancor ad languore accidie / cui fons forte siccatus lacrimarum / inuo

Bern. cato nomine ihesu non totiens erupit
uberior fluxit suauior. Et. Cui in
periculis palpitanti et trepidanti in-
uocatum virtutis nomen non statim fi-
duciam prestat, depulit metum. Cui
questo in dubiis estuanti et fluctuanti
ad inuocacionem tam clari nominis non
Bern. subito enituit certitudo. Et. Cui in
aduersis diffidenti iamque deficienti
si nomen adiutorii sonuit defuit
fortitudo. Et subdit Nichil ita
ire impetum cohibet, superbie tu-
morem sedat, sanat liuoris vulnus
restringit luxurie fluxum, restringit
libidinis flammam, sitim temperat aua-
ricie, ac tocius indecoris fugat
Bern. pruriginem. Est ergo istud nomen
bene dulce et pium. Dicebat Apostolus
.i. ad thym. i. Fidelis sermo et omni
acceptacione dignus quia xpus ihs
venit in hunc mundum peccatores sal-
uos facere. Bernardus sermone xi super
cantica De ista dulcedine dicit sic
huius digne penset quante fuerit hu-
militatis mansuetudinis dulcoris
dignacionis dominum maiestatis carne
indui, mulctari morte, turpari
cruce. Et subdit Unde o homo quan-
tum de se pro te fecerit, de domino seruus
et de diuite pauper, caro de verbo et
de dei filio hominis fieri filius non
despexit. Memento tamen te et si de
nichilo factum non tamen de nichilo re-
demptum. Sex diebus condidit omnia
et te inter omnia, at vero per totos 30
annos operatus est salutem tuam in
medio terre. O quantum laborauit susti-
nens carnis necessitates et hostis tempta-
ciones. Nonne sibi crucis aggregauit
ignominiam, mortis cumulauit hor-
rorem. Unde dicebat propheta Ante

faciem meam xpus dominus quem nobis dedit
In sua incarnacione exordium leticie
In sua conuersacione speculum mundicie
In sua predicacione documentum sapiencie
In sua tribulacione exemplum paciencie
In morte precium redempcionis nostre
In resurrectione inicium immortalis vite
In remuneracione premium perfecte glorie
Unde dicebat Apostolus ad Coll. 3. Mor-
tui estis et vita vestra abscondita est cum
xpo in deo. Cum enim xpus apparuerit
vita vestra tunc et vos apparebitis
cum ipso in gloria. Secundo videte quod sic
dicebatur supra xpus dicitur quasi unctus. Vi-
detur autem michi quod est triplex vngen-
tum quo debemus vngi ut simus xpi-
ani ad modum uncto. Est enim vngentum
Quoddam vngentum pungitiuum dolorem faciens
Quoddam vngentum lenitiuum dolorem leniens
Quoddam vngentum sanatiuum morbum eiciens
Primum vngentum pungitiuum dolorem
faciens est vngentum contricionis
quod conficitur ex recordacione peccatorum
perpetratorum, quod vngentum bene ha-
bebat propheta in psalmo dicens Iniquitatem
meam ego cognosco et peccatum meum
contra me est semper. Et istud vngentum
est valde bonum quia cor contritum et humi-
liatum deus non despiciet, sicut dicit ipse
ymmo sicut dicit Bernardus sermone 10 super
cantica Tanto minus vilis anima di-
uinis apparebit conspectibus quanto
plus sibi illa valuerit in recordacione
peccatorum suorum. Secundum vngentum
lenitiuum dolorem leniens est vngen-
tum deuocionis quod componitur ex
acceptis diuinis officiis beneficiis. In
psalmo Sacrificium laudis honorificabit
me. Tercium vngentum sanatiuum
morbum eiciens est vngentum compas-
sionis quod est excellentissimum et
conficitur hoc vngentum de necessitatibus
pauperum, de anxietatibus oppressorum

a

de pturbacionibus tristiū / de aliis
delinquenciū / et de omnibus quī
libet miserias erupnis etiā si
fuerit inimici Unde de sup ex
cellencia istius vngenti pseqt²
pulare Bern⁹ simone .12. sup canti
ca ptractās illud Meliora sunt
vbera tua vino flagrancia vn
gentis optimis dicit sic Despu
tas e iocūdus homo q̄ miseret²
et comodat / pronus copati sub
uenire promptus / dare q̄ accipe
patius iudicans / ignoscē facilis /
irasci difficilis / vlcisci penitus nō
acquiescens / et p omnia proximorū
eque ut ppas respiciens neccitates / Cu
cunq3 est aīa sic affecta / sic imbu
ta rore mīe / sic affluens pietatis vi
sceribus / sic te omnibus oīa faciens
sic facta ipa tibi tanq̄ vas pditū
vt cunctis psto vbiq3 ss̄ occurrās
atq3 succurres / sit deniq3 mortua
tibi vt viuās omnibus Tu plane tur
optimum q3 vngentū felix possides
et manus tue distillauint tocius
suauitatis liquore q̄ nō exsiccabit̄ in
tpe malo / nec feruor psecucionis ebi
bet illud / s3 ss̄ des meor erit oībs sa
crificij tui et holocaustū tuū pin
gwe fiet Tale vngentū habebat
Aplus q̄ dicebat .1. ad Cor. .9. Omīb9
oīa factus sum ut oēs saluos fa
cerem Et .2. ad Cor. xi. Quis infir
matur et ego nō infirmor quis scā
dalizat² et ego nō vror Et tale
vngentū debet maxime hēre vni
ecclā ci Bern. Ber. simone .x. sup Cant
de bonis dicit sic Si que forte de
phenderit aliqua teptacione conus
sū / et vnde turbatū triste et pu
sillamem factū nō posse iā ferre
vim teptacionū / quo condolet / quo

b

mulcet / quo plangit / quo cōsolat²
quot argumenta piet̄s mox repit
qbus erigat desolatū Econt si
promptū / si alacrē / si bn̄ pficiēte
cognouerit / exultat / aggredit² /
salutaribus monitis attendit / am
plius instruit de qbus pt ut pfe
ueret / utq3 in melius ss̄ proficiat
exhortatur / omnibus se conformat /
omī in se transfert affectus / matrem q3
se deniq3 probat nō minus defi
cientiū q̄ pficientium Item de
malis dicit ibidē Sunt hodie scā
affectos se induit De hijs dico q̄
amās ipse suscepit / quod eni sit
inscabili gemitu dicēdū nō ē
xpi obprobria / sputa / flagella / cla
uos / lanceā / crucē / et mortē / hec
omnia in fornace auaricie cōflat
et pffligunt in acquisicionē turpis
qstus et lucri / et vnius sui mar
supijs includere festinant Hoc solo
sane a Juda scariotis differentes
q ille horū omnē emolumentū de
nariorū nūo copensauit Isti vo
vaciori ingluuie lucrorū infini
tas exigunt pecunias / hijs insa
ciabili desiderio inhyant / ꝓ hijs ne
amittat timent / et cū amittunt
dolent / harū in amore quiescunt quan
cum tax at acceruare vel augmentare
liberum eis est / cura ciarum et
necessus reputat² nec salus eciā
sui pfecto matrē q̄ cā sunt de
xpi patrimonio nimiū incrassati
impinguati dilatati nō compaciunt²
sup contricione Joseph Et subdit Vere
mater est nō dissimulat / habet
vbera et nō vacua / gaude cū
gaudentibus et flere cum flentibus
nec cessat exprimere / de vbere q̄de
congratulacionis / lac exhortacionis

vngētū

no

no

filius dei

no

scripte induit filius dei aliquē

-dovbere non compassionis lac conso-
lationis Et ista sunt vngenta de
quibus dicitur Cantic. i. Odor vngentorum
tuorum super aromata omnia quod in vngentum
vngentum signatur per vngentum effu-
sum ad pedes xpi Secundum per vnge-
tum effusum ad caput ipsius Tertium
per vngentum effusum ad corpus
sed non prosequor Patet ergo quod in xpo
fuit dulcor et pietas in compatiendo quod
xpus Ideo illa samaritana testimonium
perhibens ei dixit Joh. iiij. Scio quod
messias venit qui dicitur xpus Dico
2o quod in nomine messia est splendor et
generositas in precedendo quod sicut in
themate Tu es xpus filius dei
viui Unde de eo dicit apostolus ad Hebre.
i. Multipharie etc. Nouissime diebus
istis locutus est nobis in filio quem
constituit ~~nobis~~ heredem vniuersorum
per quem fecit et secula qui cum sit sple-
dor glorie et figura substancie etc. Et
Sap. 8. Generositate illius glorificat
totus mundus heres dei Et videtur in
ad primum quod est duplex filiatio Una
naturalis et alia adoptiua Modo
xpus est verus filius dei per naturam
Ps. ij. ymnus dominus dixit ad me filius
meus es tu ego hodie genui te
Nos autem debemus esse filij per adop-
tionem Et videtur michi ad primum
quod septem ondunt esse aliquem filium
dei scilicet Duo primo quod ondit
Firmitas in credendo filium dei fir-
Sinceritas in diligendo mitas in cre-
Benignitas in consulendo dendo Sicut
Largitas in erogando enim pastor
Equalitas in remittendo cognoscit oues
Assiduitas in corrigendo per signum sic
Hereditas in succedendo deus filios
suos per fidem Impossibile enim est
sine fide placere deo ad Hebre. xi. capitulo

quod summe consideranda est Unde sic
dicit de verbis domini Augustinus Nulle ma-
iores diuicie nulli thesauri nulli ho-
nores nulla huius mundi maior
est substancia quam est fides catholica que per-
catores homines saluat cecos illuminat
infirmos curat cathecuminos bapti-
zat fideles iustificat penitentes
repellit iustos augmentat martires
coronat virgines et viduas et con-
iugatas casto pudore conseruat clericos
ordinat sacerdotes consecrat et regna
hereditate celestis cum sanctis angelis collocat Et
alibi dicit Idem Ille apud deum plus
habet qui locum plus attulit non argenti sed
dei Et super Jo. dicit Idem Sicut in
radice arboris nulla prorsus appa-
ret pulcritudinis species et tamen quicquid est
in arbore pulcritudinis vel decoris
ex illa procedit Sic ex fidei humilitate
quicquid meriti quicquid beatitudinis anima sus-
ceptura est ex fidei fundamento procedit
Ideo sicut qui tollit fundamentum tol-
lit totum edificium Sic qui tollit fidem
Fides autem non solum est de hijs que ex-
presse scriptura sacra tradit sed eciam
de hijs que ecclesia per successiones episcoporum
et propagatores ecclesiarum docet et tenet
quia xpus semper fouauit sine macula
et sine ruga Et hoc pulcre deducit
Augustinus xi. contra faustum et contra epistolam
fundamenti Unde enim habemus formas
sacramentorum et multa alia que non ex-
presse ponit scriptura Unde videtur michi
quod dicere quod ecclesia tenet hoc et scriptura
dicit oppositum est impingere in articulum
Credo ~~in~~ vnam sanctam katholicam et aposto-
licam ecclesiam Firmitas ergo in credendo
facit filium dei Jo. primo Dedit eis pota-
tem filios dei fieri hijs qui credunt in nomine
eius Et ad Gal. 3. Omnes filij dei estis
per fidem in xpo ihesu Secundo dico quod fa-
cit filium dei sinceritas in diligendo — Sinceritas in diligendo

Vngentum

Nota de fide

Nota bene contra modernos hereticos hussitas

Filius dei

Septem ondunt filium dei aliquem

nota

a

Caritas

Unde ad ephes. 5. dicit Apostolus Estote
imitatores dei sicut filii carissimi et
ambulate in dilectione sicut et christus
dilexit vos Et ista est virtus super omnes
Unde de ea loquitur Augustinus in libro de lau-
de caritatis dicens sic Qui in caritate omnis
pauper dives est / sine caritate omnis
dives est pauper Hec in adversitatibus
tollerat / in prosperitatibus temperat / in
duris passionibus fortis est / in bo-
nis operibus hylaris est / in temptationibus
tutissima / in hospitalitate latissima
inter bonos fratres letissima / inter fal-
sos pacientissima / in abel per sacrificium
lata / in noe per diluvium secura / in
abrahe peregrinatione fidelissima /
in moyse inter iniurias lenissima / in
david tribulationibus mitissima / in tribus
pueris blandos ignes pacienter
expectat / in machabeis sevos ignes
fortiter tollerat / casta in zuzana
super virum / in anna post virum / in
maria preter virum / libera in pau-
lo ad arguendum / humilis in petro ad
obediendum / humana in christianis ad
confitendum / divina in christo ad ignoscendum
Quid dicam de caritate / si linguis hominum
loquar et angelorum caritatem autem
non habeam nichil sum Ipsa enim est
scripturarum / prophetie virtus / sacramentorum salus /
scientie stabilimentum / fidei fructus /
divicie pauperum / vita morientium. Sed
hodie proh dolor dicitur illud Matthei 24.
Quia superhundavit iniquitas refrige-
scit caritas Unde 2 machab. 1. dicitur quod
non invenerunt ignem sed aquam crassam
Quia ad literam dubium est quod inveniatur ignis
caritatis dilectionis sed aqua crassa
ficte simulacionis Dico tercio quod facit
filium dei benignitas in condonando Matthei
5. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur

Benignitas in
condonando

nota

b

Unde ista est virtus que exsuperat om-
nem sensum Sicut dicit Apostolus ad philippenses 4.
pax dei que exsuperat omnem sensum
confirmat corda vestra et intelligencias
vestras / cum multos qui in conversacione
sunt multum discoli non possunt vivere
in pace Et tamen dicit Cassiodorus
super ps. habeatis unitatem spiritus
in vinculo pacis Nam cum invenni-
ret forma expressior conversacionis an-
gelice quam unitas socialis Et ideo
Augustinus de verbis domini dicit sic pax
est serenitas mentis / tranquillitas animi
simplicitas cordis / vinculum amoris
consorcium caritatis Hec est que simultates tol-
lit / bella compescit / iras comprimit / super-
bos calcat / humiles amat / discordes
sedat / inimicos concordat / cunctis est
placida / nescit extolli / nescit in-
flari / hanc qui accipit teneat / qui
perdidit repetat / qui amisit exquirat
Quoniam qui in ea non est inventus a
patre abdicabitur / a filio exheredi[ta]bitur
nichilominus a spiritu sancto alienus efficitur
Nam ad hereditatem domini pervenire
qui testamentum patris noluerint observ-
are Dico quarto quod facit filium dei
largitas in erogando Et propter hoc
dicit salvator Luc. 6. Mutuum date
nichil inde sperantes et erit merces
vestra multa et eritis filii altissimi
Et sequitur Estote ergo misericordes sicut
et pater vester misericors est Et ista virtus
est misericordia Quia sicut dicit
Jeronimus in epistola ad Nepocianum
Non memini me legisse mala morte
mortuum qui libenter exercuit opera pietatis
habet enim multos intercessores et im-
possibile est preces multorum non exaudiri
Et ideo dicit ille Daniel 4. peccata tua
elemosinis redime Et Salvator di-
cebat Luc. 11. Date elemosinam et
ecce omnia munda sunt vobis Dico
quinto quod facit filium dei facilitas in
remittendo Unde Matthei 5. dicitur diligite

5 Facilitas in remittendo

Pax

Largitas

inimicos vros et bn facite hys qui
oderut vos et orate p psequentibus
et calupniantibus vos vt sit filij pris
vri q solem suum facit oriri sup bonos
et malos et pluit sup iustos et iniu
stos Et ista vtus mirabilit placet deo
q semp paratus est remittere peccati
vn Iacobus dicit q iste sut due ale
qbus aia volat ad dnm tu de eo qd
habet dat indigenti et qd comitti
tur ignoscat delinquti Et Bernar
dus sup cantica dt q sut duo vba
sponsi facilitas in remittedo et lo
ganimitas in expectado vnde ipe
paciter expectat delinquete et cle
meter suscipit penitetem Ideo p
ceptu erat in lege leuit. 19. Non
qras vltione nec memor eris iniurias
ciuium tuorum Dico 6o q ondit esse
filium dei assiduitas in corrigendo
Que em diligit dns corripit et
q pr in filio coplacet sibi Sicut dicit
Sap pu 3 Et ad hebre. 12. Quis
eni est filius que no corripit pr
em est filius que no corripit pr
q si ext disciplina estis adulteri
et no filij estis Ecce q inihi mudo
nullis puniit tribulationibus sugum
e q no sut filij s adulterini vn Ambro
in sermoe de sta petri ad vincula dt Sic
no osculatur semp pr filium s aliq
castigat qui ergo castigatur quia
diligit tunc erga eum pietas exercet
habet em et amor plagas suas
que dulciores sut cum amarius
inferuntur dulcior em est religiosa
castigacio q blanda remissio Ideo
dicebat Sapiens pu 27 meliora
sut vulnera diligentis q fraudulenta
oscula odientis Dico vlto q ondit
filium dei hereditas in possidendo Si
em filius et heres Vnde Gal. 4. Vnde ita
loquitur Apostolus ad Ro. 8. dicens Ipse
spus testimonium reddit spui nro q
sumus filij dei si aut filij et heredes
heredes quidem dei coheredes aut xpi Et

in ps Filij tui sicut nouelle oliuarum
in circuitu mense tue Et in alio ps Cum
dederit dilectis suis sompnum ecce hereditas
domini f. m. fru. ventris Cum dederit
dilectis suis sompnum i. morte tpale
dicit glo Augustinus Ecce hereditas que
hereditas e merces filij no cuiusque s filij
s filij qui est fructus ventris Vn istud
pertractans Gregorius in omel. 27 dicit
sic Cum dederit dilectis suis sompnum
ecce hereditas domini q electi dei post q
puenerint ad mortem tunc inuenient
hereditatem De qua hereditate loquitur pulchre
Beatus Augustinus in libro soliloquiorum aie ad
deum c. penultimo vel an penultimum dicens
sic Sitio domine sitio dnm viuum qn
veniam et apparebo an faciem tuam Pu
tas videbo diem illum diem inquam iocunditatis
et leticie diem quam fecit dns ut exul
temus et letemur in ea O dies prec
lara nesciens vesperum no habens occasum in q
audiam vocem laudis vocem exultacionis
et confessionis intra in gaudium domini
intra in gaudium sempiternum in domum
dni dei tui vbi sut magna et in
scrutabilia et mirabilia quorum no e nus
Intra in gaudium sine tristicia qd conti
net eternam leticiam vbi erit oe bonum
et no erit aliquid mali vbi erit qcquid
voles vbi erit vita vitalis dulcis
et amabilis et deitatis bta visio
que e gaudium omn O gaudium sup
gaudium vincens oe gaudium extra qd
no e gaudium qn intrabo in te ut vi
deam dominum meum q habitat in te Ibo et
videbo visionem hanc Et paruo post
Felices qui de periculo maris huius
educti ad te dm portum tutissimum
puenire meruerunt O vere felices
q de pellago ad littus de exilio ad
patriam de carcere ad palacium pue
nerunt optata in qete beati q
brauium illud perhenne glorie quod
p multas tribulaciones quesierunt iam
felici iocunditate adepti letantur perpetuum

merces

Assiduitas in corrigendo

hereditas in possidendo

a

O vere beati qui iam malorum omnium secu
ti securi iam de sua immarcessibili gla
ad regnum decoris peruenire merue
runt O regnum eternum regnum omnium
seculorum vbi lumen indeficiens et pax
domini que exsuperat omnem sensum in quo
sanctorum anime requiescunt et leticia sem
piterna super capita eorum gaudium et exul
tacionem obtinebunt O quam gloriosum est
regnum in quo tecum regnant omnes sancti
amicti lumine sicut vestimento habentes
in capite suo coronam de lapide precioso
regnum beatitudinis eterne vbi tu domine
spes sanctorum et dyadema glorie fa
ne ad faciem videris a sanctis letificans
eos vndique Ibique gaudium infinitum
leticia sine tristicia salus sine dolore
lux sine tenebris vita sine morte
omne bonum sine omni malo vbi triste
nichil videtur vbi leticia semper ha
betur vbi nullum malum timetur quoniam
ibi summum bonum possidetur quod est
semper videre faciem domini virtutum Fe
lices igitur qui naufraga vita presenti ad
tanta gaudia iam peruenire meruerunt
Et Bernardus in quodam sermone qui
incipit Cogitaciam dum venia dicit
Aie que in celo sunt gaudent ad visionem
dei, christi fratres in natura, coheredes
in gloria, simul in eternum iocunda Et
subdit O beata regio supernarum ci
uitatum in qua beata trinitas a beatis
facie ad faciem videtur locus volupta
tis vbi torrente voluptatis potantur iu
sti Locus splendidus vbi fulgent iusti
sicut splendor firmamenti Locus
leticie vbi leticia sempiterna super capi
ta eorum Locus habundancie vbi nichil
deest timentibus deum Locus suauitatis
vbi apparet dominus suauis vniuersis
Locus pacis vbi in pace factus est
locus eius Non fuit quod dominus meus non
dixit aliquid in ista materia nisi veritatem
Et quod in vltimo sermone que fecit in fe
sto purificacionis reddidit causam quare

b

allegabat plus pro vna parte quam
pro alia non quod haberet opinionem pro illa
parte sed quia pro ea nullus arguerat
et pro alia parte multi Item quod
non est verum quod multi hic mendaciter sermo
nem eius sicut quod bene apparebat quod dominus
meus tenebat hoc assertiue quod omnes
homines dicentes oppositum odio habebat
et alios diligebat Hoc enim est patens
mendacium ymmo placet sibi si veritas
inquiratur Et ideo pulsaras et multas
auctoritates in materia ista adduxit Quamuis hic
displicet sibi de hiis qui veniunt et super
hoc locuti sunt Ioh. 3 ad eos dicit Sic deus di
lexit mundum ut filium suum vnigenitum
daret vt omnis qui credit in eum non pereat
sed habeat vitam eternam Non enim misit
deus filium suum in mundum ut iudicet
mundum sed ut saluetur mundus per ipsum
Et Ioh. 10 christus dicebat Ego veni
ut vitam habeant et habundancius ha
beant illam scilicet vitam De qua loquitur Augustinus
in libro supputacionum de diuinis scripturis
dicens sic Vtinam concessa michi peccatorum
venia ac carnis sarcina deposita
in tua gaudia vera requiem ha
biturum intrarem in tue ciuitatis
preclara ac speciosa menia coronam
vite accepturus ingrederer ut illis
sanctissimis choris interessem vt cum
beatissimis spiritibus glorie conditoris
assisterem ac presente christi vultum cernerem
et illud summum et ineffabile et incircum
scriptum lumen semper aspicerem sicque
nullo metu mortis affici sed de in
corruptione perpetua munere letari po
tuissem sine fine Felix anima que
terreno resoluta corpore libera celum
petit secura est et tranquilla non ti
met hostem neque mortem Habet enim
presentem quem diu quesiuit pulcherrimum dominum quem
dilexit et ad quem tandem leta et
gloriosa peruenit Hanc vero beatitudinis
gloriam nulla dies minuet nullus

Nō

in operibus poterit auferre Viderunt
eam filie syon et beatissimam predicauerunt
et regine et concubine laudauerunt
dicentes Que est ista que ascendit
de deserto delicijs affluens innixa
super dilectum suum Que est ista que
progreditur quasi aurora consurgens
pulcra ut luna electa ut sol / ter
ribilis ut castrorum acies ordinata
/ Que leta exijt festina currit contra
dilectum suum dicentem sibi attonitis
auribus audit Surge amica
mea speciosa mea et veni Iam
enim hyemps transijt / ymber abijt
et recessit / flores apparuerunt in
terra nostra / tempus putacionis aduenit
vox turturis audita est in terra nostra ficus
protulit grossos suos / vinee florentes
dederunt odorem suum / surge propera
amica mea columba mea / in foramini
bus petre in cauernis macerie ostende
michi faciem tuam / sonet vox tua
in auribus meis Vox enim tua dul
cis et facies tua decora Veni ele
cta mea et ponam in te thronum meum
quia concupiuit rex speciem tuam Ve
ni ut leteris in conspectu meo cum an
gelis meis quorum societas tibi
a me repromissa est Veni post pericula
et labores nostra in gaudium domini
tui quod nemo tollet a te Felices facti
dei qui transiistis hoc mortalitatis
pelagus et peruenire meruistis
ad portum perpetue quietis securitatis
et pacis / securi et tranquilli semper
festiui et gaudentes estis Vestro
premiatis ciuitatis que securi estis de
vestra immarcessibili gloria sollicitati esto
te de nostra multiplici miseria per
ipsum vos rogo qui vos elegit qui vos
tales fecit / de cuius plenitudine ca
pacium / de cuius immortalitate iam immor
tales facti estis / de cuius beatissima
visione semper gaudetis Estote inter

cessores nostri subuenite nobis / qui adhuc
in salo huius vite a reflantibus agi
tamur procellis Et infra loquens de
gloria illius superne ciuitatis / et ipse
rex regum in medio tui. et pueri eius
in circuitu eius Ibi ympnidici an
gelorum chori / ibi societas supernorum
ciuium / ibi dulcis solempnitas omnium ab
hac tristi peregrinacione ad tua gaudia
redeuncium Ibi prophetarum prouidus chorus
Ibi apostolorum verus index Ibi inuictus
bellum martirum victor exercitus Ibi sanctorum
confessorum conuentus Ibi veri viri et perfecti
monachi Ibi sancte mulieres et que
voluptates seculi et sexus infirmitatem vi
cerunt Ibi pueri et puelle qui annos suos
moribus transcenderunt Ibi sunt oues et
agni qui iam huius voluptatis laqueos
euaserunt exultant omnes propriis mansionibus
dispar est gloria singulorum / sed communis est leti
cia omnium plena et perfecta Ibi regnat
caritas quia deus est ibi omnia in omnibus
quem sine fine vident et semper videndo
in eius amore ardent et laudant et
amant Omne opus eorum laus sine de
fectione sine labore Felix ego et vere
imperpetuum felix si post iter huius cor
pusculi audire meruero illa cantica
celestis melodie que cantantur ad laudem
regis eterni / ab illis superne patrie ciui
bus beatorumque spirituum agminibus for
tunatus ero et nimium beatus cum
meruero cantare ea assistere regi
meo deo meo duci meo et cernere eum
in gloria sua sicut ipse polliceri dignatus
tus est dicens Pater volo quos dedisti
sti michi sint mecum ut videant cla
ritatem meam quam habui apud te ante
constitucionem mundi Et alibi Qui michi
ministrat me sequatur et vbi ego sum
illic et minister meus erit Et iterum
Qui diligit me diligetur a patre meo
et ego diligam eum et manifestabo ei
meipsum Et Anshelmus libro medi
tacionum in oracione ad beatum Stephanum dicit sic

O felix in gaudio gaudes satiaris
in gloria letitia tua non mutabitur
quam non vis per aliquid abest quicquid vis
ad votum adest Intrivit anima tua
ad divinum fontem vivum venisti ad ipsum
et bibis de torrente voluptatis eius
quantum vis quando vis quamdiu vis semper
saciatus semper bibis ut semper du-
ret satietas eam possidenti semper
enim desideras quod semper habes et
quod securus es te semper habere
cum sua securitate et sacietate nobis
concedat qui est benedictus in secula seculorum amen

Sermo dominica tertia adventus domini
Sermo iste est de conceptione beate
marie virginis in deductione

Erunt signa in sole luc. 21
et est in evangelio hodierno
de dominica Videtis ad sensum quod est
triplex signum quod est delectabile sicut est
Signum amoris ostium dilecti in persona
Signum terroris quod est formidabile sicut est patibulum
latroni ostensum est admirabile
Signum stuporis quod sicut est miraculum
de novo prospectum Et istud triplex
signum deus in sole legitur ostendisse
Primo ad attendendum amorem Pro ad
Primo ad incutiendum terrorem ostendendum
Primo ad inducendum stuporem amorem
fecit signum in sole Iosue 7 quia sol
stetit in medio celi et non festinavit
occumbere spatio unius diei ut populus
israel posset se vindicare de inimicis
suis Pro ad incutiendum autem terrorem fecit
seu faciet signum in sole quia ante ad-
ventum iudicii sicut dicitur Ioel 2 sol
convertetur in tenebras Et math. 24 post
tribulationem dierum illorum sol obscu-
rabitur Et propter hoc Apoc. 6 dicitur quod sol
factus est niger sicut saccus cilici-
nus Pro ad inducendum stuporem fuit
signum in sole quia sol reversus est decem
lineis per gradus per quos descenderat
in horologio achaz Sicut patet 4 Regum 20 et Ysa 38

Et ysa. 28 Et 10 Gen. 1 Cum deus
fecisset luminaria dixit quod essent
in signa Modo videtur quod virgo
beatissima comparatur soli Unica sit
Marcellinus aut ceteras stellas
et planetas excedit in quatuor Est quod
maioris splendoris in claritate
maioris fervoris in caliditate
maioris valoris in fecunditate
maioris dulcoris in suavitate
Sic virgo benedictissima fuit
clarior in cognitione Primo
fervetior in dilectione quod comparatur
fecundior in operatione soli etiam
suavior in exauditione sicut sol
est maioris splendoris in claritate
Sic ipsa fuit clarior in cognitione
Arbitramur vos satis quod cognitio ex-
perimentalis clarior et clarior est mens
omnes cognitiones naturales Beata
autem virgo habuit de multis non so-
lum sicut nunc certam fidem immo et expe-
rimentalem cognitionem Certa ipsa experi-
mento sciuit se sine virili semine
concepisse sine dolore peperisse et
multa alia que nunquam alius experi-
mento non didicit Virgo cognovit
clarius et semper firmius Quia certa
sola fides in passione christi remansit
luc. 2 Maria conservabat omnia verba
hec conferens in corde suo Ut de
ea dicamus illud Eccl. 42 Sol
illuminans per omnia respexit Quare
autem cognovit clarius vide intra propter
septem conditiones quas servavit hic mirabiliter
sicut ad hoc quod quilibet in scientia proficiat
proficiat enim quilibet mirabiliter
Vivendo innocenter Et quia opposita
Inquirendo sapienter istorum fuit
Ostendendo libenter hodie in multis
Memorando frequenter ideo male profi-
Audiendo humiliter ciunt in studio
Persistendo stabiliter tantum sicut
Continuando perseveranter qui recedunt
sicut qui veniunt Sed beata virgo habuit

Innocentie incorruptionis quia virgo
Sedulitate inquisitionis Luc. 1. Quomodo fiet istud
Utilitate collationis Luc. 2. Conferens in corde suo
Assiduitate in commemoratione Luc. 2. Conservabat omnia verba
Humilitate obediencie Luc. 1. Ecce ancilla domini
Stabilitatem
Firmitate continuationis Act. 1. Hii omnes
erant perseverantes cum maria matre eius
Ergo non immerito sic cognovit cla-
rius ut de ea dicamus illud Apok.
1o Sicut sol in virtute sua lucet
¶ Dico 2o quod sicut sol est maioris
fervoris in caliditate, ita ipsa fuit
ferventior in dilectione. Licet enim quia
sicut mater summe unicum filium dili-
gebat. Unde in filii passione ipsius
animam doloris gladius pertransivit. Sicut
sibi prophetice dictum fuerat Luc. 2o.
Et merito sic ille sol de quo dicitur Eccl.
43. Sol in meridiano exurit terram
et in conspectu ardoris eius quis
poterit sustinere. ¶ Dico tertio quod sicut
sol est maioris valoris in fecunditate
fecundat enim terram, sic ipsa fuit fecun-
dior in operatione. Unde beatus Ambrosius
li. 2. de virginitate dicit Quid nobi-
lius dei matre, quid splendidius
ea quam splendor elegit, quid
castius ea que corpus sine corporis
contagione generavit. Et ut de ceteris
virtutibus eius taceam quod virgo erat
non solum corpore sed etiam mente, cor-
de humilis, verbis gravis, animi prudentior,
loquendi parcior, legendi studiosior
non in incerto divitiarum sed in prece
pauperum spem reponens, intenta operi,
verecunda sermone, arbitrum mentis
non hominem sed deum querens, nullum le-
dere, omnibus prodesse velle, maiori-
bus assurgere, equalibus non invide-
re, iactanciam fugere, racionem sequi, virtu-
tem amare. Cum ista fastidivit
humilem, cum derisit debilem, cum vi-
tavit inopem. Nichil in oculis
torvum, nichil in verbis procax, nichil
in actu inverecundum, non gestus fractior,
non incessus solucior, non vox petu-
lancior, ut ipsa species corporis simula-
crum fuerit mentis, figura probitatis. Ta-
lem hanc evangelista monstravit,
talem angelus reperit, talem spiritus sanctus
elegit. Quid in singulis immoror que
tantum digna fuit ex qua dei filius
nasceretur. Et ibidem dicit Talis fuit
Maria ut eius unius vita sit omnium
disciplina. Et ibidem dicit sic Sit
nobis tamquam in ymagine descripta vita
Marie in qua velut in speculo reful-
get species castitatis et forma virtutis.
Hinc sumatis exempla vivendi, ubi
tamquam in exemplari magisteria expressa
sunt probitatis, quid corrigere quid tenere,
quid fugere debeamus ostendit. Et Ieronimus
dicit in sermone de assumptione Si dili-
genter attendis nichil est virtutis, nichil
splendoris, nichil glorie, nichil candoris quod
non splendeat in virgine benedicta.
Et ideo est merito ille sol de quo dicitur Eccl.
26. Sicut sol oriens in mundo in
altissimis dei Sic mulieris bone
species in ornamentum domus eius.
¶ Dico quarto quod sicut sol est maioris
dulcoris in suavitate, sic ipsa est suavior
in exaudicione. Unde beatus Bernardus in
quodam sermone dicit sic Ille solus
virgo beata sileat laudes tuas qui
te fideliter invocatam senserit umquam
in necessitatibus defuisse. Et quid mirum
si advocata adest que etiam non vo-
cata presto est. Et idem in alio sermone
dicit sic Sicut a te despectus et
aversus necesse est ut intereat Sic ad te
conversus et a te respectus impossibile est ut
pereat. Filioli hec est peccatorum scala
hec mea maxima fiducia, hec tota ratio
spei mee. Et idem in alio sermone dicit
sic Maria omnibus omnia facta est
sapientissimis et insipientibus copio-
sissima caritate debitricem se fecit

a

omnibus mie sinu aperit ut de ple
nitudine ipius accipiat vniusi ca
ptiuus redeptionem, eger curacionem, tri
stis consolacionem, peccator veniam, iustus
gratiam, angelus leticiam, denique tri
nitas gloriam, filijque persona humane car
nis substanciam Vt non sit qui se abscondat
a calore eius Et ideo merito Ipsa
enim astat ante benedictum eius filium sicut
prudentissima. fidelissima. et effi
cacissima aduocata vt nos sibi redu
cat ad mediam, obtineat veniam, impe
tret graciam, tandem perducat ad gloriam
Ergo valde suauis est Ecc xi. dulce
lumen et delectabile est oculis vide
re solem merito ergo soli comparatur, ymo
eciam est ille sol qui solem superat de quo
habetur Ecc 33. Ad lucem enim cum sideri
comparata excellit in immensum Bernhardus
in sermone de assumpcione dicit sic Quid
nos tantilli quid racione pusilli
in eius laudibus referemus, cum si omni
um membra verterentur in linguas, eam
laudare sufficeret nullus Altior enim
celo est de qua loquimur, abysso profun
dior cui laudes dicere conamur Ce
lum nequit te voce altior est Ex
uerem generum precedis Si formam
dei te appellem digna es Si dominam
angelorum per omnia esse probaris Ergo
ego digne dicere discamus balbuciendo
Ergo sicut possumus excelsa beate virginis
resonantes Ipse quoque ut tuis precibus comparatur
soli Christo enim sole fuerunt tria signa
predicti de quibus eciam ista sancta mater
ecclesia solemnizat Solemnizat enim

de aduentu christi in mundum
de aduentu christi in iudicium
de aduentu christi in virginis mentis vterum

signum amoris in osculo

In primo aduentu fuit exhibitum
nostre humanitati impressio

humane

In secundo signum erroris in patibulo crucis
In tercio signum stuporis in miraculo de nouo perfecto

Dico quod in primo aduentu fuit in isto

signum amoris nomine osculi

b

sole exhibitum signum amoris in
osculo ... humanitati impresso Ipse
enim benedictum dei filius naturam
humanam assumpsit et sic osculum illud
dedit quod summe desiderauerant
sancti patres dicentes illud Canticorum.
Osculetur me osculo oris sui Unde
pertractans Bernhardus sermone x. dicit sic
Os osculans est verbum assumens, Os
osculatum caro que assumitur, osculum
uero quod ab osculante osculato perficitur
constituitur persona ipsa ex vtroque compa
cta mediator dei et hominum homo Christus
Jhesus Et subdit Felix osculum ac
stupenda dignacione mirabile in quo
non os ori imprimitur sed deus homini
vnitur, et ubi quidem contactus labiorum
complexum significat animorum Hic autem
confederacio naturarum diuinis humana
componit que infirmis sunt et que infelis
pacificat Ipse enim est pax nostra qui fe
cit vtraque vnum Ad hoc igitur osculum
sancti quique antiquis temporibus suspirabant
eo quod iocunditatem et exultacionem thesauri
zat super ipsum, et thesauros sapiencie
et sciencie in ipso absconditos perpeta
ret, Stupent quoque de plenitudine
eius accipere Et subdit circa finem
hoc signum nobis humilibus, nobis
obedientibus, nobis non alta sapien
tibus, nobis eciam vigilantibus et
in lege dei meditantibus die ac no
cte hoc nobis signum quod angeli
promittebat, quod apostoli requirebat
quod prophete predicabat, quod deus
ondidit nobis, in quo recipiat incre
duli fidem, pusillanimes spem
perfecti caritatem Hoc ergo nobis signum
signum ... signum indulgencie
gracie et pacis, cuius non erit
finis Istud ergo signum fuit expressum
in sole .i. in beata virgine Qui in sole
in Sole posuit thabernaculum suum etc.
Racio autem quare istud signum
tantum sancti patres desiderabant est ra
cio autem

signum ... oris

Racio desiderii ... aduentus ... mundo

In documentu vite peregrinacionis
In preciu vite redemptionis | Ergo
In beneficiu vite liberacionis | merito
In precium vite refectionis | istud
In exemplu vite imitacionis | signum
In viaticu vite sustentacionis | deside
In premiu vite glorificacionis | rabat
Vn quilibet perfectus dicebat Non
ia audio moysen impedicioris
lingue lingue factus e in ysaie
labia immunda sunt Jeremias ne
sat loqui qr puer est / et prophete os
elinguues sunt ipse qui locuti
loquitur michi ipse me osculetur
osculo oris sui Jam enim visiones
et sompnia non capio / figuras et
enigmata nolo / angelicas quas fa
stidio species / quippe qui ipsas longe
superet ihesus meus specie sua
et pulcritudine sua Non ergo aliud
siue angelum siue hominem sed ipsum
met peto osculari me osculo oris
sui sicut ipsemet deducat sermone
2° Vnde istud e signum de quo
dicitur ysa° Fac michi signum in bo
num Et illa virga aurea quam ex
tendit Assuerus hester in signum
clemencie Dicit hester Hester 2

Signum terroris

Dico 2° quod solempnizat hodie ecclesia
de aduentu xpi ad iudicium vbi erit
signum terroris in patibulo gehen
ne ostenso Illud enim iudicium erit
valde terribile causa sicut Jeronimus dicit
in epistola ad eliodorum monachum in
dicatiuo domino lugubre mundus
mugiet / et tribus ad tribum pecto
ra feriet potentissimi quondam re
ges nudo latere palpitabunt ad
ducetur ad suis stultis plato discipu
lis suis argumenta non proderunt
quando filius mulieris pauperis iudi
caturus veniet fines terre Et Ansel
helmus de iudicio dicit sic Videbis
erunt peccata accusancia Dexsinistris ista

demonia Dubitis horrendum chaos
inferni / desuper iudex iratus / foras mundus
ardens / intus consciencia vrens Ibi vix
iustus saluabitur et miser peccator sic de
prehensus quo fugiet / latere est impossibile
apparere e intollerabile Ergo hic iste
aduentus est formidabilis Propter hoc
vitas in iudicium tuum quo tuo domine ecce
Et in alio psalmo Audiui enim tuis timui
Et merito quia istud iudicium non potest retra
ctari sicut frequenter humana iudicia re
tractatur. Nec propter cautela dilacionis
Nec propter querela deceptionis Nec propter
medela appellacionis Nec propter tutela
defensionis Ergo merito tunc erit signum
terroris Vnde istud e signum quod scire
volebat a xpo apostoli Mt. 24 dicentes
Quod erit signum aduentus tui et con
sumacionis seculi Et luc. 21 videt dominus
dicens Terrores de celo et signa magna
erunt Istud autem signum eciam erit in sole
in vindicta virginis / quia corpus in matre
de purissimis sanguinibus formatum ma
lis in iudicio terribilis apparebit quod vi
debunt in quem transfixerunt Joh 19 Et
Apoc. 1. ymmo intantum terribilis quod sicut
dicit Crisostomus Augustinus dampnandi mallent
vellent omne tormentum sustinere quam
faciem iudicis irati videre Secundum tunc verifi
catur illud Ezechielis 32 Solem nube tegam

Signum stuporis

Dico tercio quod hodie solempnizat ecclesia
de aduentu xpi in matris virginis vterum
quia de eius concepcione in qua fuit signum
stuporis in miraculo de nouo perfecto
ad litteram sicut deducit Bernardus omelia 2 super
Missus est omnia signa in veteri te
stamento que impleta sunt in maria
Vnde postquam diffuse deduxit concludit
sic Vides quam stupendum sit hoc verum
in virgine / et in virgine factum miraculum
quod tot preuenerunt miracula / tot oracula
premiserunt Vnus nimirum fuit spiritus pro
phetarum Et licet diuersis modis signis
et temporibus / tamen eandem rem dixerunt non diuer
so spiritu et preuiderunt et predixerunt / quod
monstratum e Moysi in rubo et in igne

a

Aaron in v͛ga et flore Gedeonis in
velle et roe Hoc etiā apperte Sa-
lomon p̄vidit in forti mliere et
eius p͛cio Aptius q̄ͤ p̄sciuit de
femīa et viro Sꝫ aptissime ysaias
declarauit de v͛gine Et iō Gabriel
tandē exhibuit ipam v͛gine salu-
tando q̄ istud ē signū de quo ysa vij
Ecce dns dabit vobis signū Vn̄ p͛t
ipā dic̄e daniel 3º Signa et mira-
cula fecit apud me ds excelsus ec-
ce signa et mirālia Fuit enī ipsa

Amabilius nūciata | Sꝫ Johānes
Copiosius sanctificata | p angelū fuit
Generosius desponsata | nunciatus ꝯ alto
Gloriosius fecundata | sonius ipa q͛
Perfectius illibata | dos patri ut
Singularius p͛uilegiata | habent eūd
Graciosius salutata | filiū / q͛ v͛go sin͛
Beatius laureata | dolore pep͛it
Et altius sublimata | sine viro concepit

Ab angelo Aue gr̄a plena / et a toto
mundo audiuit q͛ sup͛ oēs choros an-
gelorū exaltata Vt merito 6ᵉ dica-
mus illud Eccli 36 Innoua signa
immuta mirālia Ipa enī sicut dꝫ Cap
4º est speciosior sole etc̄ Vn̄ de isto
ortu virginis in mūdi ortu dicitū
est Malach͛ Orietur vobis timēti-
bus nomē meū sol iusticie Conclu-
dendo ergo merito dicē possimus de
isto v͛ba thematis p͛ascripta Erūt
signa in sole Prima signa explicit
aduentus que hodie celebramus
fuerūt in v͛gine que soli merito co-
patur Sꝫ q͛ de duobus p͛mis ad
ventibus aliis diximus dica p͛t Ideo
de solo aduentu virginis aliq͛ dica-
mus Erūt signa in sole Sꝫ p͛us
q͛ thema diuidā Vn̄ q͛ de ista co-
cepcione nō debet celebrari Et p͛o
Aucte Bern. q̄ in epla ad lugdunen
sedem ipos q͛uit rephendit q̄ istud

Resumptio thematis de concep͛e

no

b

festū recipiant et solemne celeb-
bat Credo q͛ tn̄ festi celebracio
nō debeat fieri nisi in reuerencia
sanctitatis eius de quo celebrat͛
ad talis honor exhibeat͛ sancti
p͛p͛t conuictoꝫ quā hūt ad diuꝑ
aliis. Hoc aut̄ ē rōne sancti͛ / et
nō solū pctm̄ actuale ymo etiā
originale distinguat a deo Beata
aut̄ v͛go concepta fuit in originali
pctō sicut vident͛ multi dicē sancti
et p͛t p multas rōnes probari
videt͛ q͛ de eius concepcōe nō deꝫ
ecclia festiuare / q͛ sermo debet ee
distinctꝫ a disputacōne / q͛ disputacio
ē ad veritatū inq͛sicōne / et p͛dicacio
esse debet ad morū edificacōꝫ Ideo
volens disputare hic dico breuit͛
hoc esse vīm clarū sꝫ q͛ bta v͛go
concepit pctm̄ originale in cō Et iō
ē q͛ fuit ex concubitu viri et mlis
concepta zō pctm̄ tale in cō hūit
qd̄ nō habuit eius filius q͛ nō ex
virili semine sꝫ mistico spiramine ē
conceptus Luc 1. sꝫ sicut supue-
niet in te etc̄ Et iō nō hr̄e origi-
nale pctm̄ ē p͛uilegiū solius xᵖⁱ
Sꝫ vtrū conceīt in forma pctm̄
originale originale aut v͛tute diuina
fuerit p͛s͛uata / sūt prucis docto-
res opiniones diuise Tamen
q͛cq͛ sic dico / q͛ si etiā forma in
causa pctm̄ originale habuit / qd̄
adhuc de eius concepcōne possumus
valde rōnabili festiuare Suppo-
no tamē sc̄m quē opinioꝫ quo
ad plus q͛ bta v͛go fuit in origi-
nali pctō modica horula / q͛ sc̄m
oēs opinionū potuit sanctificari sancti-
ficata fuit Decuit enī sc̄m Anselm͛
ut ea puritate niteret qua sub deo
nequit maior intelligi Et eterno
vux filius ineīs debuit q̄ntū po-
tuit et decuit honorare Sic dedu

D͛ co

Op de

no

Nō

no

ut Aug. in sermone de assumptione.
Et io dicunt aliqui quod in eodem insta-
ti fuit in culpa et in gratia tamen sub
diversa signa nature. Sed hoc satis
est impossibile cum instans sit indi-
visibile. Alii quod solum per instans fuit
in culpa, et in alio instanti in gratia.
Sed hoc etiam non videtur possibile quia duo
instantia non sunt consequenter se habentia
primo semper inter ipsa est dare tempus
medium. Et io dicunt aliqui quod fuit
per modicam morulam in culpa, et
post modicum fuit in gratia. Hoc ergo suppo-
sito quod de eius conceptione posset so-
lemnizari persuadendo breviter et au-
ctoritate et manuductione. Primo
auctoritate Anshelmi in epistola ad episcopos
Anglie ubi dicit sic. Non credo esse
verum amatorem beate virginis qui re-
nuit celebrare festum sue conceptionis. Et tamen Anshelmus dicit
ipsam conceptam in peccato originali
Anselmus libro II Cur deus homo c. 16. quia cum
genus humanum infectum esset peccato
homini sine peccato quem assumpsit deferri
merito assumpsit deus. Et licet hominis eius
conceptio munda sit et absque carnali
delectationis peccato virgo tamen ipsa unde
assumptus est, in iniquitatibus conce-
pta est, et in peccatis concepit eam mater
sua, et cum peccato originali na-
ta est, quoniam et ipsa in eodem peccavit
in quo omnes peccaverunt. Et patet quod An-
selmus et dicit eam conceptam in originali, et tamen dicit quod non est verus ama-
tor ipsius, qui festum sue conceptionis
renuit celebrare. Secundo persua-
deo istud sic. Quantumcumque aliquod tem-
plum sit pollutum sanguine vel
semine, tamen eius dedicatio solemnis
et celebris habetur per totum diem
licet per partem diei illius fuerit
pollutum sicut patet de dedicatione templi
per Salomonem constructi. 3. Reg. 8. Sed

beata virgo est et fuit templum dei verius
et perfectius quam quodcumque templum materiale ut
puto in quo habitavit plenitudo
deitatis corporaliter. Ergo licet modicam
horulam fuerit in peccato cum tamen per totum
tempus sequens fuerit in gratia, merito de
die conceptionis ecclesia solemnizat.
Praeterea sabbatum in quo requievit dominus
ab omni opere quod patrarat quia fuit a
domino sanctificatum ut patet Gen. 2. celebre
et festivum in lege ex precepto habebatur
domini ut patet Exodi 20. Sed in beata vir-
gine requievit dominus novem mensibus
ergo multo fortius debet sanctificatio
eius haberi celebris et solemnis. Item
tabernaculi quod fecit Moyses sancti-
ficatio fuit ex precepto domini valde ce-
lebris et festiva ut patet Numeri 7. Sed
beata virgo fuit tabernaculum verius
continens sanctum sanctorum ipsum dominum in
suo utero unde de ipsa dictum est illud
Apoc. 21. Ecce tabernaculum dei cum
hominibus et habitabit cum eis. Igitur istius
tabernaculi sanctificationem debemus
solemniter festivare. Tertio si iudaica
lege pro una solemni victoria habita
de pro[...] totus populus israeliticus
perpetuo festivabat sicut patet de Judith
et 2. Mach. Et pro omnibus miraculis opera-
tione ut patet de manna Exod. 16. et
eductione ex Egipto Exod. 12. et
nunc ecclesia de Petri in Anthiochia
sublimatione, et de eius a vinculis li-
beratione sic in festo ad vincula ita
velut solemnizat. Unde hoc quod de
sanctificatione illius quod concepit et pe-
perit illum qui totum genus humanum
de morte et demone triumphavit
per quem fuit ruina hominum reparata
per quem tanta mala perpetrata, ecclesia non
festivabit. Unde concludo cum Anselmo
quod fateor non veri virginis amatorem
qui hodie in eius gaudiis laudibus non
percipit. Sed forte dicetis quod eius

Conceptio de celebritate conceptionis beate virginis

Persuasio

Conceptio de conceptione Johannis baptiste

Racio solucio

a

racionibus videtur qd de Conceptione
beati Johannis baptiste deberet eciam
festiuare, quia fuit eciam in vtero
sanctificatus Dz ad^m 1^o qd no e simile
Et racio diuisitatis pt accipi tam ipe
psone sanctificate qz ronem ipiius sancti
ficacionis qz rone sanctificacionis Primo
rone psone sanctificate Johs enim sic fu
it sanctificatus in utero quantum ad aiaz
qz eius caro no fuit sanctificata Virgo
autem Bta no fuit solum sanctificata qn
tum ad aiaz ymo eciam sm carnem Quia
enim oes sancti et doctores in sanctificacione
virginis in vtero fuit ita rea fomes
ligatus qz postea in scda sanctificacione
sz in filii dei concepcione fuit extinctus
qz nunquam carne eius ad aliqd illicitum
inflammauit Sz in Johanne autem no
sic fuit fomes ligatus n^c in aliquo
facto ymo pt tra carnis sue spinas
et tribulos germinabat Quia caro
concupiscit adusus spiritum Ad Gal Et
sicut tra sacerdotalis fuit inmunis et
pseruata ab omni tributo et quam lege
talliarum Et pz Gen. xl. Jta bta virgo
que ihm q e sacerdos ietrum sm ordinem
melchisedech protulit, fuit ab oi
fomite et carnis contagione liberata
Vnde dr Zachar. 2. possidebit dns
iudam in ptem suam in tra sanctificata
hoc e inmediatrice dei et hoium maria
Quia sicut dr Rom. 6. Sanctificata
sut mebra immortalibus pmogenitoris
hoc e in mortificacione sita, p sua
sanctificacione ppua no pullulaunt ex ea
pui motus ac si esset mortua Et
cte no mirum si fuit eius caro sancti
ficata qr de ea caro xpi formari debe
bat Ipse enim e ho q de ea tulit car
nem sanctificatam Vt dr Aggei 2. Cum
Eccl. 24 dr Jn ciuitate sanctificata simi
requieui Quia igitur ppt sanctifica
cionem aie facta in utero sm sanctos ce
lebratur natiuitas exutero Ergo ppt

b

carnis sanctificacionem debet illius
solius pure creature natiuitas in
vtero seu conceptio celebrari que
sola tm isto mo habuit sanctificacionem
Vt festum conceptionis correspondeat
carnis sanctificacioni et festum natiuitatis
sanctificacioni aie Secundo racione diuisi
sunt ex pte sanctificacionis qr bta
fuit citius et pfectius et finius
sanctificata qz btus Johs uel quicumque
alius Primo citius qr sm Ameri opinionem
ut visum est sup no fuit longe mali
nisi pmodica horula qr 2 dist. xl
Statim sanctificata e ab inimundicia
sua Btus autem Johs no ita cito
fuit sanctificatus sz sexto mense a
suo conceptione Sicut enim dicunt
sancti ipse fuit sanctificatus qn bta
virgo ascendit in montana cum festi
nacione et salutauit Elizabeth qz
exultauit in gaudio in vtero matris
sue hoc autem fuit ut pz luc. 1. postqz
virgo maria xpm concepit ca autem pces
serat. 6. meses a sua conceptione sm
qd habetur luce pmo Et hic mensis
sextus e illi q vocatur sterilis Jgitur
virgo maria fuit citius sanctificata
qz btus Johs Et io qr sanctificacio
Johis fuit ppinquior natiuitati exutero
qz natiuitati in vtero, et ergo bta maria
Jdeo sanctificacio Johannis solum in
natiuitate exutero, illa autem eciam in natiuitate
in vtero debuerit celebrari Fuit 2°
Bta virgo sanctificata pfectius Quia
sicut dicit Btus Ber in sermone cuius
prosior gra sanctificacionis in eadem de
scendit que no solum eius sancti
ficauit ortum sz ipam eciam deinceps
ab omni pctō pseruauit immunem eciam
sicut dr in ps Sanctitas et magni
ficencia in sanctificacione eius Et Btus
Ber in epla ad lugdunenses dicit
xpiana pietas prohibet credere
no magis Johanne virginem spiritu

Ra
sed

nō dā

c

sacto repleta Et quia videmus quod de
maiori pluribus diebus festiuatur
quam de minori sicut patet de solempnitatibus
precentibus octauas Ideo sicut de
maiori sanctificatione tenet ecclesia vi
de sanctificatione marie duobus diebus
festiuare scilicet in die natiuitatis et conceptionis
et in conceptione De beato vero Johanne baptista
vna die scilicet in natiuitate et conceptione Fuit
etiam beata virgo sanctificata firmius
quia ita fuit ab originali peccato munda
ta si concepit quod fuit ab omni peccato
actuali mortali et veniali preser
uata quod nulli alij concessum fuit
expresse dicit Bernardus vbi supra Et Augustinus
in libro de natura et gratia dicit Excepta
beata virgine de qua propter honorem dei
cum de peccatis agitur nullam prorsus
volo fieri mentionem si omnes sanctos et
sanctas congregare possemus et interro
gare si peccatum haberent quid respons
fuisse credimus nisi quod scriptum
est Si diximus quia peccatum non habemus
nos ipsos seducimus et veritas in
nobis non est Igitur ipsa que postea
tandem non potuit in peccato fuit firmius
sanctificata Et ideo dicitur Judith 9
Domus tua in sanctificatione perma
neat Tercia ratio diuisionis sumitur
ex parte sanctificationis Certius enim quod
corpus beate virginis aliud respectum
habuit ad dominum sanctificantem quam cor
pus cuiuscumque alterius sancti Quia
sicut dominus est deus in ipso corpore ha
bitauit corporaliter et de purissimis
sanguinibus corpus christi spiritus sanctus
formauit Itaque quod prius corpus vir
ginis dei verbo suppositum vniretur
Igitur eo singulariter et specialiter sua
sanctificatio ad dominum respectum habuit
singulariter festiuari debet 2 pa. a.
Sanctificaui locum istum vt sit nomen

d

meum ibi Patet ergo quod de ista conceptione
possumus merito festiuare Ad dictum ergo Bernardi
in epistola ad lugdunenses dicit non
esse festiuandum de conceptione dico quod debet
intelligi referendo ipsam ad illa horu
lam qua fuit in peccato originali Sed referen
do ad totum tempus sequens quo fuit ita
copiose sanctificata bene potest et debet festi
uari Sed quia tunc de nouo festum istud
fuit introductum ne propter hoc videtur
peccatum originale negari sicut multi
heretici negauerunt quorum secte in illis
partibus prius inualuerat Ideo reprehendit
lugdunenses quia festum receperat quousque
dicte festiuitatis ratio fuisset per alia
loca diffusius propalata quia vbi maius
periculum imminet ibi cautius est agendum
Vnde si propter scandala pusillorum debet
et potest multa licita dimitti ad tempus
sicut patet ad Romanos 14 potuit racionabiliter
maxime in illis partibus solempnizatio
istius festiuitatis dimitti ad tempus Circa istud
Ad aliud dicendum quod quamuis festum est quando
die anima vnitur carni ex vnione anime
ad carnem contrahitur peccatum originale
a quo beata virgo si concepit fuit statim sa
nctificata Dies autem conceptionis eius
est Ideo illa festiuitas celebratur
habendo relationem non ad morulam qua
fuit in peccato originali sed ad tempus totum
sequens Quia ergo de hac solempnitate festi
uitates dicamus verba thematis pro
assumpta Erunt signa in sole In quibus
verbis ista virgo benedicta describitur et ampliatur
commendanda Prima fuit et mirabilis
primo oraculorum signorum luminari re
fulgentia quidem est prefigurata Erunt sig
na quia pulcerrimorum meritorum et premio
rum singulari excellencia gloriosius il
lustrata quia in sole singulariter adum
brata per primum redditur sim randa offensis
nouitatis gaudium fructuosum Erunt sig
na per 1 ostenditur multiplicatur veneranda

2a

Soluitur
Bernardi dictum
soluitur

nota

nota racionis
solucionis

diuisio
thematis

optinet dignitatis fastigium gloriosum
Quia sol sa nobis languoris vilitas
Ex primo est et miserie sublata maledic
Ex 2o e nobis honoris decoris sacietas
et gratie collata benedictio vt sicut pdi
deramus et mala acquisiueramus Dic
ergo q per istam obtinuimus malorum perditorum
et bonorum recuperatorem vt merito 6l dic
79 tamus illud Cosificatoris Felix mater
aue qua mundus soluitur a ve Que
genitricis eue ve facit esse breue
Bene ergo debemus in hoc tempore tante
virginis congratulari Quia sicut dicit Aug
in sermone de assumptione Auctrix peccati
eua, auctrix meriti maria Eua occi
dendo obfuit, maria viuificando profuit
Illa percussit Ista saluauit Ideo 6l
exclamando lo 2 beatus Bern in quodam
sermone dicens sic Per te virgo beata ce
lum impletum est Infernus euacuatus
est Instaurate ruine celestes
et potoribus miseris vita perdita data
est Jeo in sermone de assumptione per
fectus salutationis angelice Aue gra
plena dicit sic Talibus decebat vir
ginem impigwari muneribus vt esset
gratia plena que dedit celis gloriam
et terris deum, pacemque infudit, fidem
gentibus, finem vitiis, vite ordinem
moribus disciplinam Et Bern. omel. 2. sup
Missus e dicit sic Letare pater adam
sed magis o eua que mater exulta qui
sicut omnium parentes, omnium sic fuistis peccato
res Et quod infelicius, prius peremptores
quam parentes, ambo inquam consola
mini super filia, et super tali filia, sed
illa amplius de qua malum ortum e
prius atque obprobrium nec habeat quid
conseratur ac in omnes pertransit mulieres
Instat namque tempus quo iam tollit obp
brium quod ortum e prius atque obprobrium nec
habeat quid conseratur aduersus feminam
Propere autem eua ad mariam, curre mater

ad filiam, filia pro matre respondeat
ipsa matris obprobrium auferat, ipsa
patri pro matre satisfaciat, quia ecce
et si vir cecidit per feminam iam non eri
gitur nisi per feminam Dicebat autem
Adam, mulier quam dedisti mihi so
ciam dedit michi de ligno et comedi
Jam nunc repe redditur femina pro fe
mina, prudens pro fatua, humilis
pro superba, que pro ligno mortis gustu
tibi porrigat vite, et pro venenoso
cibo illo amaritudinis, dulcedinem
proferat fructus eterni, mutu ergo verbu
iniquie excusationis in vocem gratiarum
actionis, et dic mulier quam dedisti
michi dedit michi de ligno vite et comedi et
dulce factum e super mel ori meo
quia in ipsa ipse viuificasti me, patet
ergo quomodo per istam virginem et e a nobis
doloris languoris vilitatis et
miserie sublata ~~sublata~~ male
dictio, et e nobis honoris decoris
sanctitatis et gratie collata benedictio
Et io in morte huius virginis non e probab
locum esse tristitie quia natalis est
vite Dico ergo primo quod commendanda
e ista virgo benedicta oraculorum
signorum et miraculorum luminari resul
gencia euidenciis consignata propter
quod redditur singulariter admiranda
afferens nouitatis gaudium fructuosum
Quia erunt signa Ad literam enim
ista virgo fuit mirabilis consignata
ac prophetarum oraculis prenunciata, ut
nouis priuilegiis decorata, ut me
rito tota reddita admirabilis de
ea dicitur singulariter quod erunt in ea signa
Ad literam enim nouitas visa facit
admirari Ipsa autem omnia innouat
Sapie .7. Candor e lucis eterne
et speculum sine macula dei maie
statis et ymago bonitatis illius
que cum sit vna omnia potest, et in se
permanens omnia innouat Ergo non
mirum si est admiranda Vnde Bern

vij omnibus super missus est. Dicit sic
est quod inveneris in maria sicut in
virginitate fecunditas etc. ut merito
ipsa dicere possit illud Exod. 32. Si-
gna faciam que nunquam visa sunt super
terram nec in ullis gentibus. Ut
de ipsa exponamus illud Apok.
12. Signum apparuit magnum in
celo mulier amicta sole luna
sub pedibus eius et in capite eius
corona stellarum 12. Ad cuius evidentiam sciendum quod in virgine quatuor precipue mirabilia apparuerunt sicut tamen
omnibus super missus est

[illegible]

Primum quod fuit in ea virginitas
Secundum quod fuit in virgine fecunditas
Tertium quod fuit in ipsa sublimitas
Quartum quod fuit in tanta sublimitate humilitas

Unde dicit sic felix maria cui nec
humilitas defuit nec virginitas quam
non temeravit sed honoravit fecunditas et nichilominus specialis humilitas quam non abstulit sed extulit
fecunda virginitas et incomparabilis prorsus fecunditas, quam virginitas
simul comitatur et humilitas. Quid
horum non mirabile, quid non incomparabile,
quid non singulare. Mirum si non
hesitas horum ponderatione quid magis
iudices esse dignius admiratione
utrum videlicet potius stupenda sit
fecunditas in virgine an in matre
integritas, sublimitas in prole
an in tanta sublimitate humilitas
nisi quod indubitanter horum singulis
preferenda sint simul cuncta et incomparabiliter excellentius est atque felicius
omnia percepisse quam aliqua. Et quid
mirum si deus qui legitur et cernitur
mirabilis in sanctis suis mirabiliorem
se exhibuit in matre sua, qui dicit
non est inventum. Et ista quatuor
mirabilia describit Sanctus Johannes in

verbis predictis describit eum ea.
Primo virginitatis lilio mirabiliter consignatam quia signum magnum apparuit in celo
Secundo maternitatis gaudio speciosius fecundatam quia mulier amicta sole etc.
Tertio humilitatis pomerio gloriosius sublimatam quia luna sub pedibus eius
Quarto humilitatis fastigio gloriosius laureatam quia in capite eius corona stellarum duodecim

ad habendum pulcritudinem speciose incorruptionis

Primum nos invitat
Secundum ad plenitudinem virtuose operationis
Tertium ad habendum promptitudinem fructuose humiliationis
Quartum ad appetendum celsitudinem gloriose fruitionis.

Dico primo quod describitur
virginitatis lilio mirabilius consignata
quia signum etc. quod nos invitat ad habendum pulcritudinem speciose incorruptionis. Nos videtis ad literam quod rex quam
valde tunc diligit ut melius custodiatur claudit et signat ut pecuniam in theca. Res quam summe deus dilexit
fuit anima mea quia eam emit non quocumque precio sed sanguine suo proprio. Et ideo quanto
plus diligit tanto plus consignat speciali signo virginitatis. De quo
signo dicebat beata Agnes: Posuit
signum in faciem meam ut nullum preter eum
amatorem admittam. De quo signaculo
dicitur Cant. 8. Pone me sicut signaculum
super brachium tuum. Et quia Christus summe
dilexit virginem benedictam ideo ipsam
virginitatis lilio mirabilius consignavit.
Unde de ea dicitur Cant. 4. Ortus conclusus soror mea sponsa, ortus conclusus fons signatus. Sic videte quod virginitas marie non dicitur quodcumque signum
sed signum magnum. Fuit enim istud signum

magnum novitate
magnum dignitate
magnum utilitate

Primo dico quod fuit
magnum novitate. nō p° / novitate
Ad literam enim beata
virgo nova virginitate sinvaecat in
voto. Primo erat in lege sterilis maledicta. Et ideo hoc admirans Bernardus in omelia 2.

a

super missus est dicat sic O virgo pru-
dens o virgo devota quis te docuit
placere deo in virginitate, que lex, que
iusticia, que pagina veteris testamenti
vel precepit vel conclusit vel hortatur
in carne non carnaliter vivere, et in terris
angelicam ducere vitam. Ubi legeras beata
virgo, sapientia carnis mors est et
curam carnis ne feceritis in desideriis.
Ubi legeras de virginibus quod cantant can-
ticum novum quod nemo alius cantare potest
et sequuntur agnum quocumque ierit. Ubi
legeras ~~castratos~~ laudatos esse qui castra-
verunt se propter regnum dei. Ubi legeras
In carne ambulantes non secundum carnem
militamus, et qui matrimonio iungit vir-
ginem suam bene facit, qui non iungit melius
facit. Ubi audieras Volo meum consi-
lium de virginibus autem preceptum non habeo
consilium autem do. Unctio docebat te de
omnibus ac sermo dei vivus et efficax
tibi factus est prius quam filius, prius instru-
xit mentem quam induit carnem, ex quo
ergo te devoves exhibere virginem [illegible] et
nescias quod ipsum te exhibere oporteat et ma-
trem. Eligis in Israel esse contemptibilis
et ut illi placeas cui te probasti mereri
maledictum sterilitatis. Et ecce male-
dictio benedictione mutatur, sterilitas fe-
cunditate compensatur. Aperi virgo
sinum, expande gremium, prepara uterum
quia facturus est tibi magna qui potens
est in tantum quod pro maledictione in Israel
beatam te dicent omnes generationes. Nec
suspectam habeas prudens virgo fecun-
ditatem quia non auferet virginitatem.
Concipies sed sine peccato, gravida eris sed
non gravata, paries sed non cum tristicia,
nescies virum et gignes filium. Qualem
filium? Illius eris mater cuius deus est
pater. Filius paterne claritatis erit corona
tue castitatis, sapientia paterni cordis
Erit fructus uteri virginalis. Deum
denique paries et de deo concipies. Co-

b

fortare virgo fecunda, casta puerpera
mater intacta, que non eris in
Israel ultra maledicta, neque inter
steriles deputata. Et si adhuc
maledicceris ab Israel secundum carnem
non quia sterilem videt, sed quia fecunde
invidet. Memento quod Christus male-
dictum pertulit crucis, qui te sua matrem
benedixit in celis, sed et in terris ab
angelo benedicta, et ab omnibus generationibus
de merito beata predicaris. Benedicta
tu in mulieribus et benedictus fru-
ctus ventris tui. ¶ Fuit etiam istud — 2o d[ignitas]
signum magne dignitatis, quia per
virginitatem una cum humilitate in tantum deo
placuit quod in eius uterum descendit — no[ta]
Nolebat enim deus nasci nisi de virgi-
ne. Unde Bernardus omelia 2 super missus est
dicit sic Deum huiusmodi decebat
nativitas ut non nisi de virgine
nasceretur. Talis congruebat et virgi-
ni partus ut non pareret nisi deum. Pro-
inde factor hominum ut homo fieret na- — lilium
sciturus de homine talem sibi ex omnibus
debuit eligere immo condere matrem qualem
esse deum decebat et sibi noverat pla-
cituram. Voluit itaque esse virginem
de qua immaculata et immaculatus
procederet omnium maculas purgaturus.
Voluit et ~~hominem~~ humilem de qua
mitis et humilis corde prodiret. Et
subdit Ut ergo que factum factorem con-
ceptura erat et precii precium facta
esse corpore accepit donum virginitatis
ut esset mitis mente accepit humilitatis.
Hiis muniis virgo regia gemmis or-
nata virtutum geminoque mentis pariter et
corporis decore prefulgida, specie
sua et pulchritudine sua in celesti-
bus cognita, celi civium in se pro-
vocavit aspectus ita ut in regis animum
et sui concupiscentiam inclinaret, et
celestem nuncium ad se de supernis
adduceret. ¶ Tercium fuit istud signum — 3o virtu[s]

[Right margin, top:] humilit[as] virginis

[Right margin, beside lines 30–32 of column b:] [illegible] / 6 folia / 26 [illegible]

magnum utilitate virginitas enim af-
ficit multas utilitates
Primo nimia formositate
Secundo angelorum conformitate
Tercio carnis integritate
Quarto mundissima puritate
Quinto et dulcissime suavitate
Sexto valoris preciositate
Septimo fruendi deo maiori optimitate
Octavo desponsationis dignitate
Nono divine prolis societate
Decimo victorie claritate
Undecimo significationis nobilitate
Duodecimo remunerationis copiositate

Non est species causa bonitatis sed ecce ego illud signum magnum quod primo in beata virgine incipit apparere in celo ecclesie militantis

de quo signo dicitur Ysa. 7° Dabit dominus
ipse vobis signum Ecce virgo concipiet et pariet
Sed proh dolor nunc hodie apparet
in ecclesia illud signum Vereor ne
appareat potius signum luxurie
et voluptatis Et racio videtur ista quia
omnia virginitas que inter ceteros flo-
res lilio comparatur quia sicut lilium (Lilium)
integrum manens suaviter redolet
sed confricatum manibus fetet Sic
virginitas deo et hominibus redolet
si manserit illibata fetet autem
si per incontinenciam fuerit violata Cant.
2. Sicut lilium inter spinas etc. Istud
autem lilium habet sex folia ipsum conservancia (Lilium habet vi folia et vi spinas)
et sex spinas ipsum lacerancia Primum
folium est virtus sobrietas sed istud
folium laceret quedam spina que vocatur
ebrietas Sic hic patuit Gen. 19
de loth et filiabus suis Unde Jeronimus
Venter vino estuans de fa-
cili spumat in libidinem Prov. 20. Lu-
xuriosa res vinum et tumultuo-
sa ebrietas quicumque hiis delectatur
non erit sapiens Secundum folium est opo-
sitas sed istud folium quedam spina la-
ceret que vocatur ociositas Sic
enim aqua que stat et non fluit incurrit
multas sordes et immundicias sic

apparet in aquis paludalibus Sic
homo ociosus Ezech. 16 Hec
fuit iniquitas sodome habundancia panis
saturitas et ocium Tercium folium est
vestitus asperitas sed istud laceat quedam
spina que vocatur vestitus molli-
cies seu suavitas Unde sicut dicit (Nota)
Aug. Corpus deficit ubi caro requie-
scit Sicut enim caro mollibus sic anima
duris nutritur Et ideo Johannes vestitus
erat pilis camelorum et zona pellicea
super lumbos eius Quartum folium est
sensuum cohibicio sed istud laceat quedam
spina que vocatur videndi curiositas
Sicut hic apparuit de dyna filia
Jacob Gen. 34 Egressa est dina ut
videret mulieres regionis illius oppres-
sa est a Sychem et virginitatem perdi-
dit Quintum folium est modestie taciturnitas
nitas et istud laceat quedam spina
que vocatur garrula loquacitas Sic
apparet Prov. 7 de garrula muliere
Sextum folium est convictus exterioritas
sed istud laceat quedam spina que vocatur
nimis domestica et assidue familia-
ritas quia ad ista sequitur peccandi oppor-
tunitas sicut hic patuit de Thamar
quam violavit Amon frater suus
quia erat solus cum sola ut patet 2. Reg. 13 (Nota)
Unde ergo hodie in ecclesia et religiosis
videmus potius spinas lacerantes
lilium quam folia conservancia Ideo potius
apparet in celo militantis ecclesie signum
luxurie et voluptatis quam munditie
et virginitatis Quia multi dicunt hodie
illud Sap. 2 Venite et fruamur bo-
nis que sunt et utamur creatura tamquam
in iuventute celeriter Vino precioso
et unguentis nos impleamus et non
preterat nos flos temporis Coronemus
nos rosis antequam marcescant nullum
pratum sit quod non pertranseat luxuria
nostra Ubique relinquamus signa leticie

a

Hinc conqueritur Bernhardus in quodam sermone
dicens sic, dilatatur ecclesia etc. Secundo dico
in beata virgine apparuit signum vir-
ginitatis quia fuit virginitatis lilio
inviolabiliter consignata ¶ Dico 2°
quod fuit maternitatis gaudio speciosi-
us fecundata quia mulier amicta
sole Et hoc nos incitat ad habendum
plenitudinem virtuose operacionis Fuit enim
amicta sole cum dei filium gestavit
in utero Et tamen hoc quod florebat lilio
virginitatis caret obprobrio sterilitatis
et sic esset pre omnibus mulieribus be-
dicta Hinc Bernhardus omelia 2. super missus est
dicat sic Christo te devovet ex tibi
virgine etc. ¶ Sicut ergo sol intrat
vitrum sine corrupcione vitri, sic dei
filius virgine sine ipsius corrupcione
Hinc Bernhardus omelia 2. super missus est dicit
sic Virgo beata aptissime sideri com-
paratur Nam sicut sine corrupcione
sidus suum mittit radium sic absque
sui lesione virgo parturit filium, nec
sideri radius suam minuit claritatem
nec virgini filius suam integritatem Illa
ergo est nobilis illa stella ex Jacob or-
ta cuius radius universum orbem illu-
minat, cuius splendor et prefulget
in supernis, et inferos penetrat, terras
eciam perlustrans et calefaciens magis
mentes quam corpora, fovet virtutes, vicia
excoquit, Ipsa inquam est preclara et exi-
mia stella super hoc mare magnum et
spaciosum necessario sublevata, micans me-
ritis et illustrans exemplis Ergo bene
dicitur amicta sole Hinc de ea dicitur ysaie
.49. Claritas solis vocabitur Hinc et Cant.
.6. Que est ista que progreditur quasi auro-
ra consurgens pulchra ut luna electa
ut sol terribilis ut castrorum acies or-
dinata Et Hester 10 de ea dicitur in figura
Fons parvus crevit in fluvium, in
lucem solis conversus est et in aquas plu-

b

rimas redundavit Ad literam enim ipsa
est fons qui est ¶ Sed iste fons
Accedentibus in perpetuum conversus est
Inquinatis in lavacrum in solem
Languentibus in remedium habens
debilibus in subsidium sicut sol
Estuantibus in refrigerium in materia
Fatigatis in solacium puritate
Sicientibus in poculum in forma
Arescentibus in irriguum claritate
et in influencia virtuositate De qua dice-
bat Bernhardus omelia 2. super missus est
In periculis in angustiis in rebus du-
biis Mariam cogita, Mariam
invoca, non recedat ab ore, non recedat
a corde Et ut impetres oracionis
suffragium ne deseras conversacionis
exemplum Ipsam sequens non devias
Ipsam rogans non desperas Ipsam
cogitans non erras Ipsam tenens
non corruis Ipsa protegente non me-
tuis Ipsa duce non fatigaris Ipsa
propicia pervenis Istud ergo sicut dic-
tum est super nos incitat ad plenitudinem
virtuose operacionis Ut sicut ipsa fuit
fecunda in sobole sic nos simus
fecundi in bona operacione non steri-
les quia dominus querens fructum in ficul-
nea et non inveniens maledixit
eam Hinc omnis arbor que non facit fru-
ctum bonum excidetur et in ignem mit-
tetur Mt. 3. Et videte quod sicut lig-
num vitis cum non facit fructum inter omnia
ligna minus est de utilitate nisi ad
faciendum ignem Sic clerici et religiosi
qui comparantur viti nisi afferant fructum
boni operis sunt ceteris inutiliores
nisi ad comburendum in igne infernali
Sicut ergo sol continue movetur et
per motum terram fecundat, fructus procrea-
et terram lustrat, tempora determinat et
umbram vadiat, et calores ma-
nifestat Sic clericus et religiosus
debet terram fecundare primum et corpus

sionem fructus pariat preciosa
operacionem Terra lustratur per fructorum suorum
discussionem Tempora determinare
per debitum sui et agendorum ordina-
cionem debet. Sic umbreas variare
per temporalium abdicacionem debet colores
vir manifestare per honestam conuersacionem
Sicut eciam sol facit per suum motum
quod fructus in hyeme concipitur
in vere nascitur in estate auge-
tur in autumpno colligitur Sic
quilibet clericus et religiosus debet
in adolescencia concipere bonum propositum
in iuuentute parere conceptum in se-
nectute proficiendo producere usque ad
perfectum ut in morte colligat fru-
ctum Quia prouerbiorum 4 dicitur Iustorum semita
quasi lux splendens crescit et procedit
usque ad perfectum diem Et ideo de homine
virtuoso dicitur Eccli 27 Homo sanctus
in sapiencia manet sicut sol Vnde de
tali dicitur Apoc 10 quod facies eius
erat ut sol Tercio tamen quod fuit humi-
litatis premio gloriosius subleuata
Quia luna sub pedibus eius
quod nos monet attendendum pulcri-
tudinem fructuose humiliacionis Nam beatam
eam humilitas subleuat qui se hu-
miliat exaltabitur Luc 18 Et quanto
maior humilitas tanto maior exal-
tacio Humilitas Marie fuit summa
sicut Bernardus omelia quarta super missus
est per verbis illud verbum eiusdem virginis
Luc 1o Ecce ancilla domini dicit sic
Que est hec tam sublimis nobilitas
que tedere non nouit honoribus
intumescere gloria non nouit mater
dei eligitur et ancilla se nominat
et non mediocris est ... humilitatis insi-
gne nec oblata tanta gloria obli-
uisci humilitatem Non magnum est
enim esse humilem in abieccione Sed
magna prorsus et rara virtus humi-
litas honorata Quia ergo sublimio-

rem humilitatem habuit ideo merito
meruit sublimius exaltari Et ideo luna
sub pedibus eius id est omnis pura crea-
tura siue angelus siue homo que quanta
est de se est mutabilis sicut luna Et
quia alia est claritas solis alia lune
sic dicitur 1 ad Cor 15 Maria autem est
sol ut visum est ergo super omnem lu-
nam ... permanebit in sole et in
luna in generacione et usque in sempiternum
Sed nunc hodie in humilitate ipsam imi-
tamur dubito quod minus quam ceteri quod
bene apparet in aliorum contemptu in
superbo ornatu in superfluo apparatu
in nimio comitatu in contencioso affa-
tu ascendamus in hoc mundo usque
ad celos et dubito quod in alio descendemus
usque ad abyssos Ad contrarium autem nos
monebat beatus Bernardus omelia prima dicens
Sic audis Maria virgine audis et
humilem si non potes imitari virginitatem
humilis imitare humilitatem virginis
Laudabilis virtus virginitas sed humili-
tas magis necessaria Illa consulitur ista
precipitur Ad illam inuitaris ad istam co-
geris De illa dicitur qui potest capere capiat
De ista dicitur nisi quis se humiliauerit
sicut paruulus iste non intrabit in regnum
celorum Illa remuneratur ista exigitur
Potes denique sine virginitate saluari sine
humilitate non potes Potest inquam placere virgi-
nitas quam humilitate deplorat humilitas
que virginitatem deplorat amissam
Sine humilitate audeo dicere quod nec Marie
virginitas placuisset Si enim Maria
humilis non esset spiritus sanctus super
eam non requieuisset Sicut et ipsa
perhibet dicens Respexit humilitatem
ancille sue Et sic ex virginitate
placuit tamen ex humilitate concepit ymmo
ut placeret virginitas humilitas procul
dubio fecit Et subdit Quanto tu ho-
norabilior es in singulari munere
tanto tibi maiorem iniuriam facis si

humilitate trie p ium

nota

a

totum fedas pmixtione supbie cũa
g° mala sit tanta humilitate tenuit
ideo ois luna ẽ sub pedibus eius
ps. omnia subiecisti sub pedibus
eius lrã. vel si p luna tpalia
intelligat ipa et nos exemplo eius
habuit luna sub pedibus hore te
podlia sub affectu cuma diuitie
si affluãt nolite cor apponẽ Jn
ps. Jz hodie pcsdolor in ecclia nõ
auditur nisi de tpalibus nõ autem
bñdi in expositione regule mẽ p
tractans illud celum suspexit et tram de
spexit. Dico qrto et ultimo q ista
virgo comendat q sublimitatis fa
stigio gloriosus laureata q in
capite eius cõna stellarum .12. Ista
cõna de duodecim stellis si(gnificat) sectm
qd mam sunt duodecim privilegia istius
virginis quorum q(ua)tuor sunt de celo
q(ua)tuor corporis excepte, et q(ua)tuor excepte aie

Primum fuit anglica salutacio — p(ro)pter p(ri)ma
Scdm in vtero sanctificatio — q(ua)tuor
Tcium spus sancti supuentio — sibi dixit
qrtum filij dei concepcio — anglus
Ista q(ua)tuor sunt de celo — dns tecum
qntum fuit q fuit virginitatis pmixta — p(ro)pter 2a
sextum q sine corrupcione fecunda — q(ua)tuor sci
septimum q sine grauamine grauida — dixit
octauum q sine dolore puerpa — benedicta
Et ista q(ua)tuor sunt excepte corporis — tu in
nonum ẽ pudoris mansuetudo — mulie
decimum ẽ humilitatis deuocio — ribus
vndecimum fidei et opis magnitudo — p(ro)pter
duodecimum martirium cordis — tercia

q(ua)tuor Aue gratia plena vel possunt
sic distingwe. Habuit enim p(ri)mo ista virgo
sup dyabolos tria privilegia

Primo innocenciam — cuma ipa contriuit
scdo gratiam — caput dyabo(li) et ista
tercio potenciam — tria posuit excepte
posteriori in cõna. Habuit autem alia
tria super homines scilicet p(ro)peccatori

b

peccatoribus veniam — et ista po
penitentibus gratiam — suit in pte
iustis gloriam — sinistra in cõ
na. Habuit etiam tria sup anglos scilicet
carnis virginitate — cuma exal
prolis fecunditate — tata ẽ super
sedis sublimitate — choros anglorum
Et ista sunt in pte dextra in cõna
habuit etiam tria p(ro)pter respectum ad
prem et filium et spm sanctum
p respectum ad spm stm grãe imensitate
p respectum ad filium quadam maioritate
cũam iure matris impat redemptori
p respectum ad prem quadam equalitate
cũma ille alt idem q ẽ filius dei pa
tris est filius virginis matris. Vir
go habet cõnam stellarum duodecim
Jn ps. posuisti in capite eius cõnam
de lapide precioso. Et Exod. 2a. fe
at ei cõnam auream p girum. Et Exo.
31. faciet illi cõnam similem

Sermo in septuagesima

Sic currite ut compthendatis
.1. Cor. 9. et in epla hodier
na videtis ad sensum q currunt
paupes et laborantes ad obtinen
dum denarium erogatum
vigiles et agonizantes ad seque
dum brauium destinatum — ad cele
gementes et suspirantes — standum
gaudium consumatum. De primo ha
bemus expsse in ewangelio hodierno
vbi dns vocatis operarijs vinee
sue reddidit eis singulos denarios
Mt. 20. De 2° in epla hodierna vbi
dicitur q hij q in stadio currunt oes
quidem currunt sed vnus accipit bra
uium .1. Cor. 9. De 3° dicebat sponsa
Cant. 1. Trahe me post te curremus
in odore vnguentorum tuorum. Et ecce
nõ inmerito currit ad denarium q
dat affluenter ad brauium qd de
lectat suauiter ad gaudium qd satiat

phenit Joel·2· Quasi equites sic
currerent Eciam ·1· ethicorum philosophus
describens felicitatem dicit sic optimum
pulcrimum delectabilissimum feli
citatis Et ideo septima eam comparat de
nario per se sufficienti / et brauio
allicienti / et gaudio indeficienti
Primo quia est quid optimum comparatur de
nario per se sufficienti Matheus·20· ex
denario conuenisti mecum· i· ad leticiam
de gloria eterna / Dicit enim denari
us est figure rotunde que nec habet fine
nec principium / Sic beata felicitas eter
na est sine fine Ecclesiastici·31· Erit illi gloria
eterna Secundo iste denarius non est defici
ens sed per se sufficiens Quia sicut
dicit Sanctus Augustinus ·22· de ci·dei Quicquid
amabile aderit ut ibi desiderabile quod
non aderit / Omne quod ibi est bonum erit /
et quod est omnino beatissimum / ita semper
fore certum erit / Ibi amabimus et vi
debimus · videbimus et amabimus /
amabimus et laudabimus / Ecce quod
erit in fine / sine fine natiua / quis
alius noster est finis nisi peruenire ad
regnum cuius nullus est finis Et
ideo idem in libro de vtilitate agende
penitencie dicit sic Illuc festinate
vbi semper viuatis / si enim sic amatur
ista miseria / fluida ista vita / vbi
cum tanto labore viuitur et vbi vix dis
currendo / satagendo / suadendo /
suspirando / inter hec vix satisfaciatur /
quanto magis amare debetis vitam eter
nam vbi nullum laborem sustinebitis
vbi semper summa securitas / summa fe
licitas / felix libertas / felix beatitudo
Vbi implebitur illud quod dominus dicit
in ewangelio Erunt homines sicut ange
lis Et illud Fulgebunt iusti sicut
sol Et idem in quadam epistola dicit sic
diuicie si diliguntur ibi fruentur vbi
perdi non possunt Honor si diligitur

illic habeatur vbi nec indignus ho
noratur Si diligitur ibi adipiscenda
desideretur vbi adepta nichil timetur
Vita si diligitur ibi acquiritur vbi nulla
morte finitur Et Sanctus Bernardus in quodam
sermone dicit sic O beata regio deli
ciarum ad quam suspiro de valle lacrimarum
vbi sapiencia sine ignorancia / vbi me
moria sine obliuione vbi intellectus
sine errore / vbi racio sine obscuritate ful
gebit Beati qui habitant ibi et laudant deum
in secula seculorum Iste ergo est felix denarius
de quo facta est conuencio cum operariis
Matheus·20· Et ideo eciam in ewangelio hodierno
deducitur / quod sicut mercenarius inique potest
esse sine opere / quod non conducatur ut manducet
et bibat / sed ut pro domino operetur / ymmo bonus
mercenarius tota die circa opus domini
impendit / et vnam horam circa suum cibum /
Et si quo die contra hoc fecerit / ve
nire coram domino erubescat Ita et nos
sumus operarii conducti in vineam domini
debemus in operibus domini tota die
expendere et modicam horam circa suste
tacionem nostram Et heu proch dolor hii qui
minus impendunt hodie in seruicio domini
et plus ventri suo seruiunt / sunt ho
die clerici et religiosi Bernardus in quo
busdam dictis dicit sic Habent singula homi
num genera aliquid laboris et aliquid voluptatis / Bernardus nota
Sed aduertere est prudencia aliquorum et mi
rari quemadmodum nouo inter hec artificio
discernentes totum quod delectat in
quolibet elegerunt / et totum quod mole
stat respuerunt A militibus ceperunt
superbie fastum, ampla familia / equos
falleratos / et nobiles apparatus A mu
lieribus dependentes collo pelles va
rietatis / vnum · mollicie · balneum / et
gliciam A rusticis fructus agrorum
horrea plena Sed bene cauent militaris
lorice pondus / mulierbre deformat
verecundiam Omnes rustici et agricole
victum sine labore acquirunt / hii delicys

a

affluunt et tu advenientem fructuum ipe
promptuaria eorum plena tritico / vi-
num bibunt meracissimum / impinguati
incrassati et dilatati. Cum ergo resur-
rexerit homines quilibet in ordine suo isti
cum quibus resurget / si se dimittere (dimerte) volu-
erit adipos in milites exsufflabunt / sic
enim homines a suis finibus arcebunt
eos. Isti quia in nullo fuerunt ordine ubi
putatis collocabuntur. Restat ergo ut illum
locum sortiatur ubi nullus ordo sed
sempiternus horror inhabitat / et erunt
in laboribus demonum qui in laboribus
hominum non fuerunt iuxta illud ps. In la-
bore hominum non sunt et cum hominibus non
flagellabuntur. Istis enim non dabitur de-
narius qui noluit operari in vinea domini
sed potius eam dissipat et destruit. Un-
de Gregorius in omelia hodierna dicit sic. Fra-
tres carissimi aspicite et si iam operarii
dei estis videte perpendat unusquisque
quid agat / et consideret si in vinea domini
laboret quia in hac vita ea que sua sunt querit
adhuc ad dominicam vineam non venit.
Illi namque domino laborant qui non sua sed
lucrum domini cogitant / qui zelo caritatis
studia pietatis insistunt / animabus lu-
crandis invigilant / producunt se et alios
ad vitam festinant. Ad culturam autem istius
vinee concurrunt sex. Et ideo bene comparatur vinea quia
plantatio — plantat per fidei devotionem
clausio — claudit per custodiam corruptionis et stultitie
fossio — fodit per pectorum confessionem
putatio — putat per operis continuationem
ligatio — ligat per bonorum operum
paxillatio — paxillat per sanctorum imitationem
propaginatio — propaginat per alios erudiendo
Talibus operariis dicitur in sermone
hodierno voca operarios et redde illis
mercedem. Dico 2o quod felicitas que
est quid pulcherrimum alliciat aspectum ad
intuendum affectum ad diligendum effe-
ctum ad prosequendum. Dicit istud bravium
ratione summe sue pulcritudinis alliciat /

b

Mira sicut dicit Augustinus super Iohannem
Ibi angelorum chori ubi societas super-
norum civium / ibi dulcis solempnitas
ibi festivitas sine fine / eternitas sine
labe / serenitas sine nube. Et Bernardus
super Cantica dicit. Festinemus ad locum
uberiorem / ad agrum uberiorem / ad pa-
scua suaviorem / ubi habitemus
sine defectu / epulemur sine fastidio /
Crisostomus in libro de reparatione lapsi dicat
Omnem sensum humane mentis excedit
decus illud / illa pulcritudo / illa
virtutes gloria / illa magnificentia. Et
ideo dicit Apostolus philippenses 3. Sequor si quo
comprehendam. Et subdit. Que retro sunt
obliviscens / ad ea vero que sunt priora
extendens meipsum / ad destinatum
persequor bravium superne vocationis
que retro sunt obliviscens currens
si retro respiciat / retardatur a cursu
et in precipitio casus. Sed semper ante
respiciens pervenit tute. Et ideo in fi-
guram uxor Loth respiciens retro versa
est in statuam salis Genesis 19. Et recte
sic est in via dei quia iustorum semita
quasi lux splendens crescit et pro-
cedit usque ad perfectum diem proverbiorum 4. Et
ideo dicitur in psalmo Ibunt de virtute in virtutem
videbitur deus deorum in Syon. Isto ergo
modo sequitur si comprehendere vult de-
stinatum bravium quod merito desi-
derat comprehendere / quia ibi dabitur sine
dolore iocunditas / sine timore securitas
sine cautione societas / sine defectu uber-
tas / sine servitute libertas / sine labe
formositas / sine nube claritas / sine
fine eternitas. Sed videte quia istud bra-
vium sit tam iocundum / tamen multi ho-
die querunt potius temporale bravium
quam spirituale / ymo intantum quod vix vi-
detur credere esse futurum bravium.
Tantum enim aviditate congregant temporalia
amplectuntur divitias / multiplicant
beneficia / in dignitates ecclesiasticas

sit quasi videtur alia vita non ar dere nec sape. hoc sit de mundi illos de quibus d Sap. 2. Dixerunt impii int se non est refrigerium hominis non sit autem Innocencij de miseria condicionis humane dicentis Currunt discurrunt mortales preripes et se nitas etc. Et detestans singulariter dicit Quis curerit sedulus ex plorator etc. Et in epistola ad archi epm dicit O miserea avaricia et ambicio et insaciabilis avaricia cum primos honorum gradus aliqui mettlia meruerunt non ideo corda quiescunt sed duplici estuant desiderio, et quo vtique magis et magis dilatetur in vt ad celsiora valeat sublimari Vbi quantum cum factus quis fuerit in quacumque ecclesia decanus prepositus archidiaconus aut aliquis huiusmodi non contentus, quot quot valeat congregare honores, satagit tam in vna quam in pluribus ecclesiis quibus cumque omnibus si locus aduenerit vnique epo preferet dignitate Sed nunquam sic sa tiabitur eps factus, archiepatum desideat, quo adepto vrursum ne scio quid alcius somnians laboriosis itineribus et sumptuosis ... fallia ... romanam statuit frequen tare palacium, questuosas siquidem exinde comparans amicicias Sic lucri spiritualis gracie hos et faciunt laudandus zelus, sed presumptio corrigenda Isti non adiutus omnis sed honore Vnde in epistola ad dictum archiepm dicit sit meditantibus honores blandiuntur sed onera pensantibus tedio sunt atque formidini omnino Omnes enim caput vbi istud ... enim non cum tanta fiducia et alacritate currerent ad honores si onus sentiret, et ob quam mia profecto metueret nec tantato

labore et periculo tot quilibet affecta rent infulas dignitatum Sunt non quam sola attendunt gloria et non pena propus esse etiam erubescat nemettlia seque viles estimant et ingloriosos quoquomodo emi nenciori loco non fuerit sublimati Tales ergo non currunt ad brauium eter num sed ad brauium temporale querentes que sua sunt non que ihesu xpi Et vero in quo istius desertus sit quod temporalia tanta auiditate querunt et non etiam celestia potest esse triplex causa primo quia illa que sunt remociora videntur esse minora licet sint maiora Sicut apparet de luna et stellis Modo temporalia sunt nobis propinqua celestia remota etc. Racio est quia si ali quis attendat solam terram non crucifixos oculos ad celum videtur sibi aliquid magnum, et dicit Ecc. 1. latitudinem terre quis dimensus est Sed si comparat terram ce lo, videt sibi nichil ad racionem quia bona terre na appareant absolute, non in comparatione ad celestia non etc. Ecclesia racio secunda sicut dicit ille versificator Ad primus bona cras pullus sunt meliora etc. Contra illos dicit Apostolus 2 Cor. 10. Id quod in presenti est momentaneum leue tribulacionis nostre supra modum in sublimitate sed eternum glorie pondus in nobis non contemplantibus nobis que videntur sed que non videntur Que enim vident temporalia sunt, que aut non videntur eterna sunt Istud enim brauium apprehendit oblivi scendo que retro sunt, et extendendo ad ea que priora sunt Dico tercio in felicitas est quid delectabilissimum ideo comparatur gaudio indeficienti Vnde Joh. 16. dicit Gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis Istud enim gaudium est valde perfectum Racio dicitur

Aspectus summe pulcritudinis	Et ideo dicit Scus Bern' in quadam
Complexus summe plenitudinis	
Repulsus omnis inquietudinis	
Obtentus diuine beatitudinis	

Cause appetitus temporalium et non spiritualium

a

epla Illud vim et solu est gaudiu
quod no de creatura sz de creatore ca
pit quod cu possides nec tollet te
xiii comparatu et profecto qd' cuq
d' aliunde iocunditas mcor e aliud
omnis suavitas dolor est delectac'
ome dulce amarum est p't mole
ome decorum fedum est stu est et
Aug' in ench Si consideramus x q
Et suo bono et fideli d' m' 27 Intra
in gaudiu domi dei tui Debemus
go tunc ut istud gaudiu cophedam'
vn ad eph 3 In cari'te rad et fund
ut pos cop cu omnibus sanctis que sit
lati'do longi sublimitas et pfundu
Et d' Bn' Bene in caritate radicati
qr nullus pt cophende nisi q est in
caritate radicatus admodu arboris
pferentis fructu, que quto tre plus
infigit' tato plus trahit humore
et crescit et uberius fructu reddit Et
fundati ad silitudine domus q no
cadit Caritas eni dividit int' filios
regni et int' filios pditionis Et si
sic simus radicati fundati in cari'te
potim cophende que sit longitudo
felicitatis qr ppetua etnitas Longi'do
felicitatis qr ppetua etnitas latitudo
qr omi bonor' aggata felicitas Sub
limitas qr celsitudinis ammanda di
gnitas Et que pfunditas qr oim de
sideriorum voluptuosa iocunditas vel
sicut dicit Bn' de csideracoe Longi'do
ppt etnite latitudo ppt caritate Subli
mitas ppt dignitatem profudu ppt
sapie claritate Tuc eni cognoscam sic
et cognitus sum. 1 Cor. 3. Habemus
go duo p'mu e q' ceut x. Scdm e q'
felicitas etna h' tres codicos pdotas Ergo
cu simus paupes et laborantes iux
illud ps paup sum ego et in laboribus x
pugiles et agonizantes qr milicia e
vita homis sup tra Job 1. Gementes

nō

B

et suspirantes Sm ap' ad Ro. 8. Int'
nosmetipsos gemimus x Debemus
go curre ad denariu tam fructuo
sum et copiosu ad braviu tam
preciosu et gciosu ad gaudiu ta
gloiosu Et io dicit Btus Gregorius
mor' Currimus sequimur xpm
no sut hic vera solacia si ibi ponis
ubi vera e vita Ergo merito co
cludo vba themat' p'assumpta Sic
currite ut cophendatis In qbus
vbis tagut' tria scil' pfcta vigila
p'mo pcipit' in mo' cia torporem
excuciens a negligentibus Currite
Scdo in actu rq'rit' debita cstancia va
lorem adiciens obedientibus Sic
Tcio pfructu pmittit' etna glia
dulcore largiens pvenientibus ut
cophendatis in motu celeritas
Sit ergo et diligencia currite
Sit in mo honestas atq' pdencia sic
Est n' i fructu iocunditas atq' leticia
ut cophendatis ter absq' retardacoe
Currite go celeri seu dilacoe Cinte
Currite prudet' absq' deviacoe sic
Currite utilit' absq' frustracoe ut
cophendatis Dico p'mo q' in motu
pcipit' pfcta vigilacia q' cinte
celeit absq' deviacoe Dicitis q' int'
os motus q' rpit' in animalibus gres
sibilibus cursus est celeriter Quodo
ad currend' ut mich' vr' inducit ad
pus quatuor Currut eni aliq' ex timore
q' m'l tior' iaussio Sic lepus videns
Scd' laor sive dilacio canes currendo fu
Tcia tpis artacio git et ovis videndo
q'rta loci seu vie delacio lupu et inse
quentes videndo adiutoriu Currut
eni aliq' ex amore Sic canis venaticus
currit ex amore prede Sic nautus
ex amore lucri Sic iuvenis amore
bravii Currut eciam aliq' ex tpis
brevitate sicut pegrinus et viator
videns appropiqre currit Currut
eciam aliq' ex vie seu loci pulcritudine

Du
Tho

sicut quadriganius diu ambula
uit per via mala et postea invenit
bona grata et plana et curit / a quo
videtur michi quod cristus quatuor
transitus eius in via dei percipit curs
curite. ¶ Debemus ergo primo currere fu
giendo ex timore. Figuram habemus
3. Reg. 18. ubi dicitur quod cum Helyas verteret
se huc vel illuc, celi contenebrati
sunt et nubes et ventus et plu
via grandis. Et sequitur: et facta est
manus domini super Helyam, accinctis
que lumbis et currebat. Quid est He
lyas se vertens huc atque illuc nisi
homo / qui quocumque se verterit semper
adversarium insequentem invenit. Quid
nubes obscura significat nisi dyaboli
fallaciam. Quid ventus impellens si
gnificat nisi mundi tribulationem. Quid
pluvia fluens nisi fluxum carnis
significat. Ista ergo tria hominem perse
quitur. Sed facta manu domini, i. au
xilio domini super hominem / tunc accinctis
lumbis currit fugiendo et evadendo
quia dicitur in ps. Dominus michi adiutor
non timebo etc. Et ideo dicitur Judith 7.
Stelle manentes in cursu et ordine
suo adversus Sysaram pugna
verunt. Unde ista est victoria mirabilis
in qua fugiendo et currendo devi
citur hostis. ¶ Debemus 2° currere
sequendo ex amore. Sicut enim filius
currit insequendo patrem suum / et filius
post premium. Sic nos post Christum qui exul
tavit ut gigas ad currendam viam
suam dicitur in ps. / Et ideo dicitur Pro. 18. Turris
fortissima nomen domini ad ipsum
currit iustus et exaltabitur. Hec
habemus Jo. 20. ubi dicitur / quod Petrus
et Johannes currebant duo simul sed
Johannes cucurrit citius Petro. Petrus
interpretatur agnoscens, et Johannes in quo
est gratia, significat cognitionem et dilectionem

que faciunt currere ad deum / sed Johannes preve
nerit, quia sicut dicit ille Hugo
dilectio subintrat ubi cognitio foris
stat. ¶ Debemus 3° currere cum festinatione ex
temporis artatione / Breves enim dies hominis
sunt. Unde idem Job dicebat. 9. dies
mei velociores fuerunt cursore. Et Jac.
in canonica. 4. c. Vita nostra est vapor
ad modicum parens. Et ideo licet sicut colli
gitur in evangelio hodierno illi qui circa un
decimam horam ceperunt currere vel operari
in vinea. hoc est in ultima etate vite
sue denarium retributionis eterne re
ceperunt, et prius quam illi qui incepe
runt operari in mane / Sicut deducit
beatus Gregorius in omelia de latrone, et
Crisostomus, tamen hoc valde fatuum est expe
ctare. Quia sicut dicitur Ecc. 9. Nescit
homo finem suum sed sicut pisces capiuntur
sic capiuntur homines in tempore malo. Idcirco
vel tamen morte et vel incertius hora
mortis, hodie enim est et cras moritur
Ecc. 10. Et Gregorius dicit: Qui penitenti
veniam spopondit penitenti diem crasti
nam non promisit. Ideo dicebat Apostolus
in epistola hodierna Sic currite non quasi in
incertum. Et bene dicit quod fortes, quia illo
tempore cursus inchoandus est quo viget
hominis fortitudo, senes enim debiles
male currere possunt. De talibus dicit Augustinus
quod peccata ipsos dimiserunt non ipsi peccata.
Et ideo Hugo de claustro anime c. 7. dicit
sic: In illa etate flavescunt crines
caro nitescit eburnea oculorum gemmis
facies onusta decoratur / valitudo corporis
vires subministrat. Juvenilis etas
longioris vite spacium repromittit, cum
viget ratio tunc viget sensus, visus
acutior, auditus promptior, incessus
rectior vultus iocundior / qui in hac
etate se domat et deo se sociat / premium
iustum expectat. Tales offerunt hostiam
viventem sanctam deo placentem imma
culatam non aure non oculo, non pede
non cauda carentem audiet hec. Sed da
confusio quibus desertum senectutis aures

nota de iuvenibus

a

obducuntur Et ut circa breuiter p
stringam ipi in se xpe destituit Hy no
offerunt agnum imaculatum sz ut ita
porcum cruatum Sicut enim porcus i
immundicijs sic senex iacet in vicijs
Et sicut porcus siliquis pascitur sic
senex siliquis fabulis et rumori
bus delectatur Non ego diffendus
cursus sz sicut helizeus relictis re
bus statim cucurrit post helyam iiij Reg
2 et 22 ante currum attritus De
bemus ergo currere prosequendo ex
loca et vie amenitate Sicut enim
via labili et lutosa / sublimi et mo
tuosa / difficili et spinosa / obliqua et tor
tuosa aliquis potest male currere Sz
in via nuda plana lata recta grata
et spaciosa homo bene currit et cur
rere potest Modo via luxurie est via val
de labilis et lutosa Via superbie est
sublimis et motuosa Via auaricie
est difficilis et spinosa Via inuidie obli
qua et tortuosa Et vniuersaliter via
peccatorum est obscura et tenebrosa prouerbiorum 8.
Via peccatorum tenebrosa nesciunt vbi
corruant Ideo Sap 7 dicunt reprobi
lassati sumus in via iniquitatis ambu
lauimus vias difficiles Et ideo est
via que ducit ad mortem Mt a Ergo
in tali via est valde periculosum currere
Amos 6. Nunquid currere etc Via dei est
Nuda sine lubricitate et feditate Ergo in
Plana sine motuositate ea est delectabile
Grata sine asperitate currere Ideo
Recta sine obliquitate prouerbiorum 8 dicitur
Clara sine obscuritate te prosequitur
equitatis quas cum ingressus fueris
non arctabuntur et currens non habebis
offendiculum Ideo dicebat ps Viam
mandatorum tuorum cucurri etc Ergo sic
currendum est orando Nobis merito
Ex timore fugiendo precipit Apostolus dicens
Ex amore insequendo Currite vos autem
Ex spe festinando sicut veri filij obe
Ex vie amenitate prosequendo dientie dicitur sicut

b

illa Nazareus 3 Reg 19 Currere
currentes qui per viam compendij primo
peruenit ad regem Via compendij est via
consiliorum per quam incedunt perfecti qui
ducunt currus / incurus / et currus
ad xpm Sz qui tamen perducunt in via
preceptorum qui in via consiliorum currere
non possumus nisi deo trahente ergo
sicut dicit Saluator Joh
Neo venit ad me nisi pater qui mi
sit me traxerit illum Cum autem pater
traxit trahit filius et ergo quia indiuisa
sunt opera trinitatis Ideo sibi dicamus
illud Cant 1. Trahe me post
te curremus in odore vnguentorum
tuorum In quibus verbis tanguntur tria
que sunt in illo qui bene vult currere
in via dei Primo enim premittitur diuini auxilij
necessaria implo
ratio Trahe me post te
Secundo promittitur humani obsequij
prompta exhibicio Curremus
Tercio subiungitur superni beneficij grata
perlibacio in odore vnguentorum tuorum
Primo ergo captat feruenter auxilium
diuinum Trahe me post te
Secundo offert humile obsequium plenum co
namine Curremus sicud gratia spiri
tualis spirat suauiter bene currimus in
odore vnguentorum Dico primo etc
Joh 17 Sine me nichil potestis
facere Et ps dicebat Beatus vir cuius
auxilium est abs te Et ideo nec currere
possumus sine auxilio diuino ergo
merito optamus auxilium etc Vnde
et ipse dicebat Joh 6. Nemo potest ve
nire ad me nisi fuerit ei datum a
patre meo Et ideo dicebat Apostolus
1 ad Cor 17 Plus omnibus labo
raui non ego sz gratia dei mecum
Ideo dicebat sponsa Trahe me
post te Quia sic dicit Apostolus Ro 9.
non est volentis neque currentis sz
dei miserentis Est autem sciendum

quod aliquis trahit tripliciter
Unumque naturaliter sicut adamas ferrum
Secundo violenter sicut reus ad supplicium
Tertio artificialiter sicut cum pastu equum
Et istis tribus modis debet petere qui
nunc ut trahatur a deo | primo quod
naturaliter caritatis fervore | naturaliter
violenter per pene laborem | et iste
artificialiter per sapientie splendorem | tertius
sit per caritatem et dilectionem. Sicut enim
adamas tota specie attrahit ferrum
Sic dilectio domini vim ipsa est que trans-
formet amantem in amatum. Et ideo
Osee xi. d. In funiculis ada-
traham eos in vinculis caritatis. Un-
de dicit beatus Augustinus de doctrina christiana
Sola caritas est que vincit omnia
et sine qua nichil omnia valent
et que ubicumque fuerit trahit ad se omnia
Amate scientiam sed anteponite caritatem
Scientia si sola fuerit inflat. Quoniam
vero caritas edificat scientiam non permittit
inflari. Et racio quare dilectio
seu caritas ita trahit post se omnia
ista est quia attractio sit naturaliter a
tribus | Ergo merito attrahit et in-
Calido | trahitur sicut dicit Augustinus
Spacio | quod anima verius est ubi
Simili | amat quam ubi animat. Ideo
quod caritas facit | dicebat sponsa
Calidum per devotionem | Canticorum i. Fasci-
Vacuum per humilitatem | culus mirre
Simile per imitationem | dilectus meus
michi inter ubera mea commorabitur
Et ideo Ieremie 31. In caritate perpetua
dilexi te ideo attraxi te. Sic ergo
primo petit se trahi naturaliter per caritatis
et dilectionis fervorem. Et merito
petit istud tertium quoniam caritas habet
xxi conditiones quas non prosequor
prima quia est cumulus mundior quia de
mundum annichilat | quod de se gene-
Secunda baculus potentior | supportat
Tertia famulus devotior quia amabilius
ministrat

(margin: ...tos ...tatis)

Quarta anulus preciosior quia deo desponsat
Quinta stimulus acutior quia ad bonum opus excitat
Sexta titulus utilior quia opera informat
Septima cumulus desiderabilior quia premia super
condignum mensurat | quia ex deo ema-
Nona rivulus sincerior | nat | terram ad-
Decima virtus potior quia celum et | unat
Undecima fructus prior quia omne gau-
dium iniciat | habitus securior quia timorem
Duodecima | seculum evacuat
Tredecima sapor quia omne insipidum saporat
xiiiiª claustrus ordinatior quia opera ordinate fiant
xvª sponsa inseparabilior
xviª virga vigorosior quia carnalia pectus quiunt
xviiª magister sapientior quia mandata dei omnia fiant
xviiiª cella fidelior quia res domini ut
gloria vel vindicta non usurpat
xixª hospita curalior quia quod est sa-
luti necessarium prestat | invitat
xxª flamma ardentior quia etiam | amat
Ideo dicebat Apostolus Col. 3. Super omnia
caritatem habete quod est vinculum perfec-
tionis. Et videte quid dicitur Matthei 24
Quoniam superhabundabit iniquitas refri-
gescet caritas multorum. Unde licet hodie
superhabundat malicia et invidia
et inter religiosos et prelatos inter et inter
consiliarios et inter fratres et inter parrochianos
quod ubique refriguit caritas. Caritas autem
non emulatur non agit etc. 1 Cor. 13
Nichil autem hoc malo peius per quod
mors introivit in orbem terrarum. Ideo
Alanus de planctu nature dicit In-
vidia quid monstruosius monstrum
quid dampnosius dampnum que cul-
pabilior culpa que penalior pe-
na. Hec corone cecitas abusus hu-
mane mentis incendium contencionis
stimulus rixacionis aculeus que
sunt invidie motus nisi humane tranquil-
litatis hostes insidiose depredantes
animi laborantes vigilie
hostiles aliene felicitatis excubie
Ergo istud vicium est pessimum. Primo

(margin: De invidia)

suum auctorem cruciat. Quia caritas preciosissima est virtutum per quod homo ad deum trahitur. Thob. 6. Apprehende brachium eius et trahe eum ad te. Modo debemus petere ut trahamur violenter. In spiritualibus penitencia facit violentiam quia quod non debetur homini per naturam optime facit obtinere per violenciam. Mt xi. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Violenti id est penitentes. Ideo Mt 3. dicitur Penitenciam agite appropinquabit regnum celorum. Petere debemus ergo ut trahamur per penitenciam et flagella. Quia sicut dicit Bernhardus in sermone xi super Cantica Trahimur contemplacionibus et tribulacionibus exterimur. Quia sicut Gregorius Mala que nos hic premunt ad deum nos ire compellunt. Multiplicitate sue infirmitatis coros etc. Item Bernhardus in predicto sermone dicit Trahe me post te, quia utilius michi est ut me trahas ut sit michi aut tenendo minus aut extendo flagellis molestiam inferas quantum pateres, in meo me corpore male sentirem delinquas, trahe quodammodo invitam ut facias voluntariam, trahe torpentem et reddas currentem. Et subdit Me corripe, me exerce, me tempta, me trahe post te. Quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper. Et ad literam istud tractum vult michi petere qui dicit trahe me post te, non trahe me ad te. Unde Bernhardus in sermone predicto dicit sic Illud postulare michi videtur ut conversacionis eius valeat sequi vestigia ut possit emulari virtutem, ut normam vite tenere ut morum queat apprehendere disciplinam. In hiis quippe maxime opus est adiutorio ut possit tollere crucem suam et sic sequi Christum. Et subdit Curramus post te domine Ihesu Christe ne volunt, tunc ad te pervenire nemo potest qui nolit hoc factibus tuis, quia delectaciones in dextera tua usque in finem. Et

propterea voluit omnis te sequi si non ita imitari, conregnare cupiunt si non compati. Quia dilecta tua relictis omnibus concupiscit semper, ut post te semper possit inherere tuis vestigiis ac sequi te quocumque ieris, sicut qui vie tue vie pulcre et omnes semite tue pacifice. Et quia qui sequitur te non ambulat in tenebris. Quia ergo qui ille post Christum trahitur qui eius vestigia imitatur. Quia ipse voluntarie sputa obprobria flagella dura verba duriora verbera durissima crucis tormenta subiit. Ergo et nos pro peccatis subire debemus, quia qui non baiulat crucem suam et sequitur me non potest meus esse discipulus. Luce xiv. Et certe istud tractum quilibet amplecteretur si perfecte consideraret et omnis peccati et anime lesionem. Unde Bernhardus in quodam sermone dicit sic Cum perfecte senserit omnis peccati et anime lesionem, aut parum senciet aut ex toto non senciet penam nec recusabit laborem que peccata noverit delere preterita et cavere futura. Et idem in alio sermone dicit Non vos terreat consciencia, quia ubi peccata habundaverunt superhabundare consuevit et gracia. Ut prime austeritatis ipsa detrectat. Non enim sunt condigne passiones huius temporis ad preteritam culpam que remittitur, nec ad presentes consolaciones gracie que immittitur, nec ad futuram gloriam que promittitur. Credite verbis non creditis operibus credite, exemplis acquiescite plurimorum circumundique peccatores ad penitenciam, et naturam perit et consuetudine delicati. Nil credentibus impossibile, nil amantibus difficile, nil asperum mitibus, nil humilibus arduum videtur, quibus et gracia sit in auxilium et obediencie devocio lenit imperium. Exemplum habemus 2 Mach 6 de illo eleazaro qui gloriosa morte

magis quam adibile vita complectens voluntarie ad sacrificium exhibebatur Job 33. Si duxerit ad dominum cor suum spiritum illius et flatum attrahet. Tunc debemus petere ut trahamur artificialiter. Sicut pisces in sagena trahuntur per artificium. Ita nos in sagena ecclesie militantis per primum Abacuk 1. Traxerit illud in sagena sua et congregavit in rethe suum super hoc letabitur et exultabit et Job 21. post se omnem hominem trahat quia ipse promisit Johannis 12 cum exaltatus fuero a terra traham omnia ad me ipsum. Unde 2a Cor. Omnia subiugit. Curremus. Debemus ergo currere per viam obediencie quo ad deum sicut sol currit continue ab oriente in occidente. Sicut currit fluvius ad voluntatem domini 2. Esdre 4. Velut cursus solis. Et 1. Reg. 3. Samuel vocatus a deo statim dicit Ecce ego quid vocasti me et statim cucurrit ad Heli. Et propheta dicebat Adhesi testimoniis tuis domine noli me confundere viam mandatorum tuorum et ysa. 60. et gentes que te non cognoverunt ad te current. Ad litteram vera est quia frequenter magis situati et magis cognoscentes minus currunt ad obediendum deo et minus situati magis currunt. Dicente Augustinus Surgunt indocti et celum rapiunt nos autem cum litteris nostris descendimus in infernum Job 17. dicit Cucurrit adversus deum erecto collo et pingui cervice armatus est. Prima ad Cor. sicut dicit Crisostomus super Lucam Hodie in perscrutacione regni primus quam primatum videtur in ecclesia eligere et contempnere principatum. Unde in sermone 33. super Cant. dicit sic omnes amici etc. Debemus currere per viam misericordie

quo ad proximum, sicut canis currit ad predam ut pascat impotentes sui generis. Sic nos etc. ut pascamus pauperes. Sic currit Abraham in occursum trium angelorum et postea cucurrit ad armentum ut eis cibos prepararet Gen. 18. Et non solum debet maxime et clerici et religiosi currere ut impendat opera misericordie corporalis sed etiam misericordie spiritualis docendo, corrigendo, compaciendo, orando, et cetera. Prov. 6. Discurre festina suscita amicum tuum etc. Sed proch dolor de multis verum dicitur Prov. 1. Pedes eorum ad malum currunt et festinant ut effundant sanguinem. Ad literam non solum sanguinem corporalem sed faciendo rixas, dissensiones, bella, iniurias et huiusmodi. Sed etiam spiritualiter provocando ad sanguinem peccatorum, quoniam suos et alios et verbo pravo et exemplo. Unde Crisostomus in quodam sermone quem fecit de Septuagesima reddens causam huius solempnitatis dicit Septuagesima ex denario et septenario constat propter decem mandata que accepimus et septem impedimenta quibus a mandatorum observancia retardamur. Caveras autem ista impedimenta ultimum et maximum dicit esse periculum in falsis fratribus. Unde dicit prima soli impugnaret nos magni perniciosis exemplis, persuasionibus importunis sermonibus adulatoribus vel detractionibus atque aliis multis modis. Que autem sunt ista vii impedimenta. Primum est humani generis corporis necessitas, que modo sompnum modo cibum, modo vestem et cetera similia querit. Secundum est cordis levitas quod nunc suspicione, nunc impaciencia, nunc invidia, nunc vana gloria movetur. Tercium est fortitudo prosperitatis per quam homo frequenter obliviscitur dei. Quartum est fortitudo adversitatis per quam homo per impacienciam frequenter

Micodr

septem impedimenta

a

blasphemat dm̄ Tercium ē ignoranc
ceritatis quia in multis metū ha
bemus quid agē debeamus ceca
sicut dicit Aplus Roman. 8. cū
oremus sicut oportet nescimus
Sextū ē dyali calliditatis cuiualeo
rugiens circuit querens quē deuoret
1. pe. 4. Septimū ē homis puersitas
q̄ uiue vbo uiue exemplo ad malū
inducit Contra aut septē impedimenta
q̄bus a cursu impedim̄ septifor
mis sp̄us sc̄e auxilio subleuam̄
sicut ip̄e dedicat ibid̄ Et licet ip̄e
plura nō tangat tn̄ cōtra septē p̄dc̄a
impedimenta hēmus septē r̄media
valde bona Primo cōtra corporis nāle
ē remediū sobrietas Quia sicut dicit
Boecius 2° de consolac̄oe paucis
minimisq̄ natura contenta est etc̄ Et
Seneca dicit Si ad naturā viueris
nūq̄ eris paup̄ si ad opinionē
nūq̄ eris diues Et io idem de plo
racōe statū poris in dicto libro dicit
sic felix minimū etc̄ Nō hic de
illo q̄ iuenies dyogenē lauātem
olera dicit ei Si velles adulari dyo
nisio nō oportet te lauarē olera
dyonisio Et ille r̄ndit Si tu velles
lauarē olera nō oportet te adu
lari dyonisio Et io 2° polit̄ dr̄
ad modicū cibū et multū p̄ficuū
multa est legislator
Scdo cōtra cordis leuitatē ē optimū
remediū mentis humilitas humilitas em̄
stabilit homies et firmat eos in bono
vn̄ ip̄a ē fundamentū in edificio
sp̄uali Ideo dr̄ Eccli. 4° noli esse
pusillanimis in aīo tuo Et sc̄a humilia
valde sp̄m tuū Tercio cōtra p̄speritā
tē et aduersitatē ē unū remediū eq̄
nimitas vt scilicet homo nec scatur
seu extollatur in p̄speris nec fraga
tur in aduersis sed sit sicut angelus
dei q̄ nec bndictione vel maledic̄oe

b

mouet vt dr̄. 2. Cor. 6. p̄ arma
iusticie a dextris et a sinistris A dextris
sc̄ p̄speritas a sinistris aduersitatis
nō sit sicut arundo vento agitata
Quarto cōtra ignorancie cecitatē est
optimū remediū sapie et prudencie
claritas Ideo p̄u. 4. dr̄ posside sa
piēciam ne dimittas eā et custodiet
te dilige eā et seruabit te Quinto
cōtra demonis calliditatē ē optimū
remediū fidei sinceritas Ad ephe. 6.
In omnibus sumentes scutū fidei
in quo possitis oīa tela nequissimi
ignea extinguere Sexto cōtra homis
puersitatem ē optimū remediū col
lectus (?) exercitatis (?) quia in p̄se cū
suo (?) sancto sanctus eris Quia sicut dicit
Gregorius sup̄ 4°. Bonus malo si co
nectitur aut pares reddit aut
cito ab inuicē separant̄ Et ysidorus nō de ml
li. 2. soliloquiorum dicit Ante igne
consistens et si aliquā nō dissolueris
proximus puto dū tutus noueris
p̄ assiduitatē cito peccatur homines
sepe familiaritas implicauit se
pe illi occasionē peccandi dedit sepe
quod voluntas nō potuit assiduitas
supauit Et subdit Melius est
habere malorū odiū q̄ consorciū Sic
em̄ bona multa habet communis vita
sanctorum sic plurima mala societas
offert malorum Et io Seneca in
quadā ep̄la dicit sic Nulla res
magis aīos induit honestos et
in p̄uum inclinabiles reuocat ad
rectū q̄ bonorum virorum conspectus
paulatim eīn descendit in pectora
et vim preceptorū obtinet frequent̄
aspici frequent̄ audiri Et in quadā
alia dicit sic Ante circumspice cū
quibus edas vel bibas q̄ q̄
edas vel bibas Quarto ēcio (?) q̄ debet
q̄libet cauere p̄ via iusticie q̄

z c d.

Mardi

ad semetipm unde sicut radius
solis currit p immu[n]sa mudu et
tn̄ sordib[us] locoru no inficit[ur] Sic
homo no debet infici quatuq[ue]
infectioe seu imudicia Sec[un]do in
ps Omne recte currit et directe
debe[mus] ergo cur[rer]e p ista duplicite via et
p qualibet debemus currere Ardent
Patient[er] P[er]seueranter
Ardenter sicut puer ad ubera m[at]ris
ps Petiu meu cogitauerunt repelle
cucurri in siti re Feles in tornea
[m]ent[o] sicut in [ea] meto ad hebre' 12
deponentes omne podus et circu[m]stans
nos pctm p patiam curramus ad
P[er]seueranter sicut dicit Cris[ostomus] Frustra
velociter currit q[ui] pri[us] q[uam] ad meta
veniat deficit Ideo dicit glo
sup illo vbo ep[isto]le hodierne Os q[ui]de
currut sz vnus accipit brauium
[o]mnibus dicit glo l. p[er]seuerantib[us] in op[er]i
bus cristat Ideo Thimi. 4 dicebat
Ap[osto]l[u]s Bonu certame certaui cursu
[con]sumaui fide suaui, de reliquo re
posita e michi corona iusticie etc Sic
ergo curremus et merito q[uia] illud sex
debemus q[uo]d exultauit ut gygas
ad currenda via Et de q[u]o d[icitu]r in alio
ps Velociter currit sermo eius Et vi
dete q[uo]d p[ro]p[ter] eu[m] al[iquid] q[uod] ambulat, aliq[uo]d curr
rit, aliq[uo]d volat et totu hn̄, x[ps] n[am]
eu[m] legim[us] ambulasse mt. 4 Am
bulans ih[esu]s iux[ta] mare gallilee Et
legim[us] cucurrisse in ps Exultauit
ut gygas etc Et legim[us] volasse
in ps ascendit sup cherubin et vo
lauit Nos igit[ur] p[ro] obs[er]uato[rum] ma
ambulem[us] p[ro]p[ter] eu[m] datoru Ro[manos] 13 Sic
in die honeste ambulem[us] 2. Sicut in
nouitate vite ambulem[us] Sed sicut
curramus p[ro] sup[er]erogatio[n]e [con]si[lioru]m 2.
Sicut q[ui]de fortius cursor leuius expli
cat vias suas Sed et dilectione
volemus p[ro] [con]te[m]plato[n]e sup[er]norum

Sicut in ps q[ui]s dabit michi pennas ut
colube et volabo et requiescam etc Et
de istis trib[us] d[icitu]r ysa. 40. qui sperat
in domino mutabunt fortitudinem assument
pennas sicut aquile, currerent et no la
borabunt, ambulabunt et no deficient
Sic ergo curremus Sz videtur ad sp[irit]u[m]
q[uod] onerati, impigwati, deliciati, claudi,
et excecati male currere p[ossu]nt Et ideo
onerati pctis nudamus, male cur
impigwati deliciis rere p[ossu]nt post x[ps]m
claudi malicijs Qui ergo vult bn̄
excecati honoribus currere habet ista
depone saltem affectu Nota h[ic] truffam
de ceruo qui dolens marie pedu et
glorians de cornibus p[ro] pedes currere
do euadens, per cornua adherens
vepribus captus est ¶ De tercio et
vltio q[uo]d spirat suauit[er] bn̄ sicud gl[ori]a
spirans Quia subdit In odore vnge
toru tuoru Sec[un]d[u]m ad littera sicut canis
q[ui] du sentit odore p[ro] de p[re]da currit
Sic sentientes odorem vngentoru d[omi]noru
p[ost] eu currit Est aut sciend[um] q[uod] istu
odore sentie[n]s primo in s[e] ip[s]o redole[n]s sicut
in homine octo virtutes aroma q[uod] tote
p[ri]o vera humilia[ti]o Sicut nit[ur] magis redo
let Cant[icorum] 1. Cu esset Rex in accubitu
suo nardus mea dedit odore suum
Sed[ecim]o carnis incorrupto sic aroma q[uod]
desiccat[ur] mag[is] redolet Ec[clesiastic]i 24. Sicut
mirra electa dedi suauitate odoris mir
ra [con]seruat a corruptione sima q[uod] diffu
[si]o compassio Sicut aro dit[ur] magis
redolet Job. 14. Ad odore aq[ue] g[er]minab[i]t
tr[ibulati]o deuocio Sicut aroma q[uod] incedit[ur]
Leuit. 1. Holocaustu et oblacio suauis
simu odore dno Et Ec[clesiastic]i 24. Ego q[uas]i
vitis fructificaui suauitate odoris eleuat[ur]
cu[m] oro Sic fumus aro[ma]tu q[u]i Apok 7.
h[abe]ntes phialas pleas odo[r]amentoru q[ue] sut
orones scto[rum] Sicut vngentu q[uod] rite
dex[ter]o p[re]dicatio corpo[r]e et diffigit[ur] 2. Cor 2.
odore noticie sue manifestat p[er] nos q[uia]
xpi ar[o]dor bonus sumus

odor vn-
gentoru

a

Septimo honesta conuersatio sicut rosa
uel vinea cum floret Gen. 27 Statim
ut sensit vestimentorum flagranciam bn
dicens ait Ecce odor filij mei sicut
odor agri pleni cui benedixit dominus
Et Eccli. 39 Florete flores quasi lilium
et date odorem etc. Primo dicitur vas
Octavo fama bona aromatum aptum
quod odoratur Exo. 30 Medicina Josye
in compositione odoris facta opus pigmen
tarij Sed in xpo autem perfectissime fuerunt
iste virtutes vt merito curramus in
eius odore ipsius exemplo Dicendum est
Contriti vera humiliatione currimus in
Desiccati carnis corruptione odore xpi
Diffusi compassione Ideo dicitur Eccli. 39
Intensi devotione Quasi liba
Elevati oratione nus odorem su
Sani predicatione avitatis habete
Floridi conuersatione Justus enim odoribus
Aperti bona operatione delectatur cor Prov. 27
Sed videte quomodo dicit solum curremus
in odore tuo sed in odore vnguentorum tuorum
Et racio est quia isti odores sunt odores aro
matum Sed odor vnguentorum dei est super omnia
aromata dicente sponsa Cant. 4 Odor
vnguentorum tuorum super omnia aromata
Ad cuius evidenciam est sciendum quod super xpm
legitur tripliciter vnguentum fuisse effusum primo
ad pedes Luc. 7 Osculabatur pedes
eius et vnguento vngebat Secundo
ad caput Mt. 26 Accessit ad eum mulier
habens alabastrum vnguenti preciosi et
effudit super caput eius recumbentis Tertium
super totum corpus Dicit preterea Jo. 19 quod
corpus positum est in sepulcro Et sic hoc
tempus fecit triplex vnguentum valde odoriferum
Primum contricionis quod sunt pungitiva dolorum facientia
Secundum devocionis quod sunt temperativa dolorem lenientia
Tertium compassionis quod sunt sanativa languo
rem curancia Non prosequar causa brevitatis Vel ita
vnguenta sunt quatuor sicut deducit beatus Bernardus
sermone 12 super Cant. scilicet quod factus est nobis
sapiencia, iusticia, sanctificacio et redempcio

odor vnge-
torum dei

b

Sicut dicit Apostolus 1 Cor. 1 Que vn
Sapiencia in predicatione guenta
Iusticia in peccatorum absolucione a deo
Satisfactio in conuersacione flagra
Redempcio in passione uerunt quod
quatuor mundi partibus eciam ad xpm
tanti odoris suavitate traxerunt Sed
non omnes sicut ipse dicit equaliter currunt
in odore omnium vnguentorum Sed videas
alios vehementi studio flagrare sapiencia
Alios magis ad penitenciam spe indulgencie
animari Alios amplius ad virtutes exercicium
pietate conuersacionis eius provocari exemplo
Alios ad pietatem passionis memoria plus
accendi Vnde istud vltimum vnguentum
preciosius est ceteris Dicit ipse dedu
cat dicens sic passio mea vltimum re
fugium singulare remedium deficiente
sapiencia iusticia non sufficiente sancti
tatibus succumbentibus illa succur
rit Itaque cum defecerit virtus mea
non conturbor non diffido scio quid
faciam calicem salutaris accipiam et nomen
domini inuocabo Curramus ergo in
odore vnguentorum horum Vnde ipse in
eodem sermone dicit sic Quod debuit
facere et non fecit Illuminavit cecum sol
uit victum reduxit erroneum reco
nciliavit reum Cuius non post illum libere
atque alacriter curreat qui et ab
errore liberat et errata dissimulat
merita vincendo tradit premia indul
gendo conquirit qua excusacione licet quod in
odore horum vnguentorum non currit
nisi ad quem forte minime odor per
uenerit Sed cum in omnem terram exiuit
odor eterne vite quia misericordia domini plena
est terra et iusticia eius super omnia
opera eius Vnde merito potest deo dici
illud ysa. 39 Ostendit eis cellam
aromatum et vnguenti optimi Cur
ramus ergo in odore vnguentorum istorum
dicentes cum Gilb. in predicto sermone
post mansuetudinem que in te predicatur
curremus post te domine Ihesu xpe etc.

dentes quod non spernas pauperem
peccatorem non horreas / non horru
isti confitentem latronem / non la
crimantem peccatricem / non chana
neam supplicantem / non deprehensam
in adulterio / non sedentem in theo
lonео / non suspirantem publicanum
non negantem discipulum / non persecu
torem discipulorum / non ipsos crucifi
xores tuos. In odore horum un
gentorum currimus. Vel ista sunt
unguenta / tordia quia parat
Miseri / penitentibus
Gratia quam infudit proficientibus
Gloria quam largitur pervenientibus
Quam gratiam et gloriam dabit dominus
quam nobis concedat qui est benedictus
in secula seculorum amen.

Fortis Sermo in quadragesima
in bello Jhesus Eccl. 46. Vi
detur michi quod aliquem militem esse
fortem in bello arguunt tria scilicet
Aggressus vigorosus
Congressus virtuosus
Egressus victoriosus
Merito enim fortis dicitur qui
vigorose et strenue aggreditur
virtuose et discrete congreditur
victoriose et honorifice egreditur
Est ergo fortis in bello qui
aggreditur cum magna audacia et forti
congreditur cum magna prudentia et circumspectione
egreditur cum magna victoria laude / et magna
Machabeo forti viribus dictum est
Accipe gladium sanctum munus a deo
in quo deicias adversarios populi mei.
Et David de Saule et Jonatha stre
nuis militibus dicebat quod erant leo
nibus fortiores 2 Reg. 1. Et Bernardus
de laude nove militie templi
dicit sic / quod boni milites in conflictu
debent esse agnis mitiores / sed in

fortitudine / Capitulum primum accipit miles gladium invasivum Secundum Math. ultimum illi optimo militi Inde

conflictu leonibus fortiores. Capitulum secundum
portat miles clipeum defensivum Unde
illi fortissimo militi Josue dominus
8° c° Leva clipeum qui in manu tua
est contra urbem quia tradam eam tibi / Et
Sap. 2° c° dicitur Clipeus forcium igni
tus / Unde militi non sufficit quod ha
beat gladium invasivum / nisi etiam ha
beat clipeum defensivum / quia non suf
ficit ei quod aggreditur cum audacia et
fortitudine / nisi etiam congrediatur
cum prudentia et circumspectione / Quia sic
dicitur Eccl. 9. Melior est sapientia fortitudine
Et ibidem Melior est sapientia quam ar
ma bellica / Unde Vegetius de re mi
litari dicit quod plus valet in bello do
cta paucitas quam indocta multitudo ex
posita semper ad cedem / Unde dicit ibi
dem / quod scientia rei bellice dimicandi nu
trit audaciam / Nemo enim facere metuit
quod se bene didicisse confidit / Unde
Apostolus 1 Cor. 9. Sic pugno non tamquam ae
rem verberans. Capitulum tertium portat miles
de bello bravium coronatum / non enim corona
tur nisi qui legitime certaverit 2 ad
Thim. 2 et 2 ad Thim. 4. Bonum certa
men certavi de reliquo reposita est mi
chi corona iustitie / Unde illi strenuissimo
militi David data est corona regni
postquam triumphaverat de Golia Ut patet
in prophetis et 2 Reg. Unde Eccl. 3.
dicitur Tempus belli et tempus pacis
tempus quidem pacis erit solum in eterna beati
tudine quando vel fiet illud Ysa. 32
Sedebit populus meus in pulcritudine
pacis in thabernaculis fiducie et re
quie opulenta / Ubi secundum quod dicit Augustinus
libro soliloquiorum anime ad deum Erunt ma
gna et insatiabilia et innumerabilia
quorum non est numerus / Ubi gaudium sine
tristicia quod continet eterna leticia
Ubi erit omne bonum / Ubi non erit aliquod
malum / Ubi erit quicquid volueris / Ubi ab
erit quicquid nolueris / Ubi erit vita vi
talis dulcis et memorialis Ubi

a

non erit hostis impugnans nec ulla
illecebra, sed eterna securitas, secura tran-
quillitas, tranquilla iocunditas, io-
cunda eternitas, eterna felicitas, et fe-
lix beatitudo, et beate trinitatis et unitatis
visio, que est gaudium verum super gau-
dium vincens omne gaudium extra quod
non est gaudium. Et subdit: Ibi le-
tificantur sancti undique in pace que
exsuperat omnem sensum. Ibi gaudium
infinitum, leticia sine tristicia, salus
sine dolore, vita sine labore, lux sine
tenebris, vita sine morte, omne bonum
sine omni malo. Ibi iuventus numquam
senescit, ibi vita terminum nescit, ibi
decor numquam pallescit, ibi gaudium
numquam decrescit, ibi salus dolor numquam
sentitur, ibi gemitus numquam sentitur
auditur, ibi triste numquam videtur, ibi
leticia semper habetur, ibi malum
nullum timetur, quia ibi summum bonum
possidetur, quod est semper videre faciem
domini virtutum. Sed tempus belli est generaliter
presens vita, specialiter xlma. Sed specialissima
dies ista. Primo quidem tempus belli est
generaliter presens vita. Unde Iob 7° dicitur: Mi-
licia est vita hominis super terram. Super quo
verbo dicit Gregorius 8 moralium: Homo cum con-
tra malorum spirituum insidias vigilat,
in bellorum procinctu procul dubio exsu-
dat. Unde quilibet quamdiu est in presenti
vita habet intra se hostem domesticum car-
nem scilicet adulliatum blandientem. Habet etiam
adversarium iuxta se mundum scilicet ad ho-
nores et divitias provocantem. Habet
etiam inimicum contra se dyabolum scilicet ad omnia
facinora stimulantem. Unde Ie. l°: Vox
belli in terra. Unde ista est terra maledicta
que non generat nisi spinas et tri-
bulos. Gen. 3. Unde Bernardus in quadam
sermone que fecit de ieiunio dicit:
Heu michi domine quia undique bella in

b

undique tela volant, undique tempta-
menta, undique pericula quocumque me
vertam nulla securitas, et que
mulcet et que molestat timeo, et
esuries et refectio, sompnus et vi-
gilia, labor et requies militant
contra me. Non minus suspectus
est michi iocus quam ira. Multos
siquidem iocunditas scandalizavit.
Necnon vereor prospera quam adversa.
Prospera namque suaviter sua tactu
decipiunt. Adversa vero quia aliquid
amaritudinis habent velut potio
amara me suspectum et timidum
faciunt. Magis timeo malum quod
facio in abscondito quam quod in aperto.
Malum non quod nemo videt nullus
reprehendit, et ubi non timetur re-
prehensor securius accedit temptator et
iniquitas facilius perpetratur. Tercio vita
presens non reputatur patria sed exilium,
non domus sed carcer, non vita
sed mors. Unde 2° Gregorius in omelia:
Mors est potius dicenda quam vita. Ideo
sancti viri non in ea diutius immorari
sed per eam cito finiri optabant. Psalmista:
Heu michi quia incolatus meus pro-
longatus est etc. Et Augustinus in libro qui dicitur ma-
nuale sive speculum dicit sic: Utinam
desinat et cum totius finiat vita
ista, vita dubia, vita ceca, vita
erumpnosa quam humores tumidant,
dolores extenuant, ardores ex-
siccant, aera morbidant, esce in-
flant, ieiunia macerant, ioci
solvunt, tristicie consumunt, sollicitudo
coartat, securitas hebetat, divicie
iactant, paupertas deicit, iuventus
extollit, senectus incurvat, infirmi-
tas frangit, meror deprimit, et
post hec omnia mors intervenit, omni-
bus gaudiis finem imponens, ita
ut cum desierit esse, nec fuisse pu-

tentur. Secundo dico quod quadragesima
est specialiter tempus belli. Isto enim
tempore hostis forcius sevit, et forcius
quemcumque impugnat. Sicut valde
pulcre deducit leo papa in sermone
huius diei dicens sic. Carissimi licet dilectissimi tam
perfectus et sanctus est
ut perfectior sanctiorque esse non possit.
omnes sunt sine differentia graduum sine
discretione meritorum absque inquie-
tudine, in ea que nondum appre-
hendimus, pia aviditate curramus
et ad mensuram consuetudinis nostre
necessaria aliquid addamus aug-
mentis. Parum enim religiosus alio
tempore demiratur qui in hiis diebus
religiosior non invenitur. Unde optime
auribus nostris lectio apostolice predica-
cionis insonuit dicens. Ecce nunc
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.
Quid enim acceptius hoc tempore, quid
salubrius hiis diebus, in quibus bel-
lum viciis indicitur, et omnium virtutum pro-
fectus augetur. Semper quidem tibi
o anima christiana vigilandum contra
salutis tue adversarium fuit, ne ul-
lus pateret locus temptatoris insidiis.
Sed nunc tibi maior cautior et solli-
citior est assumenda prudencia, quia
idem hostis tuus atriori sevit in-
vidia. Nunc enim in toto mundo
potestas ei antiqui dracionis aufertur
et innumera illi vasa captivitatis aufe-
runtur. Renunciat atrocissimo predoni
applis omnium nationum, omnium que lin-
guarum et nullum iam genus hominum
reperitur quod non tirannicis legibus
reluctetur dum per omnes fines terre rege-
nerando in christo multorum milia milium
preparantur, et appropinquante nove crea-
ture ortu, spiritalis nequicia ab hiis
quos possidebat excluditur. Fremit
ergo despoliati hostis impius furor
et novum querit lucrum quia ius

perdidit antiquum. Captat indefessus et
pervigil si qua scripiat oves a sacris
gregibus negligencius evagantes,
quas per declivia voluptatum et per de-
vexa luxurie in diversoria mortis
inducat, inflamat itaque iras, nu-
trit odia, acuit cupiditates, veri-
det continencia, incitat gulam. Quem
enim temptare non audeat qui nec ab ipso
domino ihesu christo conatus sue fraudis
abstinuit. Unde Eccli. 2. Fili accedens
ad servitutem dei sta in iusticia et ti-
more et prepara animam tuam ad temptationem.
Dico tercio quod specialissime tempus belli est
dies ista, in qua dyabolus bellum in-
dixit christo. Sicut legitur in ewangelio
hodierno, quod fuit figuratum. 1. Regum
de illo Golia qui iniit bellum cum david
singulare certamen. Sicut deducit leo
papa in sermone hodierno. Cum ihesus
christus per quadraginta dierum noctiumque
ieiunium infirmitatis nostre cepisset esu-
rire gavisus dyabolus signum se recepisse
passibilis ac mortalis invenisse ipsum
temptare incepit. Causa autem huius bel-
li tangit leo papa in sermone dicens sic.
Ob hoc se dominus temptari a temptatore per-
misit, ut cuius muniremur auxilio
eiusdem erudiamur exemplo. Vicit il-
le ut nos sic vincemus. Nulla enim
sunt sine experimento temptationum opera
virtutum, nulla sine perturbationibus fides,
nullum sine hoste certamen, nulla sine
congressione victoria. Vita nostra hic in
medio insidiatorum, in medio pre-
liatorum est, si volumus non decipi pu-
gnandum est. Ideo 1. Reg. 18. dicitur. Conforta-
mini et bellate. Nota breviter dominus ihesus
christus duplex bellum habuit. Unum in quo
fuit invasor. Aliud in quo fuit defen-
sor, sed in utroque fuit triumphator. Fuit
ergo in uno aggressor valde inclitus
probitate et efficacia. In alio defen-
sor valde validus firmitate et
sapiencia. In utroque triumphator valde

fulgidus dignitate gloria et honore
fortitudine. Sicut ergo primo in uno bel
lo aggressor valde inclitus probi
tate et efficacia / et istud bellum habuit
in passione quando aggressus est viliter
infernum demonem et mortem / et in ligno
crucis decies gloriosissime triumpha
vit mortem destruendo / infernum spolia
do / demonem captivando et subiugando /
Apok. 6. Data est ei corona / et exivit vi
cens ut vinceret Unde propter istam pugnam
dictum est in psalmo Attollite portas prin
cipes vestras etc. Require Quis est iste
rex glorie dominus fortis et potens dominus
potens in prelio Sicut prophetizatum fuerat
Ozee 13 c. Ero mors tua o mors mor
sus tuus ero inferne Unde in isto bello
usus est gladio Unde ad litteram in pas
sione dixit discipulis suis Nunc qui habet sacculum
tollat similiter et peram / et qui non habet ven
dat tunicam et emat gladium Luc. 22.
Et iste est gladius de quo dicitur Exo. 15.
Euaginabo gladium et interficiet eos
manus mea Unde in psalmo dicitur Accingere
gladio tuo super femur tuum potentis
sime. Sicut 2o in alio bello defen
sor valde validus firmitate et sa
pientia / et hoc fuit in bello hodierno
quando verificatum est illud Job. 26 Pru
dentia eius percussit superbum Ideo
enim in isto bello fuit defensor / et
vicit prudentia et sapientia / etiam usus
est hic non gladio invasivo sed clipeo de
fensivo Quod isto scilicet clipeo de quo dicitur Pro.
19. Omnis sermo dei ignitus clipe
us est sperantibus in se Sicut enim ap
paret in evangelio hodierno / in qualibet
temptatione isto clipeo se defendit Unde
in qualibet temptatione dicit scriptum est etc.
In quo nos docuit quod per scripturam sacram
possimus nos defendere contra omnia
temptamenta Sicut pulcre deducit Gregorius
super Ezech. parte 2 omel. 3. per civitatis d

Canticorum 4. Sicut turris David
collum tuum / que edificata est cum
propugnaculis / mille clipei pendent
ex ea omnis armatura fortium di
tes sit Quid per collum sacre ecclesie
nisi sacra eloquia designatur /
in qua dum mille clipei dependere
memorantur per hoc perfectum muneratum
munerus universus ondit quod vm
ipsa mea munimento in sacro eloquio
continetur / Ibi quippe sunt precepta
pta dei / ibi exempla iustorum / Si
enim torpet animus a conditoris
sui desiderio / audiat quod dicitur
Diliges dominum deum tuum ex tota mente
tua et ex tota virtute tua Si quis
in odio fortasse labitur proximi au
diat quod dicitur diliges proximum
sicut teipsum Si res alienas concu
piscit audiat quod illud scriptum
est Non concupisces rem proximi tui
De iniuria que ore vel facto proximo
illata est ad iram mens accenditur /
audiat quod dicitur Non queras ultionem
nec memor eris iniurie civium tuorum
Si in carnis concupiscentia male sau
cia mens attenditur / ne sequitur oculus
mente / audiat quod dictum est Qui
viderit mulierem ad concupiscendum
eam iam mechatus est eam in corde suo /
Si inimicum forsitan quisque amicum suum
potuit tolerare modum / audiat
quod illic scriptum est diligite inimi
cos vestros et benefacite hiis qui vos
oderunt / Si is qui aliena iam non ra
pit adhuc forsitan sua inordinate
retinet / audiat quod illic dicitur Ven
dite que possidetis et date elemo
sinam Si infirmitatis animus per sua
desiderat deo et seculo / audiat
quod illic scriptum est nemo potest duobus
dominis servire Alius qui non ad necessitatem
stipendii sed ad voluntatem desiderii

possessa retinet Audiat quod il
lic dicitur Cum non renunciauit omnibus
que possidet non potest meus esse discipulus
cunctam enim relinquunt omnia / multi
aut possidendo renunciant / quasi sic ad
usum possessa retinet ut eius ex
desiderio non sauciabat / torpere
quisque appetit et laborem subire
pro domino / ad preualet refugit Au
diat quod ibi scriptum est Cum non
colligit mecum dispergit In collo ergo
ecclesie .i. usitati eloquii proditur de
que persua uiricone et altitudine
turri david similis dicitur mille cli
pei dependet quia quot illic pre
cepta sunt / tot etiam pectoris munimi
nimium ubi sunt Et propter hoc dicitur de eo
Job .9. Sapiens corde est et fortis
robore quis resistit / et prouerbiorum .24.
Vir sapiens fortis est vir doctus
robustus et validus Sed videtur
michi quod hodie multi parui curant
instrui ista doctrina et sapientia
que sic in bello protegit et defendit /
sed potius studet in vanitatibus
et difficultatibus subtilitatibus
curiosis et totaliter infructuosis
quos deridet Seneca in libro epistolarum ad
lucilium .6. epistola .48. dicens sic Mus sil
laba est / mus autem caseum rodit
sillaba ergo caseum rodit / putas me
nunc istud solvere non posse / quod
michi ex ista scientia periculum imminet
quod incomodum / sine dubio verendum
est ne quando in muscipulas sillabas
capiam / aut ne quando si negligentior
fuero caseum liber comedat / nisi
forte cautior illa est allectio Mus
sillaba est / sillaba autem caseum non
rodit Mus ergo caseum non rodit
O puerilitates / ineptias in hac supercilia

superduximus in hoc / barbam dimi
simus Hoc est quod tristes docemus
et pallidi Et subdit in fine epistole Si
multum superesset etatis parce dispensan
dum erat ut sufficeret necessariis / nunc
que dementia est tam superuacua dis
cere / et in tanta temporis egestate / Et
in epistola .49. dicit vehementer videor
si istis impedes operam et nunc obsi
deor / Dico tercio quod ihesus in utroque
bello fuit triumphator valde fulgidus
in dignitate gloria et honorificencia
Unde de primo dicitur ad hebreos .2. Videmus
ihesum propter passionem mortis gloria et
honore coronatum / Et de secundo dicitur in ewangelio
hodierno quod dimisit eum dyabolus
et accesserunt angeli et ministrabant ei
Unde de eo dicitur Apocalypsis .7. Et tamen forte
dedit illi ut vinceret Et Apocalypsis .10.
Vidi aliud angelum fortem descendentem
de celo amictum nube et iris in ca
pite eius / et facies eius erat ut sol
Et .1. Reg .2. Non est sanctus ut est dominus
neque enim est alius extra te et non est fortis
sicut deus noster / Habemus ergo duo quomodo
quod miles merito dicitur fortis in bello
Qui aggreditur ad magna auda
cia et fortitudine Qui congreditur
ad magna prudencia et certitudine
Qui egreditur cum magna victoria
et laudis magnitudine / Habe
mus 2o quod ihesus habuit duplex bel
lum In uno fuit aggressor valde
inclitus probitate et efficacia
In alio fuit defensor valde validus
firmitate et sapiencia In utroque fuit
triumphator valde fulgidus dignitate
gloria et honorificencia Ergo meri
to concludere possumus thema meum
fortis in bello ihesus / In quibus
verbis tria tanguntur propter que merito
serue ingredi potuit bellum istud
hodie miles noster coplebs enim clam

Resumptio
Thematis

bellu debet consiliai prudenter
in bello psiari poteter | modo mi
quo bellu vincendu decet | let noster
est sani cosily et imesi dulcoris ihus
est tuti psidy et itesi vigoris in bello
est clari pcony et excelsi hons fort
In nro ergo milite
est ctitudo ois dubij declaratiua ihus
est fortitudo ois pircli exclusiua i bello
est dulcedo o solatij o auxilij colla
tiua fortis Pugnat g hodie miles
Cuius pnde cosiliu nllq decipit ihs
Cuius hndo psidiu q qz ptegit in bello
Cuius extolledo tuphu qsti psitat fort
Et videt michi qlibet xanus pt
pq eu sequi istud bellu ingredi me
rito g bellu pt securius ingredi
Et habet cosiliariu tate prudencie
q no pt falli nc falle ihus | ac q no
iuui sz auxiliatu tate pote | potest
vinci si vincere in bello | te honoi
tiui expectat pmiu tan | ficetie q
cona regni pt acqre fortis Dico
g pmo q nr miles e sani cosily et
imesi dulcoris Et ut oia mebra psc
quam simul causa breuitatis est
etia tuti psidy et intensi vigoris est
etia clari pcony et excelsi honoris
Vnde ineo e fortitudo et ctitudo et
dulcedo Vnde de omnibus istis d sil
ysa. 9. c. Vocabic no eius admira
cosiliarius ds fortis pr futuri scli pn
ceps pacis Qstat tradicos pulcre psegt
centus Bn in simone xi. sup cantic p
tantis illud vbu Cantic. i. Oleum
effusu nome tuu dicens sic cruud eq
mete angustatus impugnat quid ita
ex citatos repat ssq virtutes roborat
vegetat mores bonos atqz honestos
castas fouet affecciones Aridus
e ois cibus si oleo isto no infudat
insipidus e si no hac sale conditur
Si scribas no sapit michi si no legero

ibi ihm si disputes aut cofeas no
sapit michi si no sonuerit ibi ihus
Ihus mel in ore melos in aure
in corde iubilus Tristat aligs
veniat in cor ihus et inde
saliat in os Et ecce ad ortu nois
luminy nubilu oe diffugit red
dit serenu labic quis in crimey curit
insup ad laqueu mortis desperando
nome si invocet nome vite cofestim
respirabit ad vita, cui aliqn stetit
an facie salutaris nois xi dulcia
ut assolet cordibus ignauie torpor
rancor aimi accidie laguor cui
fons forte siccaty lacrimaru inuoca
to ihu no cotinuo erupit vberior
fluxit suauior cui in periculis pal
pitati et trepidati inuocatu virtutis
nome no statim fiduciam pstatit
depulit metu cui queso in dubyis
estuati et fluctuati ad inuocatory
clari nois no subito eminauit ctitudo
cui in aduersis diffidenti ia iaqz
deficienti si noy adiutory sonuit
defuit fortitudo Et subdit Nichil
ita ire impetu cohibet supbie
tudorem sedat liuoris vulnus sa
nat restringit luxurie fluxiu ex
tinguit libidinis flama sitim
tepat auaricie ac totius indecoris
pruriginem fugat Ideo dicebat
ppha Abacuk. 3. Ego gaudebo
in domino et exultabo in deo ihu
meo. deus dns fortitudo mea ipe
dicebat in ps cuilibz existeti in bel
lo spuali inuoca me in die tribulacois
eruam te et honorificabis me Merito
g cogredi potuit in bello isto hodie
ex equo tam fortis et virtuosus est
Vt de isto bello exponamus qd scribit
math. 4. et e in ewangeo hodierno
Ihus ductus e in desertu a spu ut
temptaretur a dyabolo In qbus vbis

c d e

tanguntur tria describitur enim
Miles pugnaturus | scitur miles
Certaminis locus et | pugnaturus
Hostis impugnaturus | esse probate
Primo quidem describitur | strenuitatis et
potencie firmitatis ibi ductus a spiritu
Secundo describitur certaminis locus esse conten-
cionis et convenientis pocioris in spiritu
Tercio describitur hostis esse venenate
malignitatis et nequicie amplioris
ut temptaretur a dyabolo ¶ Circa primum ad
primum describitur ut ostendi ibi ductus
a spiritu Et vero michi quero vita pulcre
describitur tria in isto milite spirituali
pugnaturo que videmus in milite
corporali conflicturo | Et ab ipsis de-
Primo enim armis precingitur | fenditur
Secundo parcius ad campum ducitur | et protegitur
Tercio sibi assumptis assistitur | ¶ describitur
ergo certamina primo quod miles iste pre-
cingitur omnium armorum ingenio ro-
boratus ibi ductus Secundo quod ducitur in-
angelorum consorcio sociatus ductus est
Tercio quod protegitur pleno spiritus sancti
auxilio confortatus a spiritu Unde vero
michi quod ipsum describit esse pro-
vidum precinctum et inpavidum
Providum quia scilicet contra hostem est vallatum ibi ductus
Secundo vestitum quia se offert voluntarium ductus
Tercio inpavidum quia obtinuit divinum auxilium a spiritu
¶ Dico ergo primo quod iste miles precingi-
tur omnium armorum ingenio roboratus
unde est miles providus quia scilicet contra hostem
est vallatum ibi ductus Ad litteram Quicumque
ille qui pugnaturus est cum alio corporaliter
non est sufficienter armatus si habe-
at armaturam in una parte corporis
et in alia non / quia in parte non armata
potest faciliter percuti et occidi Sic eciam
in bello spirituali armati esse sunt virtu-
tes quia si aliquis et alie sibi desiciunt
non potest securus bellum intrare / quia ex ea
parte in qua armatus non est armis

virtutum cito decidit et superatur / et quia
deliquit in uno factus est omnium reus
unde si sit castus et non humilis vincitur
ex ea parte qua humilis non est Et si ca-
stus et humilis / tamen cupidus / vincitur
ex ea parte qua liberalis non est contrarie
Et propter hoc dicebat Apostolus ad Ephesios 6
Accipite armaturam dei ut possitis
resistere in die malo et in omnibus perfecte
stare / State ergo succincti lumbos vestros
in veritate et induti loricam iusticie et
calciati pedes in preparacione evangelii
pacis / in omnibus sumentes scutum fidei
in quo possitis omnia tela nequissimi
ignea extinguere / et galeam salutis as-
sumite / et gladium spiritus quod est verbum
dei Et Apostolus 2 ad Corinthios 6 in epistola ho-
dierna dicit In omnibus exhibeamus
nosmetipsos sicut dei ministros ibi ductus
autem sicut dicitur Glossa 4 scilicet omnes virtute
unde Gregorius super Moralia 17 super caticum dicit sic
Siquidem cum novo ihesum hominem in michi
pono mitem et humilem / corde benignum
sobrium castum misericordem et omnino
eius honestate ac sanctitate conspicuum
eundem ipsum dominum omnipotentem / qui suo me
et exemplo sanet / et roboret adiutorio
Hec omnia simul michi sonat cum in so-
nuerit michi ihesus Sumo itaque in
exempla de homine et auxilium a potente
unde potest dicere illud 1 Regum 14 Ego vadam
et pugnabo adversus philisteum Et
in psalmis dicebat ipse precinxit me virtute
et posuit inmaculatam viam meam ad
litteram quia via sua fuit tota inmaculata
ideo precinctus erat virtute ad bellum 1 ad
Corinthios 1 Predicamus ihesum christum crucifixum
iudeis quidem scandalum / gentibus autem
stulticiam / nobis autem dei virtutem et dei
sapienciam Ad Philippenses 2 In nomine ihesu
omne genu flectatur ¶ Dico 2o quod
iste miles ducitur in angelorum co-
sorcio sociatus ductus est Sic enim nos
in bello spirituali semper adiutorium angelorum

sicut dicit Origenes super librum Numeri
Multo fortius Ihesus de quo dicitur in psalmo
Angelis suis mandavit de te ut custo
diant te in omnibus viis tuis Unde
et describitur vir miles inclitus qui
se offert voluntarium ductus Et vide
tur michi quod licet psalmista describat multa
genera motuum tamen septuaginta sicut tangit
tres motus quibus anima movetur ad deum
primo ad omne opus bonum meritorium
vite eterne Et sunt isti tres motus

Motus anime

Motus raptus | Et est inter istos tres
Motus tractus | motus differentia
Motus ductus | Quia motus raptus
videtur habere quandam ~~violentiam~~ ve
hementiam Motus tractus videtur habere
quandam violentiam Sed motus ductus
videtur habere quandam complacentiam Et
licet videatur motus iste esse valde
diversus tamen michi videtur quod in omni bono opere
concurrunt Homo enim in bono opere
et rapitur quadam vehementia spiritus
ipsum erigente et trahitur quadam vio
lentia gratie ipsum impellente Et du
citur quadam complacentia glorie ipsum alli
ciente Sed et anima quandoque in spiritu perpe
tit et orat ut rapiatur vehementer
sicut ille Paulus qui raptus est usque
ad tercium celum 2 ad Cor. 12 Et sicut
ille ~~spiritus quem~~ Philippus quem spiritus
domini rapuit sicut dicitur Actuum 8 Quandoque
orat ut trahatur violenter Canticorum
primo Trahe me post te curremus in
odore unguentorum tuorum Novit enim
anima sancta illud Matthei 9 Regnum celorum
vim patitur et violenti rapiunt illud
Quandoque etiam orat ut ducatur compla
center In psalmo Deduc me domine in
semita mandatorum tuorum quia ipsam vo
lui Et in alio psalmo Spiritus tuus bo
nus deducet me in terram rectam Ma
go miles noster iuit cum complacen
tia ideo dicitur Ductus spiritu est Du
cam te per semitas equitatis etc. Et

videtur michi quod ipse Ihesus fuit ad
quatuor loca ductus | fertur Luc. 2
primo quidem in templo ut offer | in quo dedit
exemplum obedientie | tur in
secundo in desertum ut temptare | quo de
dit exemplum victorie
Tercio in iudicium ut examinetur Luc. 23
in quo dedit exemplum sapientie in responsis
Quarto in patibulum ut crucifigeretur
in quo dedit exemplum patientie Ysa. 53
quasi ovis ad occisionem ductus
est et non aperuit os suum Et nos
eius exemplo ducamur | Tunc enim
In templum obedientie | verificabitur
In desertum penitentie | de nobis
In iudicium sapientie | illud Aba
In patibulum patientie | cuc 3 Super
excelsa mea deducet me victor
et in psalmis canentem Dico
tercio quod iste miles protegitur pleno
spiritus sancti auxilio confortatus quia
a spiritu Sed scribitur miles impavi
dus qui obtinet divinum auxilium quia
a spiritu Spiritus autem est fortis auxilia
rius qui numquam lacessat Ad Ro. 8
Spiritus adiuvat infirmitatem nostram
Et in psalmo Cum ipso sum in tribulatione
eripiam eum et glorificabo eum Et
Ambrosius in quadam epistola dicit Deus
ipse rector omnium et dominus cum omni an
gelorum militia certamen tuum ex
pectat tecum contra diabolum dimicantem
adiuvat et feliciter decertanti coronam
eternitatis parat Et Augustinus super psalmos
dicit Conatum tuum novit deus et
voluntatem tuam inspirat et luctum
considerat et hortatur ut pugnes
et adiuvat ut vincas te certante
spectat te deficiente levat te
vincente coronat Et ideo dicebat psalmista
dominus michi adiutor non timebo quid
faciat michi homo Dominus michi ad
iutor et ego despiciam inimicos
meos Et Apostolus ad Ro. 8 Si

de pro nobis quis contra nos Ihesus
ergo erat miles impauidus qui ha
bebat diuinum adiutorium Luc. 4. Age
batur a spiritu in desertum Dicit enim
Gregorius in omelia dicens Hic et absque
ulla questione conuenienter accipitur
ut a spiritu sancto in desertum ductus cre
datur ut illuc eum suus spiritus duceret
ubi ad temptandum eum spiritus ma
lignus inueniret Sed videtur in
quod aliqui non aguntur nec ducuntur spiritu di
ui magis a spiritu illo nequam qui agi
tabat Saul sicut dicitur 1 Reg. 16. Agita
tur enim quidam spiritu inuidie quidam spiritu
iracundie spiritu quidam luxurie quidam
spiritu superbie Dicit pulcre deducit
Gregorius 5 moralium dicens Sic hunc super
bia illaqueat illum forsan ira sup
plantat hunc auaricia cruciat illum
luxuria inflammat Et plerumque con
tingit ut is quem superbia deprimit
aliud despiciat quem ira succedat
Et quia se ira non cruciatus instigat me
liorem se iracundo iam deputat atque
apud semetipsum de iusticia extol
litur quia pensare negligit vitium quo
magis tenetur et plerumque contingit
ut is quem auaricia sauciat aliud
in luxurie voragine mersum cernat
Et quia a pollucione carnali aliud se
respicit quibus ipse sordibus spiritalis
vicii mensceatus polluitur non attendit
Cumque in alio pensat malum quod ipse
non habet inspicere negligit considerare
quod habet Sicque fit ut dum ad alie
na diiudicanda mens ducitur propri
iudicii lumine priuetur et eo duri
us contra aliena superbiat quo sua
negligencius ignorat Tales qui
talibus spiritibus ducuntur non proteguntur
in bello sed corruunt et ergo qui spiritu
dei ducuntur hii defenduntur ut filii
Ad Ro. 8. Quicumque spiritu dei aguntur

hii filii dei sunt Nec mirum si spiritus sanctus
diligit dirigit et erigit et protegit
Spiritus enim sanctus dat spiritui nostro sen
sum usum motum et statum Sensum
quidem caritatis non carnalitatis aut inui
die Usum quidem veritatis non falsitatis
et malicie Motum quidem sanctitatis non
feditatis aut inuidie Statum quidem
firmitatis non quidem casum instabilitatis
aut inconstancie Non prosequor Sic
ergo primum scilicet quod miles iste pugnaturus
est probate strenuitatis et potencie firmioris
Ihesus ductus a spiritu Dico 2° quod cer
tus locus est congrue ydoneitatis et co
ueniencie potioris in desertum Ad
cuius euidenciam sciendum quod secundum Hugonem
libro primo de claustro anime quatuor sunt
cause que faciunt faciliter cadere in bello spiri
tuali Est loci amenitas Unde Sap
prima 2 dicebat ille impiorum nul
lum pratum sit quod non pertranseat
luxuria nostra Secunda est diuiciarum ha bundancia et copiosi
tas 1 ad Thim. 6. Qui
volunt diuites fieri incidunt in temptacionem
et in laqueum dyaboli Tercia est exquisita
vestium ornatum preciosi ciborum et potuum
varietas Unde ille diues qui induebatur
purpura et bysso et epulabatur cotidie
splendide sepultus est in inferno ut dicitur
Luc. 16. Quarta est mulierum formositas Propter
speciem enim mulieris multi pe
rierunt ex hac concupiscencia quasi ignis
exardescit Dicit dicitur Eccl. 9. Modo
videtur michi quod desertum non habeat
istas condiciones sed contrarias Non enim habet
primam amenitatem sed veprium et spinarum
densitatem Judicum 8. Conteram car
nes vestras cum spinis tribulisque deserti
Secundo diuicie desertum non habet diuiciarum
copiositatem sed penuriam et sterilitatem
Exod. 16. Induxistis nos in desertum
istud ut occideretis omnem multitudinem
fame Tercio desertum non habet ornatum
preciositatem nec victus aut vestitus va
rietatem sed pocius in cultu in victu

quatuor cadere
faciunt in bello

a

et in vestitu vilitatem et asperitatem
Unde Salvator ait xi° interrogabat
dicens quid existis in desertum videre
hominem mollibus vestitum ecce qui mol-
libus vestiuntur in domibus regum sunt
Quarto desertum non habet mulierum for-
mositatem sed solitudinem et contractus
exercitatem Jer. 12. dederunt portio-
nem meam in desertum solitudinis Ergo
cum desertum non habeat conditiones que
faciunt fortitudinem in bello sed e contrario
non est locus ad certandum contra predones
et tormenta potioris quod valde
conditur Apoc. 12. c° ubi dicitur quod visum
est aliud signum in celo et ecce draco
magnus rufus habens capita septem
et cornua decem et in capitibus septem
dyademata et cauda eius trahebat
terciam partem stellarum celi et draco ste-
tit ante mulierem que erat paritura ut
cum peperisset filium eius devoraret Sed
mulier fugit in solitudinem ubi habet
paratum locum a deo Et sequitur cum persecu-
tus est draco mulierem Sed date sunt mulieri
due ale aquile magne ut volaret
in desertum in locum suum ubi alitur per tempus
et tempora et dimidium temporis a facie serpentis
draco iste dyabolus qui dicitur draco propter
astuciam magnus propter potenciam rufus
propter maliciam qui habet septem capita id est
septem mortalia peccata et capitalia et
decem cornua quibus impingit contra
decem precepta decalogi Habet etiam
septem dyademata in capitibus propter vi-
ctorias quas habet ex septem peccatis mor-
talibus cuius cauda trahit terciam partem
stellarum in terram Sunt enim quedam stelle
que sunt in celo quantum ad existenciam et ap-
parenciam sicut bone et simplices persone
Sed tercie sunt quantum ad apparenciam sed
non quantum ad existenciam sicut sunt ta-
les impressiones que generantur in aere
et significant malos doctores malos

B

clericos et religiosos quos trahunt de
celo ubi videntur esse secundum appa-
renciam licet non secundum existenciam Stat
autem iste draco ante mulierem que est
paritura filium id est animam sanctam que
debet parere bonum opus quia ad litteram
bonis operibus insidiatur ut pereant
Ad literam tripliciter Primo enim insi-
diatur ne anima sancta bonum opus conci-
piat Secundo insidiatur ne saltem bo-
num conceptum pariat Sed tercio insidia-
tur ut saltem bonum iam partum
et conceptum devoret et deglutiat
Ad literam quia vana gloria et appe-
titum laudis humane que opus bonum
privat a mercede Sed mulier fu-
git in solitudinem ubi habet locum para-
tum a deo Ad litteram debet anima sancta
fugere ad penitenciam que est illa soli-
tudo de qua dicitur Exod. 3. Ibimus via
trium dierum in solitudinem Una
enim prime diei est cordis contricio Secunda
oris confessio Tercia operis satisfactio
Sed adhuc dicit textus quod draco perse-
cutus est mulierem Sed date sunt ei
due ale aquile magne ut volet
in desertum Ista aquila potest dici
ieiunium istud quadragesime quod
secundum Gregorium in prefacione vicia
comprimit mentem elevat virtutem lar-
gitur et premia Ista autem aquila
habet duas alas quia ad literam secundum
Augustinum debet habere ieiunium
duos comites quasi duas alas Una
est facilitas remittendi iniurias
Alia est pietas largiendi ele-
mosinas secundum Hugonem in sermone
hodierno Hee sunt due ale quibus
ieiunium volat ad deum in de hoc
quod habetur datur indigenti
et quod committitur ignoscatur deli-
quenti Et hoc est quod dicitur Ysa. 58. Ecce
in die ieiunii vestri invenitur voluntas

draco

vestra et omnes debitores vestros repetitis
Ecce ad lites et contentiones ieiunatis
et percutitis pugno impie. Et sequitur
Nonne est tale ieiunium quod elegi, dis-
solve colligationes impietatis, solve fa-
sciculos deprimentes, Dimitte eos
qui confracti sunt liberos et omne onus
dirumpe, frange esurienti panem tuum
et egenos vagosque induc in domum
tuam. Cum videris nudum operi eum
et carnem tuam ne despexeris, tunc
erumpet quasi mane lumen tuum
et sanitas tua citius orietur, et
ante ibit faciem tuam iustitia tua
et gloria domini colliget te. Tunc invo-
cabis et dominus exaudiet. Quod
verbum pertractans Gregorius in omelia huius
diei dicat sit cum ad paradisi gau-
dia pabulum tendimus, ad hec inquan-
tum possumus per abstinentiam resur-
gamus. Sed nemo solum credat absti-
nentiam solam posse sufficere. Cum dominus per
prophetam dicat Hoc est magis ieiu-
nium quod elegi, frange esurienti et cetera
Illud enim ieiunium deus approbat
quod ad eius oculos manus elemosinarum
levat quod cum proximi dilectione
agitur quod ex pietate conditur.
Hoc ergo quod tibi subtrahis alteri
largire. Et unde tua caro affligitur
inde egentis proximi caro repa-
retur. Date ergo mulieri i. ecclesie sancte
date due ale aquile, quia indictum
est sibi quadragesime ieiunium cum
iniuriarum remissione et elemosinarum
largitione, et tunc volat in desertum
hoc est in penitenciam que licet videatur
esse difficilis et laboriosa, tamen secundum ve-
ritatem est cum complacentia assumenda
ca. pme / ...oris propter quatuor causas quas non persequar.
Primo quia habet compendium laboris brevioris
Secundo quia habet incendium amoris verioris
Tercio quia habet premium honoris celsioris
Quarto quia habet stipendium valoris potioris

Unde istud est desertum de quo scribitur Ysaie
li. Ponet desertum eius quasi delicias
et solitudinem quasi ortum domini gaudium
et leticia invenietur in ea gratiarum actio
et vox laudis. Unde anima que libenter
stat in isto deserto dicitur Cant. 3. Que
est ista que ascendit per desertum sicut vir-
gula fumi ex aromatibus mirre et
thuris et universi pulveris pigmentarii.
Et Cant. 8. Que est ista que ascendit a
deserto deliciis affluens innixa super di-
lectum suum. Anima enim sancta volat in
istud desertum ubi per tempus et tempora et
dimidium temporis hoc est per totum tempus presentis
vite. Ideo Leo papa in sermone hodierno
pulcre concludit Sic prompta devotione
et alacri fide suscipiamus sollempne
ieiunium, non in sterili inedia quam plurimumque
etiam imbecillitas corporis et avaritie
morbus indicit, sed in larga benivo-
lentia celebrandum. Delicie vere sunt
opera pietatis et illis cibis qui nos ad
eternitatem nutriunt impleamur. Letemur
in refectionibus pauperum quos impendia
mea satiaverint. Gaudeamus in ve-
stitu eorum quorum nuditatem indumentis
necessariis texerimus. Sentiat humanitatem
nostram egritudines decumbentium, im-
becillitates debilium, labor exulum, de-
stitutio pupillorum, et desolatarum me-
stitudo viduarum, in quibus iuvandis nemo
est qui non aliquam possit impendere benivo-
lentie portionem. Nulli enim parvus est
census cui magnus est animus, nec
de rei familiaris modo pendet mensura
sua pietas. Et subdit. Cesseant ergo odia
in dilectionem, inimicitie caritate, in pace
tranquillitas extinguat iram, man-
suetudo extinguat iniuriam. Itemque
dominorum atque servorum ita ordinati mores
sint ut et illorum potestas mitior et
istorum sit disciplina devotior. Tali
enim observantia obtinebitur misericordia
dei et abolitio peccatorum reatu religiose

a

pascha celebrabit veneandum. Patet
ergo quod desertum est locus pro isto cer-
tamine propter ydoneitatis et convenien-
tie pectoris quod fuit figuratum 1 Reg. 23
de David qui fugiens a facie Saulis mo-
rabatur in deserto in locis munitissi-
mis. Dico tercio et ultimo quod hostis
impugnatur est venenate malignitatis
et nequicie amplioris quia sequitur
ut temptaretur a dyabolo. Ad cuius evi-
denciam sciendum quod istud bellum quod
initur cum dyabolo in temptacione habet tres
condiciones timoris maxime pro-
est enim propter periculum ne succumbat
est vigoris incitativum propter conflictum in quo certat
est honoris collativum propter triumphum quem reportat
est enim istud bellum periculosum virtuosum
et gloriosum. Dico primo quod est bellum peri-
culosum et ideo terroris maxime propter
periculum ne succumbat. Iste enim hostis dyabolus
est timendus specialiter propter tria, scilicet: propter subti-
primo quia est ingeniosus et in- litatis
secundo quia maliciosus et perverse voluntatis
tercio quia laboriosus et indefesse pervesitatis
non prosequor causa brevitatis. Sed de
hoc loquitur Cassiodorus super psalmum 55 super primo
verbo Tota die impugnans tribulavit
me dicens sic: Bellum quod habemus
cum dyabolo bellum grave est quia et oc-
cultum est, et quia cum forti dimicatur.
Qualis enim est cum hoste confligere et
eius insidias non videre. Adversarius quo-
que noster nec labore deficit, nec victus disce-
dit, sed tanto atrocior redit, quanto eum
per divinam gratiam debellare posse contigerit.
Et Leo papa in sermone huius diei sic
dicit: non desinit hostis temptacionum la-
queos ubique pretendere ut credencium fidem
valeat quoquomodo corrumpere. Novit enim
cui illecebras cernis ingerat, cui
vinus invidie infundat, cui incitamen-
ta luxurie apponat, quem admiracione
seducat, omniumque discutit mores, omniumque
ventilat causas, omnium scrutatur af-

b

fectus, et ibi querit causam nocendi
ubi viderit quemque diligencius occu-
pari. Et Augustinus in libro soliloquiorum
quorum circa ad dominum dicit: Sive dor-
miamus sive vigilemus sive
comedamus sive bibamus sive
quodcumque opus operemur, instat ad-
versarius noster modis omnibus die ac
nocte, fraudibus et artibus
nunc palam nunc occulte sagittas
venenatas contra nos dirigens ut
interficiat animas nostras, tendit ante
pedes nostros laqueos infinitos et
omnes vias nostras complevit decipulis
ad capiendas animas. Et quis effu-
giet, laqueos posuit in diviciis
laqueos tetendit in cibo et in po-
tu, in voluptate, in sompno et
in vigiliis, laqueos posuit in verbo
opere, in omni vita nostra. Sed tu domine
libera nos de laqueo venancium et
a verbo aspero ut confiteamur tibi
dicentes: Benedictus dominus qui non dedit
nos in captionem dentibus eorum. Anima
nostra sicut passer erepta de laqueo
venancium laqueus contritus est
et nos liberati sumus. Unde propter istas
condiciones in scriptura sacra nunc vocatur
leo, nunc draco, nunc dyabolus, nunc
sathanas ad Ephes. 6. Induite vos
armaturam dei ut possitis stare
adversus insidias dyaboli etc. Et Apo-
calypsis 12. Proiectus est draco ille ma-
gnus serpens antiquus qui voca-
tur dyabolus et sathanas qui seducit
universum orbem. Et 1 Pe. 5. Adver-
sarius noster dyabolus tamquam leo rugiens
circuit querens quem devoret cui re-
sistite fortes in fide. Patet ergo
quomodo istud bellum est maxime terroris
propter periculum ne succumbat. Dico
secundo quod est est excitativum vigoris
propter conflictum in quo certatur. Ad
cuius evidenciam sciendum quod in bello isto

Condiciones tres belli cum dyabolo

Propter tria dyabolus est timendus

Nota

debet quilibet christianus vigorem suum
spiritualem ad tria que non prosequar
Primo ad cognoscendum insidias Unde
Secundo ad convincendum eius malicias Super
Tercio ad excitandum vigilias psalmo
dicit Certo hostis vigilat ut noceat
ceat tanto christianus vigilet ut vi-
vat nunquam enim vigilantibus obesit
inimicus, nunquam sollicitos convincit
hostis, sed sicut hostis securos quos
cupit esse captivos sicut et securos sibi
incautos precipitet quos minime
inermes opprimat prosperit vi-
et eos vulneret vigilare Mt 26.
vigilate et orate ut non intretis
in temptacionem Et dicit bene ut non intre-
tis quia non est orandum ut homo non
temptetur Quia sicut dicit Gregorius
in moralibus Nemo vires suas in pace
cognoscit, si enim bella desunt
virtutum experimenta non proderunt Et
Bernardus super cantica dicit Quid michi
cum victoria si in prelio non fui, im-
pudentissime abrogo vel gloriam
absque virtute, vel victoriam sine pu-
gna Et Augustinus super psalmos dicit vi-
ta nostra in hac peregrinacione non potest
esse sine temptacione, quia profectus noster
per temptacionem nobis fit nec sibi quisque
innotescat nisi temptatus, nec potest
coronari nisi vicerit, nec potest vincere nisi
certaverit, nec potest certari nisi inimicus
et temptaciones habuerit, sed bene orandum
est ne intretur aut mandatur in temp-
tacionem Sicut docuit Salvator noster
Mt 6. Et ne nos inducas in temp-
tacionem Unde et paulo tamen datus
erat stimulus carnis angelus sathane
ne qui eum colaphizabat ter dominum ro-
gavit ut ab eo discederet dictum est, suf-
ficit tibi gracia mea, nam virtus in inf-
irmitate perficitur 2 ad Cor. 12 et 1
ad Cor. 10. Fidelis deus qui non patietur
vos temptari supra id quod potestis sed faciet

cum temptacione etiam proventum ut possitis
sustinere Unde Augustinus in libro soliloquiorum
cum dicit loquens deo sic Venit temptator
tenebrosus ut est, et ut eum desspicerem
tu me confortasti Venit temptator fortis
et ne me vinceret eum refrenasti, et me
roborasti Venit temptator transfiguratus
in angelum lucis et ut me non deciperet
tu eum increpasti, et eum cognoscerem
tu me illuminasti Unde propheta dicebat
in psalmo Illumina oculos meos ne unquam
obdormiam in morte, ne quando dicat
inimicus meus prevalui adversus eum,
qui tribulant me exultabunt si motus
fuero ego autem in misericordia tua speravi Est er-
go bonum istud bellum virtuosum et excita-
tivum vigoris propter conflictum in quo
certatur Secundo ulterius quod est gloriosum
et honoris collativum propter triumphum qui repor-
tatur, sicut ad litteram fuit hodie in Christo
qui fuit temptatus de tribus de quibus omnia
alia vicia reducuntur iuxta illud 1 Jo. 2.
Omne quod est in mundo aut est concupiscencia
oculorum aut concupiscencia carnis aut super-
bia vite Primo temptatus de concupiscencia
Sicut enim carnis non quidem directe
sed indirecte, quia de peccato gule que ministrat
materiam luxurie Unde dixit ei temptator
tor Si filius dei es dic ut lapides isti
panes fiant Temptatus de superbia vite
Secundo fuit temptatus cum dixit ei Si filius dei
es mitte te deorsum Tercio de concupiscencia
Tercio de avaricia seu concupiscencia oculorum cum
ostendit ei omnia regna mundi et gloriam
eorum et dixit ei Hec omnia tibi dabo si
cadens adoraveris me Et in istis omnibus
Christus vicit Unde Joh. 16. dicebat Con-
fidite ego vici mundum Et istas temp-
taciones beatus Bernardus super illud psalmi Qui
habitat in adiutorio altissimi reducit ad
tres temptaciones de quibus fit mencio in
psalmo illo a timore nocturno per quem
prima est intelligit carnis molestiam
quam docet vincere ex quatuor quibus non prosequor
primo considerando peccati feditatem Secundo
Secundo considerando eternorum suppliciorum acerbitatem

non

a timore
nocturno

a

a sagitta volante in die

a negocio perambulante in tenebris

Ab incursu et demonio meridiano

T° considerando celestium premiorum que
recedit rotunditatem / que pro nobis
Quarto considerando eorum / xpus per
tulit asperitatem / est a sagitta volante
Secunda temptacio / in die per quam intelli
git superbia et inanem gloriam / que
est sagitta que leviter volat / leviter
penetrat sed non leve infligit vulnus
quam docet vincere quatuor modis
Primo considerando nostram condicionem
Secundo considerando nostram corrupcionem
T° considerando operum nostrorum imperfectionem
Quarto considerando omnium bonorum ab alio
acceptionem / tercia est a negocio perambulan
Tercia temp / te in tenebris per quam intel
ligit ambicionem et avariciam Ambicio
enim sicut ibidem dicitur est malum sub
tile et secretum virus Quam eciam do
cet vincere quatuor modis / racionis
P° considerando consolacionis parvitatem
Secundo considerando iudicii gravitatem
T° considerando usus brevitatem
Quarto considerando finis dubietatem
Et videte quod psalmista tangit
quartam temptacionem scilicet ab incursu et
demonio meridiano / per quam in
telligit Bernardus super cantica malicia
maxime que transfigurat se in angelum
lucis menciendo vicia esse virtutes
sicut inmoderatam iram iusticiam / disso
lutam remissionem mansuetudinem / inanem ti
morem humilitatem / effrenatam superbiam
libertatem Sicut dicit Gregorius in libro
morum cum fine Si deicere non sunt au
sus aggredi huiusmodi temptator vina predict
exignoscencia / videbat autem esse sa
pientissimum eum / qui sic moderabatur emissi
ones suas Unde eciam quod Bernardus
sermone 39 super cantica per tractatus illud
Cant. 1. Equitatum meo in curribus
pharaonis assimilavi te dicit ibi sermonem
ostendit tres temptaciones tres currus pharao
onis quos cum exercitibus eius dominus pre

B

incedunt de bonis domini, cui domino

honore non deserunt. Unde queque quo-
tidie vides meretricius nitor, histrio-
nicus habitus, regius apparatus. In-
aurum in frenis, in sellis, et calcari-
bus, plus calcaria quam altaria fulgent.
Unde mense splendide et cibi et ciphi.
Unde comessaciones et ebrietates. Unde
in conviviis cithara et lyra et ti-
bia. Unde redundancia torcularia
et promptuaria plena eructancia
ex hoc in illud. Unde dolia pigmen-
taria. Unde referta marsupia. Pro
huiusmodi volunt esse et efficiuntur prepositi
decani archidiaconi episcopi archiepiscopi. Certe
et si olim predictum est, nunc tempus im-
pletionis advenit. Ecce in pace ama-
ritudo mea amarissima. Amara
prius in nece martirum, amarior post
in conflictu hereticorum, amarissima nunc
in moribus domesticorum. Non fugare,
non fugere eos potest. Ita invaluerunt et
multiplicati sunt super numerum. Intesti-
na et insanabilis est plaga ecclesie.
Ideo in pace amaritudo eius ama-
rissima. Sed in qua pace? Pax pax
et non est pax. Pax a paganis, pax
ab hereticis, sed profecto a filiis. Vox plan-
gentis: In tempore isto filios enutrivi
et exaltavi, ipsi autem spreverunt me.
Spreverunt inquam me et maculaverunt
me a turpi questu, a turpi victu et
a turpi commercio, a negocio denique
perambulante in tenebris. Ergo contra
istas temptaciones armemus nos iuxta
consilium apostoli ad Ephesios 6 dicentis: In-
duite vos armaturam dei ut possi-
tis stare adversus insidias dyabo-
li, quoniam non est nobis colluctacio adversus
carnem et sanguinem sed adversus prin-
cipes et potestates, adversus mundi rec-
tores tenebrarum harum, contra spiritualia
nequicie in celestibus. Propterea accipite
armaturam dei ut possitis resistere
in die malo et in omnibus perfecti

stare. State ergo succincti lumbos vestros
in veritate et induti loricam iusticie
et calciati pedes in preparacione evan-
gelii pacis, in omnibus sumentes scutum
fidei in quo possitis omnia tela nequis-
simi ignea extinguere, et galeam salutis
assumite, et gladium spiritus quod est verbum
dei. Et sunt ista arma Christi quibus vicit dominus;
semper dicebat: Scriptum est. Unde septem
sacra armatura contra omnes temptaciones
sicut pulcre deducit Gregorius parte prima
super Ezechielem omelia xi tractans illud Canticorum
4o c. Sicut turris David collum tuum
que edificata est cum propugnaculis mille
clipei pendent ex ea, omnis armatura for-
tium, dicens sic: Quid per collum sancte eccle-
sie nisi sacrum eius eloquium designatur, in quo
dum mille clipei pendere memorantur
perfectum munimen, numerus universi-
tatis ostenditur, quia omnis nostra munitio in sacro
eloquio continetur. Ibi quippe sunt precepta
dei, ibi exempla iustorum. Si enim torpet
animus a custodia sui desiderio, audiat
quod dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima tua et ex to-
ta mente tua. Si in odio labitur fortasse
proximi, audiat quod ibi dicitur: Diliges proxi-
mum tuum sicut te ipsum. Si rem alienam concupi-
scat, audiat quod illic scriptum est: Non concupi-
sces rem proximi tui. Si iniuria que
a proximo ore vel facto illata est ad men-
tem attenditur, audiat quod dicitur:
Non queras ultionem nec memor eris iniu-
rie civium tuorum. Si in carnis concupiscentia
male sauciata mens attenditur, ne se
concutiatur oculus mentem, audiat quod ibi di-
ctum est: Qui viderit mulierem ad con-
cupiscendam eam mechatus est eam in corde
suo. Si contra inimicum forsitan commotus animus suum
relaxare disponit modum, audiat quod illic
scriptum est: Diligite inimicos vestros, benefa-
cite hiis qui oderunt vos. Si rebus quis alie-
na iam non rapit, adhuc forsitan sua
inordinate retinet, audiat quod illic
dicitur: Vendite que possidetis et date ele-
mosinam. Si infirmatus perfici desiderat
deo simul et seculo, audiat quod ibi scriptum

a

ē cui nō renūciauerit omnibꝫ q̄ possi
det nō pt meus esse discipulus Cor
pore quibꝫ appetit, laborē subire
ꝑ domino, etiā cū ꝑualet refugit
Audiat q̄ illic scriptū est Qui nō
colligit mecū dispergit Crisostomo ergo
ecclie .i. in sacri eloquii p̄dicatōe
que ꝑ sua munitōe et altitudine
turri dauid similis datur mille
clipei dependent, q̄r quot illic p̄ce
pta sunt tot etiā pectoris nr̄i mu
nimina ibi sunt Ista ergo arma suma
mus, q̄r sicut dicitur .2. ad Chor. 10
Arma milicie nr̄e nō carnalia sꝫ
potencia dei ad destructionē munitōnū
Sunt enī ista arma Habentes ergo ista
Lucida veritas | arma curramus
Inclita bonitas | ad ꝑpositū nobis certa
Valida firmitas | men, aspicientes in
auctorē fidei et cōsummatorē ihm̄ Cū ēā
Jac. p̊ d̄r Beatus vir qui suffert tēp
tacionē qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipi
et corōnā vite quā ꝓmisit deus diligen
tibus se Quā nobis ipse concedat qui e
benedictus in scłorū scła amen

Sermo in dominica Inuocauit

Exhibeamus nosmetipsos sicut
dei ministros .2. Cor. 6. et
in epła hodierna, videtur
michi q̄ q̄libet debet se promptum
exhibere ad aliquod ministeriū Qm̄ hꝫ tpus
acceptabilius ad operandum Cassiodorus
d̄r Eccl. 8. Omni negocio tpus est et op
tunitas | in se sentit debitū effica
Ideo q̄ | cius ad obligandū cū p̄ dicā
illud Mt. 18. Redde q̄d debes | extendi
Ratio qm̄ officiū ē honorabilius | uel acce
ptandū, sic dicebat Gen. 41. leta fue
runt regi meo | virtuosius ad imitandū
Tercio qm̄ hꝫ ex̄m | quia efficacius mo
uent exempla q̄m verba vn̄ dicitur Exo. 25
Inspice et fac secundū exemplar quod
tibi in monte mōstratū est, Ergo carissi
mi ad exhibendum nos de isto aduni
standū ista quatuor cōspicio conuenire ꝑ

b

Tēpus condicionis fortius stimulancium
nostri sꝫ cleri electionē arcius obligatē
Officii sublimatiōis fructuosius ꝑducentē
Exempli manifestationis gl̄iosius imitātē
Dico p̊ q̄ cōspicio tēpus istud, ēā
sicut d̄r .2. Cor. 6. in p̄n̄ti epła Ecce
nunc tpus acceptabile istud Unde Leo
papa in sermone huius diei dicit sic Cū ēā
neo nō dilectissimi ita factus e
ut ꝑfectior sanctiorq̄ꝫ esse nō possit
simul sꝫ dicta ꝗdum sꝫ discretione
meliorū ab hiis in quē ꝑuenimus
mēa q̄ nō dū apprehendimus, p̄ria
audiuntate curramus, et adme
sura cōsuetudinis nr̄e nr̄i aliquid
addamus augmenti Parum enī
religiosus alio tēpe demratur q̄
hiis diebus religiosior nō inuenit,
Unde oportune lectio aplice p̄di
cacionis insinuat Ecce nunc tpus
acceptabile. ec. nunc d. sa, Quid enim
acceptius hoc tēpe, quid salubrius
hiis diebus qm̄ viciis bellū indi
citur et omnis virtutū ꝑfectus au
getur, Semper quidē tibi o aīa
xpiana vigilandū contra salutis
tue aduersariū fuit, ne vllus ad
esset locus temptatoris insidiis, sꝫ nūc
tibi caucior maior et sollicitior
est assumenda prudencia, q̄ idem
hostis tuus acriori seuit inuidia
Seuit expoliari hostis ipius suorum
et nouū q̄rit lucrū q̄r ius ꝑdidit
antiquū, temptat indefessus et
vigil si quas rapiat oues a sacris
gregibus liceat euagantes, quas
ꝑ procliuia voluptatū et diuersa
lucri nīe in diuisorio mortis inducat
inflammat iras, inmittit odia, acu
it cupiditates, irridet continencia
incitat gula, Quē enim temptare
nō audeat, q̄ nec ab ipso domino nr̄o
ihū xpo, conatus sue fraudis
abstinuit, q̄r dicat nullū Tpꝫ ergo

quo tpis condicio fortius stimulat
ad ministrandum deo et homini ideo
cuilibet aie devote pro tpe illo dicitur Cant
2° Surge propera amica mea for-
mosa et veni Iam enim yemps tran-
siit ubi ab 24 flo. ap. int. n. tpus
puta. adventus Dicitur enim mistice ad lram
hyemps transit et terra incipit vire-
scere et flores parturire arbores
folia cussuine et fere cuncta aliquo
se ornare Sic quilibet mens vere
cta hyemali glacie tiene cupi-
ditatis debet austeritatis Sed
Quiescere frende caritatis debeat
virescere virore sanctitatis pullare
florere decore vel dulcore pietatis Et iterum
superflua resecare rigore pnie et marcius
in sermone hg dicit d sic Circa abstinencie
tpus. herba segetum enim surgit in mes-
sem surculus arboris conatur infru-
titem palmes vinee pubescit in
gemma et oia de inferioribus ad su-
periora se erigunt Ita hoc tpe homini
spes interim mortua reviviscit
in posterum fides perdita reparatur in
gloria temporalis vita perficitur in eterna
et omne humanum genus ad celestia
se erigens ab inferioribus ad altiora
consurgit Quo tpe gestat agrico-
la sarmenta deputat vinearum
Ita nunc evangelium certus episcopus sor-
des amputat peccatorum et in isto quadra-
genalo curriculo universe hoc agunt
creature Iste superfluis positis orna-
ta in pascha procedunt tunc enim cor-
nature spem spina profert rosam
calamus flagrat lilium suavitate
inde arida glauca deprimunt et ita
cuncta floribus adornantur ut quasi
festivitate dicat magne creatura ipa
virore suo celebrare Igitur
et nos hoc eorum ieiuniorum tpe de spi-
nis vitiis producamus rosas hoc est
de peccatis iusticiam de scrupulitate iniquitatem

de avaricia largitatem producat enim
ieiunando libido castimoniam superbia
humilitatem voluptas sobrietatem Hunc ergo
spacio tpis amore totius creature
conspiciamus germina virtutum
ut in die pasce fructum iusticie perferamus
Tercio quo tpis condicio stimulat for-
cius et propter hostem intrinsecum impu-
gnantem et propter hostem domesticum
amplius rebellantem et propter creaturas
tecum decorius adornantem Sic cari-
ssimi exhibete nunc membra vestra ser-
vire iusticie in sanctificationem Ad Ro. 6.
Quarto ad ministrandum deo video maxime
ministros electorum arcius obligatum Nam lex
naturalis ab omni quasi exigit iuste quod
congruit officio ad quod assumitur sic a
milite militare ab agricola terram cole-
re Ergo arcissimi officium clericorum est ministrare
et servire deo Dicuntur enim clerici a cleros
grece quod est sors latine quasi in sorte
domini electi Unde 2 Paral. 29. vos elegit
dominus ut stetis coram eo et ministretis ei
Ysa. 61. dicitur vos sacerdotes dei vocabimini mini-
stri dei Ergo a nobis instantius exigitur
ut ministremus deo Videte quid dicat
Bernhardus in sermone 33 super Cant de clericis
Omnes amici et omnes inimici omnes proximi quasi sua
sunt querunt omnes necessarii et omnes adversarii
omnes domestici et nulli pacifici ministri
Christi sunt et serviunt antichristo honorati
incedunt de bonis domini et honorem
domino non impendunt Et idem de consideracione
ad Eugenium 3. c° ultimo dicit sic Unde est
quod clerici aliud esse volunt et aliud videri
appetunt neque habitu milites quasi clericos
actu neutros neque pugnant ut mi-
lites neque evangelizant ut clerici cuius
ordinis sunt cum utrumque esse cupiunt utrumque
deserunt utrumque confundunt Unusquisque
in suo ordine ordine resurget ista
in quo quis sine ordine peccaverunt sine
ordine peribunt Aut si summe sapiens
dicitur veritas creditur a summo usque deorsum
nichil inordinatum relinquet Vereor non
alibi ordinandos quam ubi nullus ordo
sed sempiternus horror inhabitat O miseracio

no(ta)

sponsa talibus tradita pamphilis q(ue)
afflicta eius cultu no(n) venture no(n)
amica (pro)fecto sponsi sed emuli ¶ Tercio
dico q(uod) inspectio administrac(i)o(n)is deo inducit
officij sublimatio(n)e fructuosius (pro)uo-
cantem / Vos scitis q(uod) q(ui)libet libenter
amplectitur officium quod est / Tale
Magne vtilitatis et valoris / vt est
Magne dignitatis et honoris / officium
Magne commoditatis et dulcoris / deo
ministrare et s(er)uire Ideo d(icitu)r 2 ad Cor 3
Habundat ministerium iusticie in gloria
Habundat (pro)pter bonor(um) copia(m) et fertilitate(m)
Ministerium (pro)pter decentia(m) et honestate(m)
Iusticie p(ro)pter excellentia(m) et dignitate(m)
In gl(or)ia (pro)pter affluencia(m) et sanctitatem
Ergo ad tale officium q(ui)libet fructuo-
sius (pro)uocat(ur) Ideo 1 ad Thim 3 d(icitu)r
Qui b(e)n(e) ministrauit gradum b(onum) bonum acq(ui)-
rit / Quia Io 12 d(icit) xpus Qui m(ihi)
ministrat me sequat(ur) et vbi ego sum
illic et minister meus erit ¶ Q(ua)rto
dico q(uod) inspectio hodie ad ministeriu(m) di(uinum)
exempli manifestatio(n)e gratiosius imitanda
Quia hodie e(st) festum s(an)c(t)i Mathie ap(osto)li
que(m) elegit d(eu)s a tempore totum ministerij
et apostolatus de quo (pro)ualitatis est in-
das ut p(atet) Actuum 1 / Quo aut(em) mi-
strauit legit(ur) in vita sua et legenda
Vbi d(icitu)r Mathias litteris edoctus in-
spite ibi s(ed) vis ut de eo dictum pens-
mus illud 1 Thim 4 Bonus eris
minister xpi ihu enutritus v(er)bis dei
et bone doctrine qua(m) assecutus es ¶ Nunc
ego i(ta) q(uod) ho(die) d(icitu)r se promptum exhibere ad
aliqu(od) ministerium q(uod) habet ¶ Et h(oc) q(uod)
Tempus acceptabilius ad operand(um) / hodierna
Debitum efficacius ad obligand(um) / Sermus
Officium honorabilius ad acceptand(um) / temp(or)is
Exemplum virtuosius ad imitandum / condicio(n)e
ut sit ponitur collusio multo singular(ite)r
die p(re)sto Exhibeamus nos sicut dei mi-
stros / In q(ui)bus verbis Apostolus q(ua)tuor
tangit condic(i)o(n)es quas debet habere
qui vult b(e)n(e) ministrare / Quia debet esse

Promptior ad exequendum / esse prop-
Forcior ad sustinendum / ter ad
Fidelior ad distribuendum / exequen-
Aptior ad obsequendum / dum q(uia)
Primo dico q(uod) debet / volunta-
ria sine coactione Exhibeamus
Secundo forcior ad sustinendum q(uia) debet
in p(ro)p(ri)a p(er)sona sine ipone id(est) nosmetipsos
Tercio aptior ad obsequendum q(uia) d(ebet) esse inmu-
diacia sine in(ter)mediatione sicut ministros
Quarto fidelior ad distribuendum q(uia)
semp(er) adest p(re)sentia domini cum cogni-
tione Ideo d(icitu)r ministros no(n) autem (quorum)cumq(ue)
s(ed) dei q(uia) ip(s)e e(st) p(rese)ns et ip(s)e videt cuncta
Exigit ergo ministerium sive s(er)uitus di(uina)
Primo voluntatis p(ro)mptitudinem ut offerat(ur)
cordialit(er) et liberalit(er) sine contraria tri-
sticia quia exhibeamus / sustine-
Secundo strenuitatis fortitudinem ut / amp(li)us
potest et valet sine imbecillitatis impo-
tencia q(uia) nosmetipsos / ut expedat(ur)
Tercio sanctitatis pulchritudinem / incorrupte(r) et
dulcit(er) sine infidelitatis inmundicia sic
ministros / tatis certitudinem ut exe-
Quarto fideli / quatur prudenter et
fidelit(er) sine dolositatis malicia sicut
ministros dei ¶ Dico primo q(uod) req(ui)rit
s(er)uicium dei et exigit voluntatis
p(ro)mptitudinem etc. Ideo d(icitu)r Exhibeamus
i(d est) nos offeramus Et hoc debemus
facere et r(ati)o(n)e dei et r(ati)o(n)e nostri R(ati)o(n)e
dei q(ui)a sicut Gregorius Nil placet deo
coacta s(er)uicia Et ideo int(er) omnia me-
bra hominis specialit(er) d(eu)s volt cor
Prov 23 dicit(ur) Prebe fili mi cor
tuum michi et oculi tui vias me-
as custodiant ¶ Ite(m) etiam r(ati)o(n)e nostri quia
nichil est q(uod) reddat etiam s(er)uitium
q(uo)d(cum)q(ue) g(ra)ue ita suaue nisi sit
q(uod) sit ex corde q(uod) sit ex amore
Ex(em)p(lu)m habemus Gen 29 vbi dicit(ur)
q(uod) Iacob s(er)uiuit p(ro) Rachel vij an(n)is
et tame(n) videbatur ei dies pauca p(re)
amoris magnitudine Et tame(n) ut
ip(s)e testatur s(er)uiebat die et nocte
gelu et estu vrebat(ur) et fugiebat

de sancto Mathia

Resumptio thematis

sopitus ab oculis eius Ideo dicit
Cant. Vertamur quod tibi impedo
bone ihu vix e vnius hore et
si amplius e non sentio p amore
magnitudine Et hinc e. Q. sup
Cantic ptractus i d Cantic j Fasci
culus mirre dilectus meus m
dicit sit Non fascem sz fasciculu
dicit q leuit pamore d ul du
cit q q laboris iminet et doloris
habet dilectionis vis omez acri
tudine molestu supare qua aa
ritudine supare debemus ut
sacrificiu nrm sit deo acceptius
vt non expectemus nra te tribula
tione et angustia sz vnic in sa
nitate in iuuentute in pspitate
nos exhibeamus ut offeramus
non extrinsica aut nra te Vn d
2 Cor. 9 sz tu pmptitudine vo
luntatis px cosiliu apli Ro. 6 di
cent Exhibete vos deo tanq ex
mortuis viuentes et membra vra
arma iusticie deo ut deshor ex
ponamus quod scribit Ro. 12 vbi
d sic Exhibeat corpa vra hostia
viuete sctz ac deo placete vo ob
v. s q ibus vbis aplus q tuor nob
singulari habenda isto tpe papt
et induat terre et copuctionis
Primo peni integru et gtiosu
sacrificiu Exhibeat corpa vra hos
Scdo gratie et dilectionis fundit et
fructuosu iocundu q hostia viue
te et non mortua rupcionis pla
Tercio munditie et incor cidu et spen
osu pcomu q hostia sctu deo
placetem et dilectionis fulgidee
Qrto sapie et lumiosu indiciu
q ronabile etc Dico primo q
papit pmie etc quia Exhibeatis
corpa vra hostia vos satis q ad
sacrificiu ut sit meritoriu exigit
p o ut fiat volutarie pps voluntarie
et vnu e q mag habet gtudino

dicit cu bona facie q magnu tu
tristi facie leuit. 10. Quo placere po
tui mente lugubri nuncione Ideo d
Scdo debet sz dimi leuit. 6. Omne
sacrificiu sacdotu igne cosumetur nt
q eq remanebit ex eo sz incinatio
Tcio ut fiat munde et Nichil eni qu
tu q magnu placet in vase imundo
Ideo ysa. i. Vt sacrificiu nrm cuiq
sit acceptu et gtu Excludatis primo volu
coactionis ntitate Exhibeat tarie
Scdo diminucionis pui te q corpa vra offca
Tcio inquinatonis fedi te q hostiaz tis
Primo dico q excludatis nra te
illud sacrificiu ctificemus cor per
Primo qdem sa lacrimosam contricio
Scdo os p frequentem cofessionem tisfacto
Tcio corpus p multiplicatu sa qua
ptes vre penitentie sut Cordis cotric
oris cofessio Opis satisfaciono Ergo
go exhibeam cor in sacrificiu et ho
stia p lacrimosa cotricione Quia sicut
d in pps Sacrificiu ds spus cotribulat
cor cotri et hu etc Ideo dicit Bnus
Augg pceto ff de pcto doleat et de
dolore gaudeat Et Ciprianus sup
pos Ad dom cu tribularer cla. ait
Deus nescit differre que copunctio
corde si sentit supplicare Ergo cui
sum imitemur cosiliu Joelis pphe
2 c o Couertimini ad dom in toto corde
vro in ieiunio et fletu et planctu
et scin. cor a v. q benignus et mise
tors e pstra. sup ma. Jn pps lauabo
p singlas no. lec. m. la. etc Consca
enim hominis d stratu vel lectus pt
quietacionem quia nec quiescit ni
si habeat qete in coscia semp e alias
remorsus Vz d stratu p coartacioz
Ad brau coscia ita arta est q nullo o
pt recipe duos simul Ideo q volt
recipe deu dyalu ul mudu in co
sia recipe non pt Vn ysa. 28. Coagt
tatu e stratu ita ut alter decidat
pallium breue vtruq opire non pt
Semp abisto stratu alt q non e vng

Cotricio

nota coscia
d stratum

a

decidit Iste aut lotus clanadis
p contricom Contricio aut sm
Crisos in decontricione cordis e
humiliati cordis copunio vero ma
gna age et humilia loqui iuste
opari ac sup petis treme est
em rigandus p lacrimaru effu
sione eterna sicut dicit Jero sup
ysa oro deu lenit si lacrima
cogit Jdeo in quada epla dicit
sic o lacrima humilis tua e potentia
tuu est regnu tribunal iudicis no
veris amicos tuos accusatores si
lentiu imponis No e qui te accede
vetet si sola intres vacua no vides
magis cruciat dyabolu q pena in
nalis Quid plura vincis inuicibi
lem ligas omnipotentem inclinas
filiu virginis Et Crisos sup mt dt cm
sicut p9 vehementes ymbres mundus
aer et purus efficitur ita p9 lacrima
ru pluuias serotinas mentis sequit
tranquillitas Et Crisost in quada sme
ne dicit cm sicut equu indomitu
flagella domant Sic auq inmite
cotricio spes et assiduitas lacrimaru
Ergo carissimi offeramus hoc sacro
tpe cordis nri lacrimosa cotricionem
Sicut ille dequo dr luc 18 qui pcutie
bat pectus suu dicens deus ppicius
esto mi pctori In pcussione enim pe
ctoris sunt tria sc pectus Sonus
et Manus Et eo pcussio pectoris signt
q dz esse contricio de oibz hijs que
mente voce et ope peccauimus hoc
est de pctis que signatur p pectus
et locucionibus que significatur p sonu
et opacionis que significatur p manu
Pcucia aut g9 pectus p cotricionem
Sz videte quid dicat Aug in q da
simone Qui pectus suu tundit et
se no corrigit pcta sua cosolidat
et no tollit Vt g9 pcta no solide
mus si tollamus no ore solu si corde
doleamus Sicut dr in ps dolor

b

meus renouatus est cocalunt cor
m nrm me Adaug deudeciam me
mo in sptima septem modos dolor
Primu dolore deponendu q e alie
ne pspacionis q e in inuidis et sut
sicut buffones q no pnt sustine
odore vinee florentis de qua Ecc 2a
Qui oblectatur in casu iustor do
lore cosumet eos anq moriatur
Sm dolore horrendu extreme solu
sz in morte corpali vnde ps defecit
in dolore vita mea qui est eterne
Tciu dolore pcauendu dapnacois
de quo ysa 67 dr dapnatis cla
mabitis p dolore cordis et p angu
stia spus vlulabitis qui est iuue
Qrtu dolore sustinendu d ancebula
de quo Ecc 2 dr In dolore sustinete
et in humilitate tua paciaz habe
Qntu dolore extollendu q est dnice
passionis Treni 1 O vos oes q transit
p viam atten et vi sic do silis sic
do meus Sextu do lore amplectendu q est
fratne copassionis sic
vnu mebru codolet alij copaciendo
si vnu e Jdeo dr Job 10 dicebat
dauid 2 reg p9 dolo sup te frater
mi Jonatha Septimu dolo rem appetendu qui
est amare cotricionis
Iste enim e bn appetendus qr dolet
tota culpa Ideo dr Job 10 dimit
te me ut plangam paululu dolo
re meu Debet enim in nobis re
nouari isto tpe dolor minime pas
sic et tollendus q e dolor do sionis
Amplectendus q e dolor amare cpunctionis
Si enim iste dolor intus renouatur
tunc cor calefacit et velut ignis
in bonis opibus inardescit Vt dicat
illud quod dr in ps Factu e cor
meu tanq c li Sz videte carissi
mi quid dr de aliqbus Job 41 Cor
eius qr lapis indurabitur Ad literaz
verificatur de multis q ita sut pctis
indurati q citius lapis scinditur q
cor eor ad penitenciaz Sicut dr Crisos sup
mt Tales potissime sut clerici pec
cantes q difficile penitenciam agunt

Erubescat enim alys fieri reus q̄ ip-
sius erat iudex alienus Et vere hoc
est bonum factum Quia sicut dicit Aug.
li. de x. cord. Melior est modica ama-
ritudo in faucibus q̄ eternum tormen-
tum in gehenna Ad Ro. 2. Scd'm du-
riciam tuam et cor impenitens thesau-
rizas tibi iram Et propter hoc hortatur
nos Bnh. ad penitenciam dicens sic
in quodam sermone Fugite de medio
babilonis et saluate animas vestras
conuolate ad vrbes refugii vbi pos-
sitis de preteritis agere penitenciam et in presenti
obtinere gratiam et futuram gloriam presto-
lari fiducialiter Non vos retardet
conscientia quia vbi peccata habundauerunt
superhabundare consueuit et gratia Nec
penitencie austeritas vos deterreat
Non enim condigne sunt passiones huius
temporis ad preteritam culpam que remittitur
non ad presentis consolationis gratiam que immit-
titur non ad futuram gloriam que promit-
titur Si verbis non creditis operibus
credite exemplis acquiescite plurimorum
Currerunt vndique peccatores ad penitenciam
et natura prius et consuetudine delicati
Nichil credentibus impossibile nil aman-
tibus difficile nil asperum mitibus
nil humilibus arduum reperitur quibus
et gratia fit in auxilium et obediendi
deuotio lenit imperium Ergo exhibe-
re debemus sacrificium per lacrimosa contricionem
Coll. 1. Nunc reconciliauit exhibere
nos sanctos et inmaculatos et irre-
prehensibiles coram ipso Et dicit Nunc
hoc est isto tempore specialiter Quia sicut
Leo papa dicit in quodam sermone huius
diei Et si per nos semper oportet et iuste
viuere et voluntates et in mala opera-
tiones nostras corrigere adid quod diuine
nouimus placere iusticie sed tamen huius
appropinquat dies quos illustriores
nobis salutis nostre sacramenta fecerunt
diligentiori sollicitudine cor-
da mundanda sunt et studiosius
exercenda disciplina virtutum Et sic

ipsa misteria quadam sui parte maiora
sunt ita et mea obseruancia superet in
aliquo consuetudinem suam et tamquam fe-
stiuitas est celebranda sublimior ipse
quoque mea reperiatur ornatior Ratione
dignum est ut anima christiana que dei templum
est sponsum suum preuideret exornet et re-
deptionis sue celebratura sacramenta
omni circumspectione praecaueat ne vlla ea
macula iniquitatis obfuscet aut duplicis
amore cordis ruga dedecoret omnia
igitur animi puritate et spiritus mentis
obnubilatur et quadam illuminatione vi-
denda sunt scripture quisque conscienciam suam
seque assensu statuat proprii censura iudicii
videat si in secreto cordis sui illam quam
christus dat inuenit pacem si desiderium
spiritus nulla concupiscencia carnis impugnat
si humilia non spreuit si alta non appetit
si in aliquo non delectatur lucro in immo-
derato rerum suarum non gaudet augmento
si denique aliena felicitate non vritur
aut inimici miseria non letatur et cum haurit
perturbationum nil inuenit fortasse reperit
sinceroque perquirat examine quid cogita-
tionum spiritus frequentet et variis
ymaginibus acquiescat Secundo dico
quod debemus exhibere in sacrificium Deo
per frequentem et veram confessionem Vnde dicit
ps. Dirupisti domine vincula mea [et cetera] Dir-
upisti vincula mea hoc est ad litteram
peccata que ligant animam ligata sunt
vincula pedem quia ideo sunt dirumpenda
per confessionem Et racio potest esse quia videtur
mihi ad presens quod peccata faciunt anime sep-
tem mala in concupiscentia inmunditiam et
prognantur vilitatem Vnde de peccatore dicitur
Sap. 17. luto vilior vita eius est Thre. 1.
Sordes eius in pedibus eius foeditatem Soph. 1.
Deo i. racionali ignoranciam et ce[citatem] Soph. 1.
Ambulauerunt ut ceci quia deo peccauerunt
Tercio in irascibili pigriciam et tepiditatem
Apoc. 3. Quia tepidus es incipiam te euo-
mere de ore meo instabilitatem Thre. 1.
Quarto i. constanciam et peccatum peccauit ierusalem
propterea instabilis facta est quia sicut
dicit Seneca Stulto vecordiam et tuidi[tatem]

peccata .7. mala faciunt anime

a

Tumida iniusticia confitam non facit nisi
rea intus Prov. 14. Eulsit tumida
confitia data est in momentum dampnatum
Sexto nimia securitate ps. Ging ter
mee sicut omnibus que g. sic me
Cum tanta sit securitate quod in puncto facit
descendere ad infernum Job. 21. Setine ater-
Septimo iusticia et mortis similitudine
Jac. 1. peccatum cum consumatum fuerit ge-
nerat mortem Ad Ro. 6. Stipendia
peccati mors Ergo merito peccatum diru-
pendum Ideo concludebat Apostolus
Ad Ro. Non regnet peccatum in vestro mor-
tali corpore Et Eccli. 21. quasi a facie
colubri fuge peccatum Peccatum autem ia-
situm maxime dirupit per confessionem

de virtute confessionis

ps. dixi confitebor adversum me iniusti-
ciam meam et tu re. etc. Et 2 Reg habemus de
david 2. Reg. 22. statim ut confessus
est dicens peccavi. Responsum est ei transtu-
lit dominus peccatum tuum Et ideo pulcre dicitur
prov. 28. Qui abscondit scelera sua non
dirigetur qui autem confessus fuerit et re-
liquerit ea misericordiam consequetur Et
videte quod signanter loquitur qui abscon-
dit etc. ad literam Tantum est in iudicio
mundi quod plus se iustificat et magis sce-
lera sua abscondit, magis absolvitur,
qui se accusat condempnatur Contrarium est in iu-
dicio dei Unde ps. delictum meum cognitum
tibi feci etc. Et Cassiodorus super ps.
dicit Illis non iudex sed advocatus est ypo
qui se ipsa confessione dampnat Idem dicit sic
O ingeniosa simplicitas quam nullis ter-
giversationibus vult celare puritas candore
velare delictum manifestare Et Ambrosius
dicit Cessat vindicta divina si confessio
precessit humana Et sequitur in auctoritate qui autem
confessus fuerit misericordiam consequetur Ad
literam Et medico languorem demonstrat
et morbum curat, et animam mundat, et de-
mone fugat, et veniam impetrat et deum
placat Unde Augustinus li. de penitentia dicit sic
Confessio est salus animarum dissipatio viciorum
restauratio virtutum oppugnatio demonum
quid plura obstruit os inferni, portas

b

aperit paradisi Ideo dicitur Jac. ult.
confitemini alterutrum peccata vestra et
orate pro invicem ut salvemini Et Gregorius
8. moralium dicit sic qui puniri vult
quod expedit debet malum confiteri
quod fecit Valde enim est difficile ut
peccatorem se quisque fateatur et nichil
pro peccato suo patiatur, sed sequitur in auctoritate
et reliquerit ea quia sicut Augustinus
li. soliloquiorum dicit Inanis est pe-
nitencia quam sequens coinquinat culpa
nichil prosunt lamenta si iterantur
peccata, nichil valet de malis veni-
am petere et mala denuo iterare
Et Isidorus dicit Irrisor est et non penitens
qui adhuc agit quod penitet, videri
detur pascere subditus si supinare
superbus, canis reversus ad vomitum
est penitens ad peccatum Ideo Eccli. 34. dicitur
qui baptizatur a mortuo et iterum
tangit mortuum quid prodest lavatio
eius q. d. nichil Debet ergo talis
peccata relinquere Ideo Eccli. 17. Convertere
ad dominum et relinque peccata tua
Tertio quo debemus exhiberi ad fre-
quentem confessionem et maxime isto
tempore ut dicitur Ad Ro. 6. Sicut exhi-
buistis membra vestra servire immundicie
et iniquitati ad iniquitatem Ita nunc
exhibete membra vestra servire iusti-
cie ad sanctificationem Et dicit signanter
membra vestra quia ad hunc peccatores omnia
membra exhibent ad serviendum peccato, cor
ad male cogitandum prov. 7. Cor ma-
chinans cogitationes pessimas, Re-
nes ad male concupiscendum Je. 12.
prope es tu ori eorum et longe a reni-
bus eorum, Aures ad male audiendum
Eccli. 28. Sepi aures tuas spinis
et noli audire linguam detrahentem
Oculos ad males respiciendum Gen. 2.
vidit mulier lignum et erat pulcrum
visu Ideo rogabat ps. Averte
oculos meos ne videant vanitatem, linguam

ad male loquendum Ier. 9. Sagitta
vulnerans lingua eorum ps. libera
domine animam meam a labiis iniquis et
manus ad male operandum ysa. 2.
Manus enim vestre plene sunt sanguine
pedes ad male festinandum prov. 1.
pedes eorum ad malum currunt et fe
stinant ut effundant sanguinem. Sicut ergo me
bra exhibentur pecato serviendo per ma
los, ita debent per bonos exhiberi
ut serviant deo, maxime nunc Ita
ut dicit leo papa in sermone. Isto ie
iuniorum tempore repellatur lascivia
abducetur ebrietas, carnalis concu
piscentia castigatur legibus edomentur
odia tunc sciat in dilectionem, inimicicie
convertatur in pacem, tranquillitas
extinguat iram, mansuetudo re
mittat iniuriam, dominorum itaque et
atque servorum mores ita ordinati
sint ut et illorum potestas mitior
et istorum sit disciplina devotior
Tercio dicto quod debemus exhibere
corpus in sacrificium pro iusticie satis
factione ps. Satisfac. iii. 2o. Sunt
autem tres species vel partes satisfactionis
Carnis maceratio | Primo dicto quod
Elemosinarum largitio | exhibere debemus
devota Oratio | corpus per ipsius
maceracionem Est autem multiplex genus
ieiuniorum quorum solum ultimum est bonum
Est enim ieiunium | dicto primo quod
cupiditatis malignitatis | ieiunium cu
Penurie et vanitatis | pidite et ma
Avaricie et tenacitatis | lignitatis Est
Indigencie et necessitatis | isto ieiunio
Gule et voluptatis | ieiunat cu
Corporalis vite et sanitatis | piditatis et malitia
Insipientie et fatuitatis | homines ad
Insufficiencie et appetitus | litteram ut pos
Gracie et caritatis | sent se de aliis
vindicare ieiunat, in comestione
tardat, sicut illi iudei qui noverant
dicentes se non comesturos neque bibi

turos donec occident paulum Actuum
23. Ecce ad lites et contenciones ieiunatis
et percutis pugno impie. Secundum ieiu
nium est penurie et vacuitatis, et isto
ieiunio ieiunat in mortali existens. De quo
dicit ysa. Qui a cibis abstinet et prave
agit demones imitatur qui nunquam co
medunt et semper male agunt. Et ideo tale
ieiunium est vacuum omni fructu Ecc. 33.
Sicut homo qui ieiunat in peccatis suis quid
prodest humiliando se q. d. nichil. Unde Crisostomus
super Math. dicit Qui peccat et ieiu
nat non ad gloriam dei ieiunat nec se humi
liat sed super se extollit. Tercium ieiunium
est superbie et vanitatis Isto ieiunio ie
iunant ypocrite qui non ieiunant nisi propter
laude humana, sicut ille phariseus qui di
cebat Luc. 18. Ieiuno bis in sabbato
decimas do. Et propter hoc dicitur Mt. 6. Cum ieiunatis
nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminant
enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Unde
Ierom. Sint moderata et sancta in omni
humilitate ieiunia que ita corpus atte
nuent ut mentem eleuent ne res humilitatis
gignat superbiam et vicia de virtute nas
cantur. Quartum ieiunium est avaricie et
tenacitatis. Isto ieiunat avarus qui non au
det comedere de bonis sibi a deo collatis et
datis Ecc. 6. Est malum quod vidi sub
sole et quidem frequens apud homines. Vir
cui deus dedit divicias et substantiam et honorem
et nichil deest anime sue ex hiis que deside
rat, nec tribuit ei deus potestatem ut co
medat ex eo, sed homo extraneus vorabit
illud. Hec vanitas et magna miseria
est. De isto ieiunio dicitur ysa. 58. Quare
ieiunavimus et non aspexisti Respondetur
Ecce in die ieiunii vestri invenitur volun
tas vestra, et omnes debitores vestros repetitis.
Quintum est indigencie et necessitatis quo pau
pes velint nolint ieiunant. Et de isto dicit
ps. Genua mea infirmata sunt a ieiu
nio. Sextum est gule et voluptatis quo
ieiunant in hoc quod plus sumunt in una co
mestione et deliciosiora quam in alio tempore
duobus prandiis. Ad literam nichil aliud

fecauit q̃ cp cambiuit duos obulos
p vno denario etiã nõ multũ pdut
Et de isto dr ysa 58. Nõ ẽ ieiuniũ
quod elegi / Septimũ ẽ corpalis vite
et sanitatis et isto ieiunat multi ad
sanitatẽ corpis conseruãdã / q̃modicũ
ieiunaret ppt sanitatẽ aĩe Et talibg
dr Joel p° Sanctificate ieiuniũ / qd
pertractãs Greg9 in omel. huig diei
dicit sic Jeiuniũ sanctificãe ẽ admixtis
bonis aliis dignã deo abstinenciã car-
nis ostendẽ / Octauũ ẽ insipiencie
et fatuitatis quo ieiunat hereci di-
scoti / qui ita indiscretas penitencias
faciũt ut nõ solũ carnẽ macerent ymo
macerent corpus quos dicit Jero9 in epl̃a
ad Nepotianũ Jeiuniorũ ipone
modũ quãtũ ferre potes / sint tibi pura
et simplicia et moderata ieiunia nõ
supsticiosa Et gl. sup isto vbo .1. Thim. 5.
Noli aquã bibẽ dicit sic prudens vult
sibi dns seruai nõ ut nimietate debiles fiat
et post medicorum suffragia requirat Ideo
dicit ps fortitudinem meã ad te custo. Sic
in omni sacrificio in antiq lege debebat
poni sal quod signt discretionẽ / No-
nũ ẽ insufficiẽcie et cupiditatis et isto
ieiunat illi q ea q̃bus abstinet non
paupibus erogat sed sibiipis retinet
De quo dr Za. 7. Cu ieiunaretis et
plangetis nunq ieiuniũ michi ieiu-
nastis q. d. nõ Et cu comedistis et
bibistis nunq nõ vobis comedistis et
bibistis q. d. ymo Quod ptractãs Greg.
in omel. huig diei dicit sic Sibi come-
dit et bibit q alimenta corporis q sunt coia
dno conditore sui indigentibus percipit
Et sibi q̃sq ieiunat si ea que sibi ad
tpus subtrahit nõ paupibus tribuit sed
ventri offenda postmodu custodit / De-
cimũ ẽ meritoriũ stãtũ et gratiã ieiu-
niũ gratie et caritatis De quo dicit
Aug9 in sermone de ieiunio / q purgat
mẽte / subleuat sensum / domat car-
nem / spũm subdit / cor facit contritum

et humiliatũ / concupiscentie nebula
dispgit / libidinũ ardores extinguit /
castitatis lumen accendit / verbositẽ
nõ amat / diuicias superfluitate
iudicat / supbiã spernit / humilitatẽ
comendat / et homĩ idipsũ intelligẽ
pstat Et Ambro. dicit / spẽ mortis
culpe / excidiũ delictorũ / remediũ
salutis / radix gratie / fundamentũ ca-
stitatis Et pe. Rauen in quodã
sermone dicit sic Jeiuniũ fratres
esse dei arcem / xpi castrũ / murus
spũs sancti / vexillũ fidei / castitatis
signũ / sanctitatis tropheũ / Et istud
Jeiuniũ exigit q̃tuor comites
Primo nulla peccatorum admixtionẽ puã
et sanctã intẽcionẽ Mt. 6. Cũ ieiunatis
nõ fieri tri. sic ypo. Et sequitur Cu ie-
iunas vnge caput tuũ et faciẽ
tuã laua 2o largicionẽ elemosinarum Vnde sic
dicit Greg9 in omel.
huig diei Nemo sibi abstinenciã solã
credat posse suffice cu pphetã
dns dicit Nunq̃ hãc ẽ magis ie-
iuniũ quod elegi frange esurienti
panẽ tuũ et egenos vagosq in-
duc in domũ tuã Cu videris nudũ
o. e. et car. ne d. Illud ergo ieiu-
niũ ds approbat quod ad eius oculos
manus elemosinarum leuat / et cũ pxi-
mi dilectione agitur quod ex pietate
conditur Hoc ergo quod tibi largiris
alteri largire Vnde caro tua affli-
gitur / inde egentis pximi caro re-
petur Istud ergo ieiuniũ ẽ assu-
mendũ qr sicut lignũ vite affert
fructus 12. Apoc. vlt. Ita illud
qr valet ad peccatorum contricionẽ Joel. 2.
Conuertimini ad me in toto corde e. v. i. ie. 1
Ad penitencia aut satisfaccionẽ qr ieiu-
niũ ẽ vna pars satisfaccionis Ideo dr
Tob. 12. Pdicate ieiuniũ 2o Ecclia
sicut aqua extinguit ignẽ 3o
Ad pene euasionẽ Ideo Jone 3. dr
q pdicauerunt niniuite ieiuniũ / et

cepti sunt sanctis et dominus remisit eis
Ad temptacionum reprehensionem Ideo
dicitur in ps. Cum michi molesti essent
indui me cilicio et humiliabam in ie. a. m.
Ad luxurie refrenacionem Quia secundum Iohannem
ieiunium sanat peste corporis / oracio pe
stes mentis / impugnacionem vecc. i.
Ad hostium Ieiunabam et orabam an
te faciem dei celi Ecc. 14. Hoc demo
nium non eicitur nisi ieiunio et oracione
Ad ieiunatum humiliacionem Hest. 14. Cor
pus suum humiliavit ieiuniis / mini
Ad dei reconciliacionem ut patet in ni tis
Ad bursarum impetracionem Iudit. 4. Scito
te quia dominus exaudiet preces vestras si
manentes permanseritis in ieiuniis et
oracionibus in conspectu domini / in signa
Ad mentis elevacionem Ideo 3. Reg. 19. dicitur
quod cum Helias ieiunasset xl. diebus
et 40. noctibus pervenit ad montem dei
Oreb / mentium affectionem Ideo dicit
Ad P. Gregorius in prefacione Qui corporali ieiunio vicia comprimis mentem ele-vas.
lar. etc. Ergo carissimi exhibeamus
cor meum per ipsius ieiunii macerationem
2. Thim. 2. Sollicite cura teipsum
probabilem exhibere deo Et. Ideo dicit
Gregorius in omelia huius diei sic Fra
tres carissimi sicut in lege domini
offerre iubemini decimas rerum / ita offerre
contendite decimas dierum / Unusquisque
in quantum vires suppetit carnem ma
ceret / eiusque desideria affligat
concupiscencias turpes mortificat / Ut
iuxta Pauli vocem hostia viva sit
qui et ablata vita homo non desi
at / et tamen se carnalibus desideriis
occidit / Caro nos leta traxit
ad culpam / afflicta reducat ad veniam
Auctor mortis nostre per fructum ligni
vetiti vite precepta transgressus est /
Qui ergo a paradisi gaudiis per cibum
recidimus / ad hec in quantum possumus per
abstinenciam redeamus / Tamen re
dictum nobis retedat 2

Sermo in die cinerum

Ipse me reprehendo et ago penitenciam in favil
la et cinere Iob 42. seu ultimo c. / Videtur
michi quod cum ad hoc quod aliquis offenderit
dominum possit iterato ad eius graciam resti
tui fiatur specialiter tria / cio et plena
cionum est perfecta contri / recognicio pro
tate iniquitatis / rectio et prompt
3m est debita cor / ta satisfactio iux
ta modulum sue possibilitatis / fessio
Tercium est vera humiliacio et pura co / proprie
fragilitatis / Et racio satis videtur
humilium enim dei placare animum convincitur
qui videt contricionem amaram et humilem
qui videt offerri satisfactionem congruam et possibilem
qui videt exhiberi humiliationem devotam humilitate
Cuius enim cor tam saxeum quod non emolliat
lacrimosa confessio et compunctio delinquentis
Studiosa satisfactio penitentis Dico primo
Vel (?) sisterosa humiliacio revertentis quod redu
cat ad graciam perfecta contricio et plena re
cognicio proprie iniquitatis / Placatur enim animus
offensi / qui videt condi per offendente
contricionem amaram et humilem / emol
litur eciam cor lacrimosa confessione et compunctione
delinquentis Et videtur michi quod hoc
habemus expresse in scriptura 2. Reg. 12.
David enim cum committeret adulterium homici
dium / et proditorium et eciam sacrilegium / quia
fecerat occidi militem fidelissimum per ma
nus filiorum Amon / tamen quia dixit peccavi
statim audire meruit Dominus quoque
transtulit peccatum tuum Quod pertractat
Augustinus in quodam sermone de penitencia dicit
sic David a propheta graviter increpatus
est / postquam comminaciones terribiles dei exclama
vit dicens Peccavi Et mox exau
divit dominus et abstulit peccatum suum / Quantum
valet tres sillabe / Tres enim sunt sillabe
Peccavi / sed in illis tribus sillabis / flamma
sacrificii eius ascendit in celum / Quicumque
enim egerit veram penitenciam / et solutus
fuit a ligamento quo erat constrictus
et a Christo separatus corpore non fuerit
et bene postquam penitenciam vixerit qui vivere
et ante penitenciam debuit post reconci
liacionem / quandocumque defunctus fuerit ad deum

a

vadit, in regionem vadit, a regno dei non
privabitur, et a populo dei non separabitur.
Et ipse idem David dicebat Delictum
meum cognitum tibi feci et iniusticiam meam non abscondi.
Dixi confitebor adversum me iniusticiam meam.
Super quo verbo dicit Cassiodorus O
ingeniosa simplicitas et mille tergiver-
sationibus callidior putatur illi manife-
stare delictum cui nichil est occultum ad
quem plus clamat causa quam lingua,
qui et si ab homine non audiatur, cunctis
tamen omnia novit quam ille qui fecit. Et
idem Cassiodorus super illo verbo Confi-
teantur tibi populi deus etc. psalmus lxvi[o] dicit
quod illius non iudex sed advocatus est
Christus qui se propria confessione dampnaverit.
Et idem super illo verbo vitas meas enun-
tiavi etc. psalmus lv[ii] dicit Mira compen-
satio, stupenda vicissitudo domino
suo, propria vicissitudo domino suo mala
dicere et ab eodem premia salutis accipe-
re qui non incitetur illi ad plenam confiteri
cui non possit negare quod fecerit. Sic
videtur michi quod concludebat quasi ex
nunc idem ipse propheta in illo psalmo pe-
nitentiali l[o]. Miserere mei deus dicens
Amplius lava me ab iniquitate mea et a
peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco etc.
dicens sic Ante faciem tuam non amen
sed a peccatis meis. Alibi quippe orans
dicit Ne avertas faciem tuam a me. Qui
ergo non vult averti a se faciem dei, volt
averti faciem dei a peccatis suis. Peccatum enim
vero se homo non avertit deus advertit. Si
autem advertit, avertendo faciem suam de peccata
delet, advertendo scribit. Audisti autem
do delentem, audi advertendo quid
faciet. Vultus autem domini super fa-
cientes mala ut perdat de terra memoriam
eorum. Perdit de terra memoriam eorum
non delendo peccata eorum. Hic autem quid
rogat Averte faciem tuam a peccatis meis
Bene enim rogat. Ipse enim non avertit
faciem suam a peccatis suis, qui dixit Quoniam

b

peccatum meum ego cognosco. Merito ergo
rogat et bene rogat, ut deus avertat
faciem suam a peccatis suis. Si tu inde
faciem avertis, si tu peccatum tuum in dor-
so ponis deus ibi faciem ponit. Tu ergo
peccatum tuum ante faciem tuam constitue, si vis
ut deus inde faciem suam avertat, et tunc
securus roga et dominus exaudiet. Et
idem Augustinus libro de utilitate agende
penitentie sermone 2[o] dicit sic Avertit deus
faciem suam a peccatis penitentis et seipsum
accusantis, deique auxilium et veniam
deprecantis. Si tu vis ut tibi deus ignos-
cat tu agnosce, quia impunitum non
debet esse peccatum. Puniatur ergo a te ne
puniatur ab illo. Iudicem te habeat
et non patronum, in tribunal mentis
tue ascende contra te, et reum te constitue
ante te. Noli te ponere post te ne deus
ponat te ante se. Ideo dicit quod dice-
bat ille in psalmo ut facilius impetres
veniam Quoniam iniquitatem meam ego co-
gnosco et peccatum meum contra me est
semper. Quia ego cognosco tu ignos-
ce. Peccatum enim aut a te punitur sine
te, sed adeo punitur tecum. Te ergo ha-
beas punitorem ut tu deum invenias
defensorem. Dic ergo Ego dixi domine
miserere mei sana animam meam quia
peccavi tibi. Istud ergo remedium re-
denditur ad quod videtur michi quod
fecit ille filius prodigus qui expenderat
omnia sua vivendo luxuriose dicens
Luce xv Surgam et ibo ad patrem meum
et dicam ei Pater peccavi in celum et
coram te etc. Ideo dicebat Salomon Proverbiorum 28
Qui abscondit scelera sua non dirigetur,
qui autem confessus fuerit et
reliquerit ea, misericordiam consequetur. Sic
enim dicit Augustinus in quodam sermone
de penitentia Confessio est salus animarum
dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum.
Patet ergo primum scilicet quod multum prestat
tamen ad gratiam perfecta contritio et plena
recognitio perpetrate iniquitatis. Dico
2[o] quod etiam facit ad honorem debitam correctio

Nota

et prompta satisfactio iuxta modulum sue possibilitatis / Multum enim placatur animus offensi cum videt sibi offerri per offendentem satisfactionem congruam et possibilem Multum enim emollit cor virtuosa satisfactio penitentis De hoc expresse habemus in exemplum de illa muliere peccatrice luce 7 / cui dimissa sunt peccata multa de qua dicit Gregorius in omelia 33 quod convertit ad virtutum numerum criminum / ut totum deo serviret in penitentia / quicquid ex se deum contempserat in culpa / Unde quot in se habuit oblectamenta / tot de se invenit holocausta / Sicut deducit ibidem diffuse Istud etiam remedium accepit Zacheus qui dicebat luce 19 Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus / et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum Et ideo audire ibidem meruit Christum dicentem / Hodie salus huic domui facta est Et ideo dicit Papa Leo 21 Cum deus odio habeat peccatores / et misericors est penitentibus Ideo Christus incepit predicationem suam Iohannis dicens Mathei 3 Penitentiam agite appropinquabit regnum celorum / Et ideo propheta Ezechiel 18 c° dicit Cum si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est / vita vivet et non morietur / omnium iniquitatum eius non recordabor amplius Primo autem prima est satisfactio secundum Augustinum in libro de penitentia c ultimo dicit sic / Non sufficit mores in melius commutare et a factis malis recedere / nisi etiam de hiis que facta sunt faciat satis deo per penitentie dolorem / per humilitatis gemitum per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosinis / Deus enim misericordes quippe ipsorum miserebitur dominus Et propter hoc prima dicitur 2a tabula post naufragium que peccatores reducit ad statum pristinum / primo quoque ad statum maiorem / Unde Ambrosius in sermone

Sancti petri ad vincula dicit quod fidelior factus est petrus postquam fidem se perdidisse deflevit / et ob hoc maiorem gratiam recepit quam amisit Et ideo Ad Romanos 5 dicitur quod ubi superabundavit delictum superabundavit et gratia Et videtur michi quod istud remedium suscepit ille rex manasses de quo dicitur 2 paralipomenon 33 quod omnia fere mala fecerat in templo domini ponendo sculptile conflatile et adorando omnem miliciam celi / qui observabat sompnia / sectabatur auguria et maleficis artibus inserviebat / qui habebat secum magos et incantatores / qui seduxit Iudam et habitatores eius ut facerent malum / Et tamen dicitur quod postquam coangustatus est oravit dominum deum suum et egit penitentiam / valdeque deprecatus est dominum et obsecravit intente / et exaudivit orationem eius et reduxit eum in Ierusalem in regnum suum / Et ideo in oratione quam fecit ipse manasses que ponitur 2 paralipomenon ultimo in textu dicit sic Tu domine secundum bonitatem tuam promisisti penitentiam remissionis peccatorum / et tu deus iustorum non posuisti penitentiam iustis hiis qui tibi non peccaverunt / Primo autem prima dicitur esse satisfactio et congrua loquitur Ieronimus in epistola ad Suzannam lapsam dicens sic Penitentia nimia est que aut equat crimina aut certe excedat / Si enim conscientie molem exhibenda est penitentie magnitudo / Ergo secundum sequitur quod restituit ad gratiam debita correctio et prompta satisfactio iuxta modulum sue possibilitatis / Tertio quod restituit ad gratiam vera humiliatio et pura confessio proprie fragilitatis / Multum enim placatur animus offensi cum videt sibi exhiberi per offendentem humiliationem devotam et multiplicem / Multum enim emollit cor viscerosa humiliatio rei Et de hoc videtur michi quod habemus exempla multa in scriptura / Dicitur enim 3 Regum 21 quod Achab qui possedit vineam naboth et eum occidi fecit / qui innumera mala fecit Et de quo dicit textus ibidem quod venundatus erat ut faceret

Nota bene

a

malum in conspectu domini / et ad quem
missus fuerat Helyas propheta ad predi-
candum sibi multa mala que ei de-
bebat et eius domui prouenire / Qui
quia auditis sermonibus prophete scis-
sit vestimenta sua et operuit cili-
cio carnem suam ieiunauitque et dor-
miuit in sacco et ambulauit dimis-
so capite / factus est autem sermo domini
ad Helyam dicens / Nonne vidisti Achab
humiliatum coram me / Quia igitur humi-
liatus est mei causa non inducam ma-
lum in diebus eius / Quod pertractans
Ieronimus in quadam epistola ad Oceanum
de morte Fabiole dicit sic / O felix pe-
nitencia o felix humilitas / que ad se
dei traxit oculos / que furentem sentenciam
domini confesso errore mutauit / De hoc
eciam habemus exemplum / Iudith c. 8. vbi
dicit illa Judith / Peniteamus et
indulgenciam eius cum lacrimis postule-
mus / Non enim quasi homo deus sic comminabi-
tur / neque ut filius hominis ad iracundiam
inflammabitur / Et ideo humiliemus illi animas
nostras et in spiritu contrito et humiliato
seruientes illi dicamus flentes domino
ut secundum voluntatem suam sic faciat no-
biscum misericordiam suam / Exemplum eciam ha-
bemus Ione 3. c. vbi dicitur quod dominus misit
Ionam prophetam in ciuitatem Niniue ut
predicaret ibi et diceret Adhuc .40. dies
et Niniue subuertetur / Et dicitur ibi quod viri
Niniuite crediderunt domino et predicauerunt
ieiunium et vestiti sunt saccis a maiore
usque ad minorem / Et peruenit verbum ad regem
Niniue et surrexit de solio suo et
indutus est sacco et sedit in cinere
et clamauerunt ad dominum / Et sequitur quod
vidit deus opera eorum et misertus est super
maliciam quam locutus fuerat ut faceret
eis et non fecit / Quod pertractans Augustinus
de penitencia c. 11. dicit / Noli contem-
pnere noli desperare clama de profundis
cordis ad dominum et dic ei De profundis
clamaui ad te do. do. exau. o. m. Fiat
aur. t. 2. ʃ Si iniquitates obseruaueris. 2. ʃ Quia

b

apud te propiciacio est et cetera / De tali cor-
dis profundo Niniuite clamauerunt
et hanc propiciacionem inuenerunt / Finaliter
quia euacuata est comminacio prophetie
propter humiliacionem penitencie / De hoc eciam videtur
exemplum quod habemus Luce 18. de
pharizeo et publicano / Pharizeus
enim se iustificabat et gracias agebat /
Publicanus autem se humiliabat nec
audebat oculos leuare ad celum
sed percuciebat pectus suum dicens / Deus
propicius esto michi peccatori / Et sequitur
in textu quod descendit iste iustificatus
quia omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur
Et Iacobi 4. dicitur quod deus superbis resi-
stit humilibus autem dat graciam / Et
de hoc loquitur Augustinus c. primo dicens
Deus enim cum sit omnium excellentissi-
mus non elacione sed humilitate con-
tingitur / Excelsus enim dominus et humilia
respicit et excelsa a longe cognoscit
Excelsa posuit pro superbis / humilia ut
attollat respicit / excelsa cognoscit
ut deiciat / Quisquis ergo penitencie
recusat humilitate deo appropinquare
non cogitat / Aliud enim est se leuare
ad deum / aliud leuare contra deum / Qui
ante illum se prosternit ab illo erigitur / qui
aduersus illum se erigit ab illo prosternitur
Alia est soliditas magnitudinis
alia est inanitas inflacionis / Qui
foris tumescit intus tabescit / Qui
eligit abiici in domo domini magis
quam habitare in tabernaculis peccatorum
eligit illum deus ut inhabitet in a-
triis eius / Qui autem nichil sibi assu-
mit illum in sede beatitudinis assu-
mit / Vnde in psalmo suauissime et veris-
sime canitur / Beatus vir cuius est
susceptio eius abs te domine / Ne putes
enim quod se humiliat semper iacere, cum
dictum sit exaltabitur / et ne opineris
exaltacionem eius in oculis hominum per
sublimitates fieri corporales cum

enim dixit | Totus vir cuius est suscep-
tio ad te domine | statim subiungit et
ondit cuius susceptionis celsitudinem
spiritualem dicens | Ascensiones
in corde suo disposuit in valle lacri-
marum in loco quem posuit | et enim
benedictionem dedit legislator vide-
bitur deus deorum in syon | Propter ista di-
cebat propheta in psalmo Cor contritum et
humiliatum deus non despiciet | Per quod quo-
tiens scilicet cum restituitur ad gratiam vera
humiliatio et pura confessio proprie fra-
gilitatis | Quo videtur nobis quod propter peccatum
perdimus gratiam dei | peccatum enim et
gratia sunt privative opposita | que
non possunt simul in eodem subiecto esse
Ideo dicebat ille propheta 59. Iniquitates
vestre diviserunt inter nos et deum vestrum |
et peccata vestra absconderunt abscondi-
runt faciem eius a nobis | Unde sicut
gratia est vita anime | Ita peccatum est mors
anime | Ideo dicitur Iac. 1. Peccatum cum con-
summatum fuerit generat mortem | Et
ad Ro. 6. Stipendia peccati mors
Et videtur michi quod talem peccatum
facit ~~mala~~ in anima | quod mors in
corpore | Per mortem enim in homine

Totus calor extinguitur
Gratus decor amittitur
Omnis vigor deperditur
Multus timor incutitur
Magnus horror ingeritur
Magnus fetor diffunditur
Per peccatum autem in anima
Extinguitur calor vere dilectionis
Amittitur decor sancte conversationis
Deperditur vigor boni operis
Incutitur timor eterne dampnationis
Ingeritur horror diabolice societatis
Diffunditur fetor horrende cor-

ruptionis | Ideo dicit Sap. Ec. 21. Quasi a facie co-
lubri fuge peccatum | Et Apostolus ad Ro. 6. Non regnet peccatum in vestro
mortali corpore | Anselmus autem
in libro orationum in oratione ad sanctum
paulum que est oratio 3e. de malis
que faciunt peccata loquitur sic | Heu un-
de tot et tanta mala irruunt | que

sic peccata mea me miserum obruunt |
mala de bonis in me fluunt | Hec omnia
mala vos affligitis accusatores | vos re-
movetis excusatores | vos adducitis dam-
natores | vos excluditis intercessores | vos
provocatis ultorem | vos avertitis indul-
torem | vos illum vivum induatis in timore
et confusione | vos ab illo abscinditis spem
et consolationem | vos invitum impellitis | vos
auxilium omne expellitis | Et ut infinitus
sit quem michi miseria faciat | hoc insuper
ad cumulandam miseriam additis | ut ve-
rus ita sit | sic michi sit quasi non sit | Cur
enim vitas esse ondit | et tamen effectus non
sentit | sic racio docet et cor non dolet
Sic video quod est et heu nescio ligiferi
totus in lacrimas quod sic est | Et subdit Mi-
sera delicta sic redditis vera promissa
dum affligitis | dulcia puniunt | ad perpetuam
possessionem mentis amaritudine profunditis
dum suadetis ungitis | postquam suasistis usque
ad mortem anime pungitis | Dum vocatis in
foveam viam qui facilem perditam promitte
dolorem deviatis | cum vero precipitatis
precipitatum obruitis | obrutum obcecatis
obcecatum obduratis | obdurato ~~os~~ os
exitum obturatis et miserum meum deceptum
captivatum ligatum facitis desperare et
insensibile velut dei perditum et oblitum
sui iacere donec illum vendatis merca-
toribus inferni qui merces suas deportat
in lacum mortis | hoc totum de me fecistis
hec omnia expertus sum | nisi gratia nondum
mercatoribus illis traditus sum | quod
cum et ego experto misere timendo
et illi prestolantur maligne gaudendo
Nisi eius liberer gratia cuius bonitas
non exhaurit | cuius misericordia non exinanit |
cuius scientia non deficit | cuius potestas
non vilescit | cuius tanto maior relucet
misericordia quanto maior mea invenitur
miseria | Hec Anshelmus | Ideo di-
cebat Apostolus ad Ro. 7. Infelix ego
homo quis liberabit me de corpore
mortis huius | gratia dei per ihesum christum
dominum meum | Et videte quod vocat peccatum
corpus mortis | Unde ad Ro. 6. dicit

Destruatur corpus pcti et ult non
fuiamus pcto Et videtur michi qp
corpus pcti sit illud Habet enim pctm
Caput inflamatu p suplia | mus
Oculos trusos p inuidiam | enim libe
Aures surdas p i obediam | rabit a
Os fetidu p gulam | corpore
Manus aridas p auaricia | mortis
Pectus frigidu p tui t caretia | huius / gr
Ventre turgidu p pigritia | cia dei
Pede lubricu p luxuriam | quia gra
Intellectu excecatu p ignorat | rapare
Volutate depuata p malicia | sume
Memoria torpete p negligeam | debemus
Cor venenatu p iracundia | desiderare
Anima sicut dr ad hebre. 13. Optimu
e gra stabilire cor / Unde et paulo
dictu est .2. ad Cor. 12. Sufficit tibi
gra mea / et ipsemet dicebat .1. ad
Cor. 15. Gracia dei sum id quod sum
Ideo dicebat Bap ett .60. Gra sicut
padisus in bnditcoibus Et Aplus
ad Ro. 6. Gra dei vita etna / Et
videtur michi qp gra dei in aia dat
sibi septem i copacone mali vitadi
et septe i copatone boni optadi
Est enim gra dei | no igit p seqr
Ingnoracie documetu | Sz Aug in
Malicie purgamentu | li.o solilogorum
Iudicacie ornamentum | suorum aie ad
Incostacie stabilimetu | dm c.o 12. 16.
Insufficacie supplemtu | et .ia. psequi
Miserie detrimentu | diffuse quo
Molestie delectamentu | totu qd bn
Innocecie nutrimetu | ha bn a gra
Dinc nud matamentu | dei Unde inte
Eloquecie condimentu | rcessa in .17.o
Amicicie fundamentu | c.o dicit sic
Actionis meliorie fulcimetu | Fateor dne
Opius inct grie incremetu | nichil sum nisi
Etne glorie coplemetu | vniusa va
nitas et vmbra mortis et abyssus
qda tenebrosa / et tra inanis et va
cua que sine tua bndictione nichil
germinat / fructuq no facit / nisi cofu
sione sine potiu et morte / et si quid

vnqp aliquid boni habui ate
accepi / qcqd boni habeo tuu habeo
si ego steti pte steti / si qn cecidi
p me cecidi / semp tre in luto fuisse
nisi tu me erexisses / semp cecus
fuissem nisi tu me illuiasses / semp
periissem nisi me gubnasses Sic
semp domine / sic semp tua gra et
mia me puenit / libera me ab oibus
malis saluas aptitis / suscitas
a pntibus / munies a futuris
Et in .6. c.o ipsius dicit sic Tepta
tor defuit et ut deesset tu fecisti
Teptator affuit, locus no defuit
nec tpus, sz ut no cosentire tu fe
cisti / Venit tenebrosus / ut eu de
spicerem tu me cofortasti / Venit tep
tator fortis armatus et ut me
no vinceret eu refrenasti et me robo
rasti / Venit teptator trasfiguratus
in angelum lucis / et ut me no deciperet
tu eu increpasti / et ut eu cogno
scerem tu me illuiasti / Et in .14. c.o
dicit sic Multocies domine de faucibus
dyaboli me liberasti / de ore leonis me
eripuisti / et abinfno multis vici
bus reduxisti descendi enim usque ad
portas inferi / et ne intrarem tu me
tenuisti Appinquaui usque ad por
tas mortis et ne ipa me caperet
tu fecisti / De morte etia corporis
tu me sepius eripuisti cu me
graues morbi tenerent / cu fuim
piculis multis p mare p terram ab
igne et gladio / et ab omi piculo
liberas / semp michi asistens et
misericordit saluas / Sciebas qd e
domine qp si me mors tunc occupas
set aiam mea infernus suscepisset
et ppetuo dapnatus fuissem Sz
tua gra et mia me preuenerut
eripiens me de morte corporis et
de morte aie dne ds meus Et
subdit Totus eram in morte totu
me resuscepisti / Et ideo tuu sit
totu quod viuo / totu me tibi

affectione/ totum spiritum/ totum cor/ totam vi-
tam meam/ quia totum me liberasti ut
totum me possideres/ totum me re-
fecisti ut totum aeternaliter diligam te
domine virtus mea/ diligam te o refugium
exultatio mea/ et vivat iam non
mihi sed tibi tota vita mea que
periit in miseria mea/ quia tu es deus
misericors et miserator/ et multe
misericordie tue huius qui diligunt nomen
tuum. Creator domine deus meus sustenta-
tor meus instruxisti me lege tua
ut te diligam toto corde meo/ tota
anima mea tota mente mea/ tota for-
titudine mea et omnibus viribus
meis/ et ex intimis medullis cordis
mei omnibus horis et momentis quibus
fruor beneficiis munificentie tue/ qui semper
presens mihi semper me regis/ semper moveri
mihi semper me vivificas et omni mo-
mento mihi tua beneficia magna prestas
Dicat ergo nulla hora vel punctum
temporis in tota vita mea quo tuo beneficio
non utor/ sic nullum debet esse momentum
quo te non habeam ante oculos in me-
moria mea et diligam ex omni fortitudine
mea. Sed nec hoc adimplere valeo
nisi tu dederis mihi gratiam cum est
omne bonum et omne datum optimum
descendens ~~apud~~ a patre luminum apud
quem non est transmutatio nec vicissitudinis
obumbratio non volentis neque currentis
est sed tui miserantis. Tuum est domine do-
num cum est omne bonum. Hec Augustinus. Ha-
bemus ergo duo scilicet quod summe necessarium
est gratiam dei habere que per peccatum perditur
Et 2o habemus quod nichil ita ad recu-
perandam gratiam valet sicut perfecta contritio
et plena recognitio proprie iniquitatis
debita correctio et prompta satisfactio
iuxta modulum sue possibilitatis/ ve-
ra humiliatio et pura confessio proprie
fragilitatis ut primo probatum est. Ergo
isto tempore penitentie pro recuperanda gratia divina

debet peccator dicere verba thematis pre-
supta Ipse me reprehendo et ago penitentiam
in favilla et cinere/ Quasi dicat
deo quilibet peccator hodie penitens Ante
domine faciem tuam apertis oculis et omnes iniquitates
meas dele etc. quia ipse me reprehendo etc.
quasi dicat Ecce recognosco peccatum
Ergo hodie meum humiliter quia ipse me reprehendo
Ergo hodie satisfacio iuxta modulum aliqualiter
quia ago penitentiam me usque ad humum
Ergo hodie humilio veatur/ quia in favil-
la et cinere. Ergo domine parce parce
populo tuo/ exaudi domine/ placare do-
mine/ attende et fac nobiscum misericordiam
tuam/ Numquid enim oblivisceretur misereri
deus/ aut continebit in ira sua misericordias suas/
Certe non/ immo sicut mater non potest filios
suos oblivisci ut non misereatur filio
uteri sui/ ita nec tu potes oblivisci
mei/ cui enim proprium est misereri et
parcere/ quotiens ad reatus fueris misericordie
recordaberis de quo dicit psalmista/ Quomodo
miseretur pater filiorum misertus est dominus
timentibus se/ quoniam ipse cognovit fig-
mentum meum/ recordatus est quoniam pul-
vis sumus etc./ Ergo miserere mei deus
secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem
miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab
iniquitate mea et a peccato meo munda me. Quia ipse me
reprehendo et ago penitentiam in favilla
et cinere/ In quibus verbis tria tanguntur/
videtur enim mihi quod peccator penitens
debet aliquid proferre aliquid offerre aliquid habere
Proferre verbum expressum amaritudinis
et doloris Ipse me reprehendo/
Offerre actum ostensivum penitudi-
nis et laboris Ago penitentiam
Habere casum compassivum sue inquietu-
dinis et laboris in favilla et cinere/
Vel possumus sic distinguere videtur
mihi quod penitens facit sicut bonus medicus qui
primo dat remedium expulsivum infirmitatis quam invenerat
Secundo preparat contra restaurativum sanitatisque perdiderat
Tertio dat consilium conservativum salutis recepte

Resumptio thematis

divisio thematis

qua recepat / Ad 2m remedium expulsi-
uum infirmitatis incurse e cordis co-
tricio neciens excusacionis vicium Ipse
me reprehendo / Ratum sanitatis perdite
beneficium restitui / est opus satisfacione
reduces ad reconciliacionis gremium
ad bone operacionis premium et ago primi
consilium consumatum salutis et prosperitatis
habite e meritis humiliacionis excludens
elacionis flagitium in favilla et cinere
Ego hodie / remedium mire prtatis
apprehendam / et efficacie Ipse me
reprehendo / Actum magne hu-
Assumamus ex / militatis et excel-
lencie Quia ago penitenciam
Accipiamus consilium multe salubritatis
et expediencie / in favilla et cinere
Dico primo quod petrus penitens debuit proferre
re verbum expressiuum amaritudinis et do-
loris / debuit enim apprehendere remedium
expulsiuum infirmitatis incurse quod est
cordis contricio nesciens excusacionis vi-
cium Ipse me reprehendo Istud enim re-
medium est mire prtatis et efficacie / Adam
euidencia sciendum quod cum peccatum commissum
huiusmodi se habet diuersa genera hominum
Sunt enim aliqui excusantes qui proferunt verbum
inique excusacionis / qui proferunt verbum
Sunt aliqui gloriantes / culpade gloriacionis
Sunt aliqui alios accusantes qui proferunt verbum
fraterne accusacionis / proferunt verbum pu-
Sunt aliqui comparantes qui / se comparacionis
Sunt aliqui radicantes qui proferunt verbum
continue radicacionis / proferunt verbum
Sunt aliqui desperantes qui / pessime desperacionis
Sunt aliqui presumentes qui proferunt verbum peri-
culose presumpcionis / qui proferunt verbum
Sunt aliqui mencientes / mendose confessionis
Sunt aliqui contempnentes qui proferunt verbum
superbe rebellionis / qui proferunt verbum
Sunt aliqui confitentes / pure vere et digne
reprehensionis Dico primo quod sunt aliqui
excusantes de quibus quos dicit propheta in psalmo
Non declines cor meum in verba malicie

ad excusandas excusaciones in peccatis
cum hominibus operantibus iniquitatem / Isto modo
se excusavit ille saul .1. Regum 17. ubi
legitur quod dixit sibi Samuel Quare non
audisti vocem domini Cui respondit
Immo audivi vocem domini Et ideo au-
dire meruit Pro eo quod abiecisti ser-
monem domini abiecit te dominus ne sis
rex Unde licet postea conversus fuit
et dixit peccavi / tamen veniam non prome-
ruit Immo audire meruit Triumpha-
tor in israel non parcet et penitudine
non flectetur Ista enim penitudo
fuit elacionis non humiliacionis sicut
dicit Crisostomus de opere imperfecto et
Gu. super Cant. sermone 16 / Non enim fuit
Saul quod se ad increpacionem Samuelis
peccasse confessus est / culpa enim prelocu-
cio fuit illa confessio que culpam non
diluit / quia enim humilem contempnit confes-
sionem / humilitatis inmemor / et cui humilibus
dare graciam est ingenitum est / ideo non
poterat placari . Si qua in ore sonuis-
set in corde radicasset humilitas /
Hoc eciam apparuit in adam et eua
quod peccatum suum in deum retorquere volue-
runt Unde dixit Adam Mulier
quam dedisti michi sociam etc. Non dixit
Mulier dedit michi / sed quam dedisti Unde
Aug. xi. super Gen. ca. 30. dicit / quod
superbia hoc habuit deformitatem confes-
sionis / non humilitatem confessionis / Quo
morbo superbie laborant homines ho-
die non nisi in creatorem conantes re-
ferre / siquid egerint mali / et sibi
velint attribui siquid egerint boni
Unde dixit Adam Mulier quam de-
disti michi sociam etc. Et hoc idem Aug.
19. de Ci. dei ca. 13. dicit / Quod peior
et dampnabilior superbia est in peccatis
cum subfugium excusacionis inquiritur
sicut illi primi homines quorum et illa
dixit Serpens seduxit me et manducavi / Et ille dixit / Mulier quam

excusantes peccatum commissum

gliacō pcī

dedisti michi sociam que michi dedit
de ligno et comedi / Quilibet sic sonat
peticio venie / immo implorat me-
dicine / quia licet isti non sicut Caym
quod commiserunt negent / adhuc tamen
superbia malum quod erat referre quod
operam fecit / Superbia mulieris
in serpentem / superbia viri in mulierem /
Hec accusacio potius quam excusacio rea
est / Ubi mandati divini aperta est
transgressio / Neque enim hoc postea non
fecerunt / quia illud mulierem suadente
serpente / virum muliere porrigente commi-
sit / quia quicquid deo cui ut crederetur
anteponendus fuit / Et Isidorus de confessione
c. 10. dicit quod excusare peccatum est peccatum
insanabilius et execrabilius iniquitas
Et Bernardus super Cant. sermone 16. dicit
quod excusans peccatum in confessione / in
animam suam peccatum expellet / proinde
a se indulgencie medicinam / et vitam
sibi ore proprio intercludit / Et Augustinus de
utilitate agende penitencie sermone 2o per-
tractans illud psalmi Ego dixi domine mi-
serere mei sana animam meam quia peccavi tibi / dicit
sic Ego inquit peccavi ergo non quero
excusatorem / peccavi / quis merito
peccavit aut quod me in peccatum impu-
lerit. non dico / fortuna fecit / non di-
co factum hoc noluit / postremo non
dico ~~fortuna~~ fecit dyabolus / nam ipse
dyabolus suadendi habet potestatem / postre-
mo terrendi ~~postremo~~ cuius cum quasi
permissus fuerit molestias inferendi
Et a domino deprecanda est virtus / ne
aut ille terebrosa capiat / aut ne du-
ra consentiat / Ergo hoc dixi sed
dixi sana animam meam quia peccavi tibi.
¶ Dico 2o quod sunt aliqui gloriantes in pec-
catis letantur cum male fecerint et ex-
ultant in rebus pessimis quorum vie
perverse sunt infames gressus eorum
Et Ysa 3. peccatum suum quasi sodoma predi-
caverunt nec absconderunt ve anime eorum
quoniam reddita sunt eis mala / Et in psalmo Quid
gloriaris in malicia etc. / Super quo verbo
dicit Cassiodorus / Cum septima divina dicat
nec in bonis actibus esse gloriandum
sed precipiat / ut qui gloriatur in domino glo-
rietur / nunc posita verum scelestum de
sola se maligne iactatie ad indigna-
cione redarguit / Sive velit de ma-
actibus gloriari / Unde debet potius
conscientia teste confundi / Et Augustinus super psalmo
10. dicit / Quod multi quos peccare
non pudet / agere penitenciam pudet / O mira-
infamia / de vulnere ipso non erubescas / et
de ligatura vulneris erubescis / Nonne
vulnus nudum fedius et turpius est
et putridius / Si dicat / primo / Confuge
ergo ad medicum et age penitenciam / dic iniusticiam
meam ego cognosco et peccatum meum contra
me est semper / ¶ Dico tercio quod sunt aliqui
alios accusantes contra quos loquitur Augustinus (accusacio aliorum in confessione)
in libro de penitencia. c. 12. dicens sic / Non illi
quos nos movemus agere penitenciam / sciat
sibi comites ad supplicium / nec gaudeat quia
plures invenit / non enim minus ardebunt
quia cum multis ardebunt / Non enim est hec
sanitatis consilium / sed malivolencie va-
num solacium / Unde alios accusare officium
est dyaboli / De quo dicitur Apoc. 12. proiectus
est accusator fratrum nostrorum / Non sic Christus
qui peccata nostra non accusavit sed in cor-
pore suo portavit / Sicut dicit Ysa. 53.
et Prosper ad Julianum episcopum li. 2.
dicit sic Fratrum nostrorum vicia non solum
debemus accusare sed gemere / et alter
alterius onera portantes legem Christi pos-
sumus implere / qui utique non accusavit
peccata nostra sed tulit / ad et nos si ipsi si
infirmi sumus volumus adeo portari
aut si sani sumus possumus ut fra-
giles facilius infirmari / Et Bernardus sermone
40. super Cant. dicit sic / In quantacumque
hominum versaris frequencia tamen cave alie-
ne conversacionis esse aut curiosus explo-
rator / aut temerarius iudex cum quasi

a

cetru actu, qui dephenderis, nec sic
iudices proximum magis aut excu
sa intencionem si opus non potes, pu
ta ignoranciam, puta surrepcionem, pu
ta casum / Cum si omnem dissimulacionem
rei certitudo recusat, suade michi los
ipse tibi / et dicito apud temetipsum
vehemens fuit nimis temptacio / quid
de me illa fecisset si accepisset in
me similem potestatem / Tamen hodie multi
ita attendunt ad aliorum peccata quod eis
videtur quod ipsi non peccant Contra quos
loquitur Gregorius 3 li. mor. c. 14. dicens
sic Sunt nonnulli qui nil quidem pro
tutis agere student, sed tamen tamen alios per
care conspiciunt, iustos se in eorum
comparatione suspicantur, neque enim cor
da omnium vna vel simili culpa transfigit /
Hunc namque superbia illaqueat, illum for
sitan ira supplantat / Hunc avaricia
cruciat, illum luxuria inflammat / Et
plerumque contingit ut is quem superbia dep
mit alium conspiciat qualiter ira succen
dit / Et quia se ira non cernis instigat
meliore se iracundo iam deputat /
atque apud semetipsum iam de iusticia
extollitur, quia pensare negligit vicium
quo grauius ipse tenetur / Plerumque
contingit ut is quem avaricia sauciat
alium in luxurie ignauie vsu cernat / Et
quia se a pollucione carnali alienum
respicit, quibus ipse sordibus spiritualibus vi
cium intrinsecus polluitur non attendit Dumque
malo pensat malum quod ipse non habet /
in se negligit considerare quod habet / Dumque
fit ut dum ad aliena diiudicanda mens
ducatur, proprium iudicium luminie priuetur / Et
eo durius eorum aliena superbiat / quo
sua negligencius ignorat / Ideo dicitur pro
18. Iustus prius accusator est sui
vbi Beda in originali super prima dicit
Omnis qui vere iustus est vbi peccatum ex
cata conspiciat primo ad semetipsum oculum

b

consideracionis inflectit dumque sua
fragilitate sollicitus accusauit, sic
demum ad corripiendos alios lingua
benignius exerit Contra quod fuit
aliquos comparantes Sicut declarat Augustinus
de pena c p° potestas de publicano
et pharizeo dicens sic / Magis iustifi
catus descendit de templo publicanus
ille peccatoris confessione sollicitus, quam
pharizeus in inuacione meritorum sollicitus
securus / cuius enim gracias egerit
dicens Gratias tibi ago quia non sum sic
ceti homines iniusti raptores adulte
ri quam et publicanus iste / Ieiunio
bis in sabbato decimas do omnium que
possideo / Tamen et prelatus est
ille qui de longinquo stabat neque in
celum oculos audebat erigere sed percu
ciebat pectus suum dicens Deus
propicius esto michi peccatori / Non enim
tamen ille pharizeus sua sanitate quam
morborum alienorum comparacione gau
debat / Salubius autem illi erat qui ad
medicum venerat ea de quibus egro
tabat confitendo indicare quam dissi
mulare ab egritudinibus a vulneribus
suis et de cicatricibus aude gloriari
Non ergo mirum quod publicanus magis
sanatus abscessit qui non penituit
ostendere quod dolebat / De talibus sic co
parantibus dicitur pro 20. pondus et pon
dus, mensura et mensura vtrumque
abhominabile est apud deum Super quo
verbo Beda in originali dicit Sicut
diuersum pondus et diuersa mensura
dicat habet quis in domo sua ut tamen
sibi quam proximo metiatur / quamdiu in
suis semper actibus que laudentur,
in proximo que vituperentur querit,
et talem abhominatur dominus / quia quanto
sibi meritis placet / tanto superno in
spectori displicet / Ista non bene comparat
sed ille latro pedes in cruce Luc. 23.
optime comparabat qui dicebat alii latroni

Nec tu times deum qui in eadem dampnatione es Nos quidem iuste nam digna factis recepimus / hic vero nichil mali gessit / Et ideo audire meruit hodie mecum eris in paradiso Dico quinto quod sunt alique reci- diuates Contra quos dicit Augustinus in quodam sermone de penitentia quod incipit penitentes in principio sit Penitentes penitentes penitentes si tamen estis penitentes et non estis irridentes / mutate vitam et reconciliamini / si penitens es peniteat te / si te non penitet penitens non es Contra sicut dicit Ambrosius in quodam sermone de quadragesima Penitentia est mala preterita plangere et plangendo iterum non committere / Et Isidorus dicit Irrisor est et non penitens qui adhuc agit quod penitet / nec videtur deum poscere subditus sed subsannare superbus / Canis reversus est ad vomitum / et penitens ad peccatum Et Augustinus in libro soliloquiorum dicit Inanis est penitentia quam sequens coinquinat culpa quod nichil prosunt lamenta si replicantur peccata / Nichil valet de malis veniam poscere et mala denuo iterare / Ideo dicit Ysaias 1. lavamini mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis quiescite agere perverse discite bene facere / Unde Salvator Johannis 8. illi mulieri adultere quam noluit condempnare dixit Vade et iam amplius noli peccare Non tamen sic intelligendum est sicut aliqui heretici intellexerunt / quod sic solum semel peccatoribus post baptismum valet penitentia / quod non possit sepe peccantibus iterata Cuius heretici sumebant fulcimentum ex hoc Contra quod dicit Augustinus de vera et falsa penitentia c. 1. Immo quia dicebat quod iterata remissio esset ad peccatum invitatio / Verbo sumunt occasionem ex factis domini dicentes / quemadmodum cecum bis illuminavit / quemadmodum leprosum bis mundavit / quemadmodum mortuum bis suscitavit quemadmodum filium dissipatorem legitur bis suscepisse / quemadmodum filiam Abrahe legitur bis a demone liberasse Et pro istis hereticis videtur facere textus ad Hebreos 6. ubi dicitur quod impossibile est eos qui semel sunt illuminati gustaverunt etiam donum celeste et participes sunt facti spiritus sancti / gustaverunt nichilominus bonum dei verbum / virtutes quoque seculi venturi et prolapsi sunt rursus renovari ad penitentiam rursus crucifigentes sibimetipsis filium dei et ostentui habentes / Sed absit quod sic intelligatur / ymmo est heresis manifeste dampnata per scripturam Matthei 18. Ubi Petrus interrogans Ihesum dixit Quociens peccabit in me frater meus et dimittam ei usque septies Respondit ei Ihesus Non dico tibi tantum usque septies sed usque septuagesies septies / septies id est totiens quotiens Et Apostolus Paulus ad Corinthios ter pro [illegible] suas [illegible] Ipse Christus docuit Matthei 6. Orate continue dimittite nobis debita nostra / Numquam docuisset ergo continue orare nisi ipse continue vellet dimittere / Et sicut continua est confessio ita oportet quod cotidiana sit remissio Et dicit ex hoc Augustinus in libro de vera et falsa penitentia capitulo 1. dicit enim quod sicut medicus corporalis non esset bonus medicus qui malum iteratum nesciret curare / ymmo bonorum medicorum est et crebro infirmum visitare et totiens visitare / Cum Christus dicat se esse medicum Matthei 9. non est opus valentibus medicus sed male habentibus / inferior esset omnibus medicis sciat dignitore corpore et redemptum suo sanguine nesciret vel nollet quotiens peccaret et peniteret curare / Multa alia possent adduci sed dimitto / Est ergo intelligendum quod recidivum incipere est valde periculosum et evacuat precedentem penitentiam nisi alia sequatur post culpam / Et licet non legatur bis aliquem illuminasse etc. / quod fuit ut sic magis timeat adungi peccato / tamen legitur et diversis temporibus multos cecos illuminasse

a

et multos debiles confortasse / ymo
sicut deducit Aug9 ibid / In hoc q̄
uno t̄pe p̄us sanauit leprosum / alio
uō t̄pe illuminauit cecum / significauit
patentē eid sepe pctā dimitti Et absit
q̄ ista frequens remissio sit ad pctm̄ inui-
tatio / ymo potius ad p̄niaꝫ dicente
Aplō ad Rō 2 Ignoras qm̄ benigni-
tas dei ad p̄niaꝫ te adducit / S'm aut
duriciā tuā et cor impenitens thesauri-
zas tibi irā Qd' aut̄ dicit Aplus
ad hebre. qm̄ impossi̊le ē tales renouari
ad p̄niaꝫ sicut dicit glō / intelligit
de renouatōe ul p̄nia que ē in bapt̄smo
Et ꝓpt̄ hoc Aug9 in li° de p̄nia distinguit
triplicē p̄niaꝫ quarū p̄nia ē an̄ bapt̄m
2a de venialibꝫ 3a de mortalibꝫ

desp̄atio in peccatis

Loquitur g° Aplus de p̄ma p̄nia Di-
co sexto q̄ sūt aliq̄ desp̄antes Sicut
ille Caym dicebat Gen. 4 Maior
ē iniq̄tas mea q̄ ut veniā merear Sic
ille Judas q̄ dixit Mt 27 Peccaui
tradens sanguineꝫ iustū / abiens laq̄o
se suspendit / Cont' tales q̄ ꝓpt' imē-
sitatē pctōꝝ suoꝝ desp̄ant loquitur
Aug9 valde pulcre de verā et falsā
p̄nia c 7 circa fineꝫ dicens sic / Aliud
ē aliud desp̄are q̄ dm̄ cōparare sibi / nā
q̄ de deo nō p̄sumit veniā / nō ama-
dūit plus p̄ctō suo dei posse clemenciā /
In eum sentiet dm̄ magis bonū q̄ se
malū / quād ipse iusticie nō iueniret
adeo magis bono expectaret / et q̄d
diffidit q̄z summi boni bonitatē ma-
iorē sua nequicia nō sentit / Ille enī
plus diffidit q̄ tm̄ peccatē p̄t q̄ntū
ds bonus est / cuqꝫ sit nullus q̄ hoc
posset / quod timet de se p̄sumat
de meliore / Quał enī et oīs nequicia
minor ē q̄ dei mīa / Ipe enī si posset
sp̄are et culpā ipse sentiē / quod nō
iueniret ipse / sumet in dei pietate
Adhoc qui diffidit et sua nequiciam

b

dei benignitati cōparet / sine cōpacit
diuine v'tuti / das fine infinito / et ꝑ-
fectioꝝ dimitatis aufers deo / cui nichil
deest / cui9 etiā bonitas cogitari nō
p̄t / Et ibid Aug9 mouet dubiū
de sacerdote / ondens q̄ etiā si peccā-
uerit desp̄are nō debet / licet scriptū
sit Si sacerdos peccauit quis ora-
bit p eo 1 Reg 2 / dicit enī q̄ tota
ecclia aut alius sacerdos et oīs sacerdotal'
ordo / et ip̄e xp̄us q̄ se p nobis
offert dd habet aut̄ sibi maxime
timē cū peccat / Vn̄ cōcludit / sac-
dos timeat peccarē si magis timeat
desp̄are Et iō dicebat sanctus Job
13 c° Etiā si occiderit me in ipo
sp̄abo Veruntm̄ vias meas in cōspectu
eius arguā et ip̄e erit saluator
meus Dico 7° q̄ sūt aliq̄ p̄su-
mentes / qui ita p̄sumunt de dei mīa
q̄ nichil adiutant de dei iusticia et
iō nō cauent Loquitur vita de p̄nia
Cont' quos dedicit Aug9 in libello
suo de vtilitē agende p̄nie sermone
p̄mo in fine / q̄ sicut ne desp̄ando
augeamus pctā / ꝓpositū est nob̄
p̄nie portus / Ita rursus ne sp̄e-
rado etiā augeamus pctā / datū
ē nobis dies mortis incertus / Et
iō dicit Greg9 Qui quod peteti
veniā spopondit peccanti diem cra-
stinū nō p̄misit / Et iō d' Ecci 7
Ne tardes cōuerti ad dominū / et ne
differas de die in diem / subito
enī veniet ira illius et in t̄pe vin-
dicte disp̄det te .i. in duas p̄tes
p̄det reddendo aīaꝫ demonibus
et corpus vermibus Et iō dicit Aug9
vbi sup / q̄ nccē ē ut h' cōtinue
tior metum possideat / opus ē ut
homo dm̄ sp̄ p̄ntē cogitet / nō solū
publice sꝫ etiā in domo in cubiculo
in nocte in lecto in corde suo Ideo
dicebat p̄s Confige timore tuo car-
nes meas a iudicijs enī tuis ti-

nimi. Et idem Bern. sermone .16. super
Cant. dicebat. Cum legitur pater misericordiarum
et deus totius consolationis / legitur
nichilominus Deus ulcionum dominus /
legitur deus iudex iustus et fortis /
legitur terribilis in consiliis super filios
hominum / qui quod tuum est tibi defensat
et seruat / putas et ipse aliquid non
zelabit / Putas sui non requiret pre-
paratus honorem / Honor autem regis
iudicium diligit / Propter hoc irritauit
impius deum / dixit enim in corde
suo non requiret / Et quid est dixit in
corde suo non requiret nisi non metuit
quod requiret / Sed requiret usque ad no-
uissimum quadrantem / requiret et
retribuet habundanter facientibus super-
biam / Requiret a recepto suum
honorem et gloriam ab eo quem pla-
smauit. Esto quod dissimulat pro igno-
scat benignus si non dominus et creator / Et
(non pec) quod parcat filio / non parcet figmento / non parcet
seruo nequam. Pensa tamen sit formi-
dinis / tamen sit horroris / tamque ad
dominum contempsisse factorem, offendisse
dominum maiestatis. Et idem subdit Pa-
ueo gehennam / paueo iudicis vultum
ipsis quoque angelicis spiritibus tremendum.
Contremisco ab ira potentis / a facie fu-
roris eius / a fragore ruentis mundi /
a conflagratione elementorum / a tempestate
valida / a voce archangeli et a
verbo aspero / Contremisco a dentibus
bestie infernalis / a ventre inferi / a
rugientibus preparatis ad escam / Hor-
reo vermem rodentem et ignem torrentem
fumum et vaporem et sulphurem
et spiritum procellarum / Horreo tenebras
exteriores. Qui sic afficitur non peccabit.
Memorare nouissima tua et in eter-
num non peccabis. Et alibi Memento
quoniam mors non tardabit. Et certe qui eis
attenderet quam incerta est penitentia que in fine
accipitur non differret penitentiam / Narrat
enim Augustinus in quodam sermone de

penitentia qui incipit Penitentes etc.
quis in ultima necessitate sue egritudinis positus
voluerit accipere penitentiam et accipit / et
mox reconciliatus fuerit et vadit / fateor
vobis non illi negamus quod petit / sed
non presumimus quod bene hinc exit. Penitentiam
dare possumus securitatem autem non. Sed
numquid dico dampnabitur / sed nec dico quod
saluabitur. Vis ergo a dubio liberari te-
nere certum et dimitte incertum / age penitentiam
dum sanus es / si sic agis securus es quia
penitentiam egisti quando peccare potuisti / Si
autem vis agere penitentiam quando iam peccare non
potes / peccata te dimiserunt non tu illa.
Ideo dicitur Eccl. 17. Ne demoreris in er-
rore impiorum / ante mortem confitere / a mortuo
quasi nichil perit confessio / sanus et
viuens confiteberis et laudabis deum
et gloriaberis in miserationibus illius.
Et contra tales presumentes dicitur Job 24. De-
dit ei deus locum penitentie et ipse abutitur
eo in superbia. ¶ Dico octauo quod sunt
aliqui mencientes qui causa humilitatis di-
cunt se fecisse quod non fecerunt. Quos
valde reprehendit Bern. sermone 16 super
Cant. dicens sic Est confessio pretio-
sius noxia / quo subtilius vana est
inhonesta et turpia de nobis detegere
non veremur / ut quod humiles minime sumus
esse putemur. Appetentem / appetere autem
de humilitate laudem humilitatis non est virtus
sed subuersio. Verus enim humilis vilis
vult reputari non humilis predicari. Et
subdit Quid peruersius quidue indigni-
us ut humilitatis custos confessio super-
bie militet / et inde velis videri me-
lior vnde videris deterior. Miserabile
iactantie genus ut non possis perfecte
sanctus si non appareas sceleratus / Nec
talis confessio speciem habens humilitatis non
virtute non solum veniam non meretur sed
prouocat iram. Sic mentitus est ille .2. Reg.
.1. c. Amalechites qui dixit se interfe-
cisse Saul et Ionatam quem David
interfici iussit dicens Sanguis tuus
super caput tuum. Os enim tuum locutum

mendacium in confessione

a

est adiusi ute. Extra Augustinus super Johannem
dicit: Cum humilitatis causa menti
ris, si non eras peccator antequam menti(e)ris,
menciendo efficeris, quod vita
ras iniquitas. Iste non est nisi ita te
diceris penitentem ut te esse cognos
scis. Extra Apostolus 2 ad Cor. 12 capitulo
agunt penitenciam non super hoc quod non est factum
sed super immundicia, fornicacione, impudi
cicia quas gesserunt. ¶ Dico 9o quod
sunt aliqui contempnentes soli deo con
fitendum esse et non homini dicunt. Contra
errorem confutat Apostolus Jacobus
in canonica sua ultimo capitulo dicens: Con
fitemini alterutrum peccata vestra et orate
pro invicem ut salvemini. Et videtur
michi quod confessio fienda homini ut
sacerdoti sunt valde racionabiliter intro
ducta propter quinque raciones scilicet
primo racione confusionis et erubescencie, quilibet
allegat. Secundo racione oracionis ecclesie
que valde adiuvat.
Tercio racione humiliacionis et obediencie que deo placat.
Quarto racione difficultatis et sine qua sane liberat.
Quinto racione iurisdictionis et confesse sacerdotibus
potestate que plene reconciliat. ¶ Primo
quidem racione confusionis et erubescencie.
Confusio enim qua aliquis confunditur co
ram sacerdote multum remittit de pena.
Unde Augustinus de vera et falsa penitencia c.
10 dicit sic: Qui penitet omnino peccatum
et dolorem peccati lacrimis emendat, re
primat iudicium dei per confessionem. Precepit
dominus mundatis ut ostenderent ora sa
cerdotibus, docens corporali presencia confi
tenda peccata, non per nuncium, non per scriptum
manifestanda sunt. Dixit enim: ora mo
strate, et omnes, non unus pro omnibus; non
aliud statuatis nuncium qui pro vobis offe
rat munus a Moyse statutum. Sed qui
per vos peccastis, per vos erubescatis.
Erubescencia enim ipsa partem habet
remissionis. Ex misericordia enim hoc precepit

b

dominus ut neminem peniteret in occul
to. Ut in hoc enim quod per se ipsum dicat
sacerdoti, erubescencia vincat timore
offensi, fit venia criminis. Fit enim
veniale per confessionem quod criminale
fuerat in operacione. Multum enim sa
tisfaccionis obtulit qui erubescencie
dominans nichil eorum que commisit
nuncio dei denegavit. Et subdit:
Digna misericordia est qui spirituali labore
petit graciam; laborat saltem mens
paciendo erubescenciam. Et quia verecun
dia magna est pena, qui erubescit
pro Christo fit dignus misericordia. Unde patet quod
quanto pluribus confitebimur in spe ve
nie turpitudinem criminis, tanto facilius
consequimur graciam remissionis. Propter hoc
dicitur Eccli. 4: Ne confundaris pro anima tua
dicere verum. Est enim confessio adducens
peccatum, et est confessio adducens graciam
et gloriam. ¶ Secundo dico quod sunt ra
cionabiliter ordinata racione oracionis ecclesie,
de quo loquitur valde pulcre Augustinus
de vera et falsa penitencia c. 10 dicens
sic: Laboret penitens in ecclesia esse
et ad ecclesie unitatem tendere. Nisi
enim unitas ecclesie succurrat, nisi
quod deest peccatori sua opitulacione
impleat, de manu inimici non eripietur
anima mortui. Credendum est enim, ut
pietas fidei expostulat, credere
quod omnes elemosine tocius ecclesie et
oraciones et opera iusticie succurrant
recognoscenti mortem suam ad conver
sionem. Ideoque nemo digne penitere
posset quem non sustineat unitas
ecclesie. Ideo non petat sacerdotes
per aliquam culpam ab unitate ecclesie
divisos. Judas enim penitens ivit
ad phariseos, reliquit apostolos; nichil
invenit auxilii nisi augmentum de
speracionis. Dixerunt enim eidem:
Quid ad nos? tu videris. Si peccasti, tibi
sit; non tibi succurrimus, non peccata
tua suscipimus, non comportando pro

contempnentes confiteri homini

no

mittimus / non qualiter deponas onus
docemus / Grande enim nobis est iuvamen
qui non opera sequimur iusticie Isset
ad fratres Isset ad illas quas oraverat
pro socru petri febricitante / quas chana
nea impleta misericordiam non ob
tulerunt Interrogasset petrum post
lacrimas effundentem non fugisset
mariam et martham que vitam
lazari impetraverat / non turba plo
rantem que unicum filium acquisierat
vidue Venit ad dimissos / et dimissos
prius / Quare ut vitalitate omnis boni fesit
operatur quod dixit iniqua sui pecca
tis mea quibus pollutus / nisi eum vitulo
universali pollutus se committeres cogno
sceret si iniqua non presumerent / Sat
enim et experimento cognoscit utpote
qui pro omnium salute laboraverat / se
absque auxilio ecclesie stare non posse
Non enim est christum cui omne bonum fuit
tribuit sive in celo sive infra constitu
tum / Licet amittes per exigentiam nisi
recuperet per sancte matris pietatem
Quomodo umquam digne poterit penitere
quo deum benivolum poterit invenire
quem eius sanctissima sponsa et mater
filia et soror non dubitavit offendere
et eius auxilium cum contempnere Et
leo papa in epistola ad Theodorum li
mensem episcopum dicit sic Indulgentia dei
non nisi supplicationibus sacerdotum ne
quit obtineri Ideo Jacobus posuit
preceptum de confessione facienda sacer
doti subiungit / et orate pro invicem
ut salvemini / Multum enim valet oratio
iusti assidua Et 2 mathei 12 Ora
et iusta est cogitatio pro defunctis exo
rare ut a peccatis solvatur Ideo
in figura actuum 12 cum dum petrus fuit
vinculatus oratio fiebat ab ecclesia
sine intermissione ad deum pro eo quousque
et fuit per eam liberatus Et in leviti
tico quod pro toto populo peccabat in delicto
populum revocari ad ordinem sacerdotum

Dico tercio quod racione humiliacionis et obe
diencie Unde dicit Augustinus Ta
citurnitas peccati ex superbia nascitur cordis
Ideo enim quisque peccatum suum celare desiderat
ne turpitudo sua aliis manifesta fiat, ne
talis reputetur ab hominibus foris qualem
se iam dudum exhibuit divino conspectui
quod nasci ex fomite superbie nulli dubium
est / Species enim superbie est se velle iustum
videri / qui peccator est / ac ypocrita esse co
minatur quasi ad imitacionem primorum parentum
vel aliorum tergiversatione peccata sua leni
gare contendit Vel sicut Caym peccatum
suum retinendo penitus supprimere querit Ubi
autem superbia regnat vel ypocrisis, humi
litatis locum habere non valet Sine humilitate
non alicui veniam sperare non licet Ubi
ergo confessio non est . venia speranda minus
non est Ideo dicebat psalmista Vide humilitatem
meam et laborem meum et dimitte omnia peccata
mea Dico quarto quod racione diffinicionis et
sentencie Quia enim omnis Nemo debet esse
iudex in causa sua Et ideo dicit Augustinus
in sermone de muliere ceca et sedente Agite
penitenciam qualis agitur in ecclesia ut
oret pro vobis ecclesia Nemo sibi dicat Ego
occulte apud deum / ego novi quod mihi
ignoscat / quia in corde ago / Ergo
sine causa dictum est / que solveritis in
terra soluta erunt et in celo / ergo sine
causa claves date sunt ecclesie dei frus
tramur evangelium dei / frustramur
verbum christi / promittimus vobis quod ille
negat Nonne nos decipimus Et Job
dixit Si erubui in conspectu populi peccata
mea confiteri Et Ambrosius li. 1. de penitencia
c. 2. dicit sic Cum ius solvendi atque li
gandi solis permissum est sacerdotibus
Unde ad sacerdotem pertinet discernere inter
lepram et lepram Dico quinto quod racione
iurisdictionis et concesse sacerdotibus pote
state Unde dicit Augustinus de vera et fal
sa penitencia c. 12 Sacerdotes plus possunt per se
confitentibus parcere quibus crimen remittit
dominus Lazarum de monumento iam suscitatum
obtulit discipulis solvendum Per hoc ostendit

a

ptatem soluendi concessam sacerdoti dixit
enim quodcumque solueritis super terram solue
tur et in celis. Hoc est ego deus et ordi
nes celestis milicie et omnes sancti in mea
gloria laudant et confirmant quod ligatis
et soluitis non dixit quod putatis
ligare et soluere sed in quos opus iu
sticie aut misericordie exercetis. Et
Augustinus in libro de penitencia dicit in fine quod
ctiores sunt claues ecclesie quam corda
regum quibus clauibus quodcumque in terra
soluitur eciam in celo solutum promittitur
quod eciam deducit Ambrosius in libro de
penitencia per totum. Et Augustinus primo de doctrina
christiana capitulo 22 dicit quod has claues de
dit deus ecclesie sue ut que solueret in terra
essent soluta et in celo, et que ligaret
in terra ligata essent et in celo, ut
scilicet quisquis in ecclesia eius dimitti
sibi peccata non crederet non ei dimitterentur,
quisquis autem crederet seque ab eis correctus
auerteret, in ecclesie gremio consti
tutus, eadem fide et correccione sanaretur.
Patet ergo quod ex hiis quinque racionibus fu
it oris confessio salubriter instituta.
Dico ulterius quod sunt aliqui humiliter fideliter
et suppliciter confitentes, et ista soli di

Hec et humiliter confitentes

cunt ipse me reprehendo. Sic loquebatur
ille Manasses 2 Paralipomenon dicens sic:
Peccaui super numerum arene maris multi
plicate sunt iniquitates mee, incuruatus
sum multo uinculo ferri et non est re
spiracio michi, quia excitaui iracundiam
tuam et malum coram te feci, statuens
abhominaciones et multiplicans offensiones.
Et nunc flecto genua cordis mei precans
a te bonitatem domine. Peccaui domine
peccaui et iniquitatem meam ego agnosco.
Peto rogans te domine remitte michi
remitte michi, ne simul perdas me cum
iniquitatibus meis neque in eternum reser
ues mala michi, quia indignum saluabis
me secundum magnam misericordiam tuam
et laudabo te semper omnibus diebus

b

vite mee. Et uidete quod dicit secundum
magnam misericordiam tuam. Unde sicut
dicit Augustinus super psalmum 50 peccatis id est
Miserere mei deus secundum magnam misericordiam
tuam. Cui magna misericordia
deprecatur magnam miseriam confite
tur. Querat paruam misericordiam
qui nesciendo quid peccauit. Sed miserere
inquit mei deus secundum magnam mi
sericordiam. Cui uolneri? Secundum magnam
medicinam tuam. Graue est quod ha
beo sed ad omnipotentem confugio. De
meo tam letali uolnere desperarem
nisi te medicum reperirem. Miserere
ergo mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
De magna autem misericordia tua sunt
multe miseraciones tue. Attendis
contemptores ut corrigas, attendis
nescientes ut doceas, attendis
confitentes ut ignoscas. Item in
quadam oracione idem Augustinus dicit
sic: Non petri non pauli numerum quero
quia dualem ignoranciam alter horum
peccauit, facile utroque ueniam me
ruit. Illud michi piissime domine
misericordie tue genus indulge
quod latroni pendenti in cruce mi
sericorditer obtulisti, eiusque deglutiens
mortis faucibus misericorditer edu
xisti. Illud nunc tue genus quero
quod deprehense in adulterio prebuisti,
quod peccatrici mulieri in domo sy
monis contulisti, que dum pedes
tuos crinibus tersit animam suam
sordibus peccatorum purgauit. Hoc
modo ihesu me a te saluator meus
attende me, purifica me, impleatur
amore tuo pectus meum, et benedi
cat tibi anima mea et defendet
super me misericordia tua. Vidisti hoc enim pre
omnipotens misisti te in terris ut
saluos facias peccatores. Sed quia sic
deducit Augustinus super eodem psalmo cum
qui implorat iusticiam misericordiam sed attende

eius iusticia / qua peccata odit / qua
vindicat in peccata / Ideo oportet quod
peccator qui implorat misericordiam offerat de
peccato vindictam / Oportet ergo ut quis ipse
vindicet / ut quod deus / sed melius quam ipse
met Et ideo bene dicitur Ipse me reprehendo
Unde Gregorius ibidem dicit Quando quis
iniquitatem et peccatum remanebit impunitum /
Audeat cum dauid lapsi / audeat
cum dauid ut iniquitatem inceantur sic
dauid Et dicat Non domine non erit
impunitum peccatum meum / Noui enim
iusticiam eius quia iniquitatem / non erit
impunitum / sed ideo volo ut tu me pu-
nias / Quia ergo peccatum meum pu-
nio / ideo peto ut tu ignoscas / quia
ego agnosco et delictum meum coram
me est semper / Non posui post dorsum
meum quod feci / non intueor alios
obliti mei / non affecto stipulam
educere de oculo fratris mei cum sit trabes
in oculo meo / sed peccatum meum coram me
est non post me / Ideo Ipse me reprehendo
Ista dicebat etiam Anshelmus in quadam
oracione ad sanctum nicolaum que est ergo
peccata mea coram deo non defendo sed os-
tendo / non excuso sed accuso / ego sum
reus / ego ipse sum sibillo et pillo
accusator meus / non accuset me
qui fecit me / solus suffeci ad peccandum
solus sufficiam ad accusandum / denique
si iudex est ad iudicandum reum suum / et
et deus adducendum seruum suum / est crea-
tor ad creandum opus suum / est deus ad
saluandum credentem et baptizatum suum /
Aut quo iudicabit peccatorem ut con-
tempnentem qui se de peccatis miserum cogno-
scat et fatetur penitendo / Aut quomodo
dampnabit ut aduersarium peccatorem / qui
se peccasse dolet / qui se reprehendit et
ad eam misericordiam confugit / Ipse
ergo me reprehendo ego sum qui peccaui
ego inique egi .2. Regum ultimo Ideo dice-
bat Iob .31. Si abscondi quasi
homo peccatum meum et celaui in sinu meo iniquitatem
meam Quod exponens Gregorius .22. moralium
dicit sic / Sepe contigit ut elatus uir-
tutibus cum quis dum multa bona in esti-
macione proximorum de se sparsa co-
nouit / agnosci non velit si quid e(ss)e
quod reprehensibile faciat / quos videt
erroris tenebras / Ideo metuens tolleat
ne cordis oculum tumor grauat / Quia beatus
Iob inter tot eximia facta uirtutum qui
tam summus extitit in operatione ut
demonstret quam humilis fuit in mente dicit /
Si abscondi quasi homo peccatum meum / et
celaui in sinu meo iniquitatem meam
Hec sunt namque vere humilitatis testimonia /
et iniquitatem suam quemque cognoscere et co-
gnitam voce confessionis aperire / Unde
contra usitatum humani generis vitium est
et labendo peccatum committere / et commissum
negando abscondere / et conuictum defe-
ndendo multiplicare / Et subdit peccatorem
exordium de illuminacionis / humilitas confes-
sionis / et sibimetipsi tamen peccati renuit
quia malum non erubescit confiteri quod fecit
/ et quia defendendo accusari potuit / ac-
cusando celerrime se defendit / Unde
et Lazarus nequaquam dicitur venisse / sed veni foras
mortuo enim veni foras dicitur ut ab eius
excusacione atque occultacione peccati ad
accusatorem sui in ore proprio exire prouocetur
Ipse ergo me reprehendo Et videte quod si
sit se reprehendit sit sine reprehensione
ut sibi dicatur illud Iudith .8. Non est
in sermonibus tuis ulla reprehensio Ergo
carissimi dicat quilibet hodie cum Iob
Ipse me reprehendo ut de nobis verificetur
illud Ad phil. 2. Ut sitis sine querela et
simplices filii dei sine reprehensione / Sic
enim ad licitum nos reprehendimus erimus
simplices filii dei sine reprehensione / Si autem
nos non reprehendimus a domino reprehe-
demur et reprehensibiles erimus Quia
sic dicit Apostolus .1. ad Cor. xi. Si nos
metipsos iudicaremus non utique iu-
dicaremur Et ideo insignia dicitur Luc. 20
non potuerunt reprehendere verbum eius

No

No

a

eius salut penitentis et seipsum rep
hendentis Ergo iuxta consilium apli
ad Col. 1. Vos qui alienati et inimici
fuistis in opibus malis nunc
exhibete vos sanctos et immaculatos
et irreprehensibiles coram deo Et ad Tim
2. dr In omnibus teipsum prebe exemplum
bonorum operum in doctrina in integritate
in gravitate in castitate verbum sanum
irreprehensibile ut is qui ex adverso est
vereatur nichil habens malum dicere de vo
te / Et videtur nichil quod bene ipse Job
quod dixerat Job. 27. non reprehendit me
cor meum in omni vita mea Cum ho
die ipse dicat Ipse me reprehendo / Unde
se de peccatis venialibus reprehensibile
quem de mortalibus cor suum non re
prehendebat / Numquid ergo debet dicere quod
nulla peccata mortalia commisit / Cum
melius posset dicere Ipse me reprehendo
Et ideo dr 1. Joh. 3. Si reprehendit nos
cor nostrum / maior est deus corde meo et
novit omnia / Ipse ergo me reprehendo
/ Et videtur quod mirabile est ista bona reprehen
sio Videtur enim nichil quod homo non bene
reprehendit propter tria (ac nubilo exte
primo quod est ignorantie) tectus (stimulo
2o quod est malicie et invidie (agitatus
3o quod est presidentie dominio non separatus
/ Et videtur michi quod in reprehensione iudicio
tria debemus attendere (Aliter debet
zelum quod inducat (reprehendere unumquemque
Judicium quod producat (aliud / Ideo cum ho
obiectum quod deducat) met reprehendit se
ipsum videmus ibi manifeste concurrere
ista tria (sinceritatis et dilectionis
primo zelum) intense quia ipse qui seipsum
diligit super omnia post deum ut nulla sit extu
acio de malicia seu invidia agitante
ipsius Tu autem idem ipse es (qui reprehe
ndo iudicium veritatis immense (do ut
nulla sit dubitatio de ignorantia excecante

b

Ergo enim melius novi peccata mea
quam quis alius / quia nemo novit que sunt
hominis nisi spiritus hominis qui in ipso
est. 1. ad Cor. 2. (tertiatis et sinceropo
3o tacio obiectum) impossibile ut nulla
sit exceptio de presidencia dominante
quia reprehendo me in quo est quedam p
sidencia rationis ad omnia talia
Et ideo dicat me ipse Domine ne in furore
tuo arguas me neque in ira tua corripias me
ipse Istud ergo bonum iudicium est
ubi est velle regulatum caritate
ubi est scire informatum veritate
ubi est posse vallatum auctoritate
Non prosequor Dico 2o quod peccator
penitens debet offerre actum confessionem pe
nitudinis et laboris Debet enim ho
die assumere exercitium restauratum
sanitatis perdite quod est operis satisfactio
reducens ad bone operationis premium
vel recidivationis gremium quod est
exercitium magne utilitatis et excel
lencie quia sequitur Ergo penitencia
Sicut enim dicit Gregorius super isto libro
mor. 37. c. 3. Nulla est recognicio
reprehensionis si non sequatur etiam
lamenta penitudinis / Quante autem
utilitatis et excellencie sit penitencia pul
cre dicit Augustinus in libello suo de vera
et falsa penitencia ad quandam matro
nam in principio dicens sic / Quantum sit appe
tenda gratia penitentie omnis auctoritas cla
mat omnis vita bonorum tonat unde
languores sanat / morbos et leprosos
curat / mortuos suscitat / sanitatem
auget / gratiam conservat / claudis gres
sum / aridis copiam / cecis restituit visu
m / vitia fugat / virtutes exornat / me
ntem munit et roborat / omnia sanat
omnia reintegrat / omnia letificat / prestat
successus / confringit impetus
moderatur excessus / ignorans
se per hanc se recognoscit / querens se
per hanc se invenit / hec est que homines

ad angelos ducit et creaturam reddit
creatori Ista oue perdita monstra-
uit querenti / ista decima dragma
obtulit anxianti / Hec dissipatorem
filium ad patrem reduxit / Hec vulnera-
tum a latronibus custodi curandum re-
seruauit / in hac omne bonum inicia-
tur / per hanc omne bonum conseruatur
fugat tenebras / inducit lucem / ex-
coquit omnia quia ipsa enim ignis consumens
est Ideo suadebat Iohannes ille episcopo
ephesino Apoc. 2. Memor esto unde
excideris et age penitenciam et prima opera
fac / sin autem dico tibi venio et
mouebo candelabrum tuum de loco
suo nisi penitenciam egeris Quomodo autem
agenda sit penitencia docet Ieronimus in epistola
ad Suzannam lapsam dicens Sit penite-
ncia non verbo agenda est sed facto Hec
autem sic agitur si tibi proponas ante oculos
quantam gloriam perdideris et de quanta
gloria rueris / et de quo libro vite
nomen tuum deletum est / et si te iam
positam credas propter ipsas tenebras ex-
teriores / ubi fletus oculorum et stri-
dor dencium sine fine / ad hoc certa fide
sit cum animo conceptis / quia nunc est pu-
rificatrice anima carcereis penis et
gehenne ignibus tradi / nec aliud
remedium constitutum esse cognoscas / post
tunicam baptismi / quam penitencie solacium
quantumvis afflictionum quantumvis labo-
rem et mendicare subire / eras contenta
dummodo ab eternalibus penis liberis /
Ergo tu totum hoc cogitans et mente
retractans ipsa iudex esto crudelior
In primis omnis cura vite huius mitten-
da est tibi / et quasi mortuam tibi existi-
mans sicut et es quomodo possis remisse
cogita / Deinde lugubris tibi acci-
pienda est vestis / et membra et membrorum
singula digna castigacione punienda
defluant oculi lacrimis / pallescant fa-
cies ieiuniis / totum denique corpus

macula vel media et ieiuniis maceret-
tur cinere sparso et corpore alias prosterne-
stat / Cor uero sit liquescens tamquam cera
ieiuniis nigrescens seipsum et cogi-
tacionibus ventilans querere sit ab inimi-
co subuersum / Sensus etiam arceatur
quia in membra corporis diu habet dominatum
malo cessit impio / Talis vita talis
accio penitencie si perseuerans fuerit aude-
bis sperare Dicit enim dominus Conuertimini ad
me et ego conuertar ad vos Et alibi
conuertimini ad me in toto corde vestro in
ieiunio fletu et planctu / et scindite
corda vestra et non vestimenta vestra / Et conuerti-
mini quia benignus et misericors est
paciens et multe misericordie / et prestabilis super
malicia / Sic confessus magnus ille
dauid iustificatus est / Sic Niniue pec-
catum illa ciuitas imminentem sibi euasit
interitum / Peccator ergo si sibi non pepercerit
adeo illi parcetur / et si futuras pe-
nas gehenne perpetuas in hoc paruo
vite spacio compensauit / seipsum ab eterno
iudicio liberabit grandi plage / alta
et prolixa opus est medicina / grande
scelus grandem habet necessariam satisfaccionem /
Ergo que iam ingressa es agonem penitencie
usque ad extremum vite insiste / insiste
misera fortiter / here tamquam naufragus
tabule sperans te propriam posse de profun-
do criminum liberari Ergo et tu similiter
penitenciam age Apoc. 2. Et videte quod dicit
ago penitenciam non dicit predico / sic ego
hodie quod forsitan non ago nec die ipsa
non sicut illi de quibus Mt. 23. qui imponunt
onera grauia et importabilia digito
autem suo nolunt mouere ea Sed ago
baiulo et tollo crucem penitencie Unde Ezech. 18.
Conuertimini et agite penitenciam Et conside-
rabam quod dicit sciente ago Alpha
enim et O principium significat et finem
Apoc. 1. Ego sum alpha et O principium
et finis . G autem est recte septima littera ergo
non computo h. quia non est littera sed aspiracionis
nota Est ergo penitencia agenda in principio

Nota

quod p. a. In medio quod p. g. / et
in fine quod p. o. significatur. Et
videte quod sicut recte iste littere va-
dunt per septenarium / et per septenarium
recte universitas designatur. Et 2o
Gregorii recte septimus numerus ad pe-
nitentiam refertur. Ideo xpo pe peni-
tes dicit ago Apoc. xi. Emulare et
penitentiam age. Et videtur michi quod penitentia
est agenda propter quatuor rationes quas non persequitur
Primo propter compendium quod habetur in labore | Sim-
Secundo propter stipendium quod habetur in valore | de omnibus
Tertio propter incendium quod habetur in amore | istis sil
Quarto propter premium quod habetur in honore | Cris. lo.
in quodam sermone quem fecit de penitentia
ad Theodorum monachum dicens sic / O
penitentia que peccata deo mis ante re-
mittis et paradisum reseras / que contritum
sanas hominem / et tristem exhilarans
vitam / de ingratu revocas / statum restau-
ras / honorem renovas / fiduciam refor-
mas / gratiamque habundantiorem refundis
O penitentia quid de te novi referam / omnia
ligata tu solvis / omnia soluta tu
servas / omnia adversa tu mitigas /
omnia contrita tu sanas / omnia confusa
tu lucidas / omnia desperata tu animas
O penitentia rutilancior auro splendidior
sole / quam non vincit peccatum / nec de-
fectio superat / nec desperatio delet. Penitentia
respuit avariciam / horret luxuriam
fugit furorem / firmat amorem / calcat
superbiam / linguam continet / componit
mores / odit maliciam / excludit invi-
diam / perfecta penitentia cogit peccatorem omnia
libenter sufferre / si violentus querat
que habet non negat / Si vestem diri-
mat non retractat / percutienti maxillam
prebet alteram. Ideo angariatus ultro
adiicit / castigatus gratias agit / provocatus
tacet / exasperatus blanditur / superiori
supplex est / inferiori subiacet / in
corde eius contritio est / in ore confessio / in
opere tota humilitas. Hec est perfecta et fructi-

fera penitudo. Dic penitenti presto
est deus. Esurienti nutritor. Sitienti
potator. Sapienti quod stultum putat
sapit / quod triste est placet / quod
molle est displicet / quod fluxum est
horret. O penitentia misericordie mater et
magistra virtutum. Magna ubera tua
quibus resolutos sacias delinquentes
lapsos relevas / recreas desperantes
Propter te nobis xpus regnum celorum ap-
propiatum fuit dicens. Penitentiam agite
appropinquabit enim regnum celorum. Ita
et Johannes baptista clamat. Facite fructus
dignos penitentie quia ecce adest regnum dei
Propter te subito latronem rapuit xpus
ad regnum. Propter te David post flagitium
felix iterum recepit spiritum sanctum. Propter te
Manasses post tanta facinora ecce
meruit fieri receptibilis. Propter te pe-
trus apostolus post quod ter negavit data
est ei indulgentie dextera. Propter te filius
prodigus regressus ad patrem non solum
amplexum osculum paternum / sed etiam
epulum vituli saginati vestemque in-
signem meruit adipisci. Propter te mulier
fornicaria uberes stillavit lac-
rimas / fonteque sui baptismi protinus
lavit pedes xpi crinesque detersit
Propter te Ninive civitas magna populus
que integer barbarorum subito deum sa-
puit / virtutem suam sensit / odorem tuum
accepit / saporem tuum strinxit / dulce-
dinem tuam gustavit / aliam tuum ~~strinxit~~
contraxit / cinerem tuum comedit / ieiu-
nium tuum protraxit / lacrimas tuas
effudit / gemitum tuum suspiriumque
persensit / fructusque ubertatis tue ha-
bundanter exhibuit. Et sic opera tua
non solum de te mortis discrimen eva-
sit sed etiam vite incognite donum accepit
Hec Cris. Et videtur michi quod quis bene
istas virtutes penitentie attenderet. Sicut
Salvator dixit de Tyro et Sydone
Mt. xi. quod si virtutes vidissent quod in cili-
cio et cinere penitentiam egissent. Ita quod
hodie penitentiam agerent in favilla et cinere

Et hoc est studium. Dico 3° quod peccator penitens debet hodie consilium compassivum sue infirmitatis et langworis debet enim accipere consilium conservativum salutis et prosperitatis habite, quod est medicus humilitas excludens elationis flagellum quod in favilla et cinere. Et istud est consilium multe salubritatis et experiencie. Unde Gregorius 32 moralium c. 7 super isto verbo dicit sic. In favilla et cinere penitenciam agere est contemplata summa essencia nichil aliud quam favillam cinerem que cognoscere. Et subdit. Ago penitenciam in favilla et cinere. Ac si aperte dicat de nullo auctoris mei dono superbio, qui superius expulsus per illatam mortis sentenciam ad pulverem me redire cognosco. Unde ibidem Gregorius paulo supra dixit. Quanto quisque minus se videt tanto minus sibi displicet, et quanto maioris gratie lumen percipit tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscat. Cum autem se bene cognoscat, intelligit se non esse nisi pulverem et cinerem, putredinem et vermem, lutum et fetorem. Sic recognoscebat ille Abraham dicens Gen. 18. Loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Et ideo hodie ecclesia reducendo ad memoriam statum hominis imponit cinerem capiti dicens illud Gen. 3. Pulvis es et in pulverem reverteris. Ideo dicebat Sapiens Eccl. 10. Quid superbis terra et cinis. Unde ad litteram non est potius aliquid contra naturam hominis sicut superbia, nec aliqua virtus ita connaturalis homini sicut humilitas. Humilitas enim tua in medio tui, Michee 6. Ideo Gregorius 18 moralium dicit c. 30. Tanto quisque fit deo vilior quanto sibi preciosior et tanto deo preciosior quanto sibi vilior. Ideo dicebat ille David illi Michol superbe 2 Reg. 6. Ludam et vilior fiam ante dominum plus quam factus sum et ero humilis in oculis meis et cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo. Et videtur michi quod qui bene considerat quod fuit, quod erit humiliandi se materiam habet etc.

In contemptu vilis	In contemptu hominis feditas
In ortu tristis	In ortu calamitas
In casu facilis	In casu facilitas
In bono actu fragilis	In bono actu fragilitas
In conflictu debilis	In conflictu debilitas
In statu labilis	In statu mutabilitas
In progressu miseria	In progressu anxietas
In regressu terribilis	In egressu dubietas

Ergo merito quilibet debet hodie dicere. Ago penitenciam in favilla et cinere. Favilla ad litteram est quasi scintilla ignis. Sed in hoc differt quod scintilla dicitur proprie que est accensa, sed favilla que est extincta. Unde ergo bene ondat se esse nichil non solum esse scintillam sed etiam favillam que minus est quam scintilla sicut extinctum minus est quam accensum. Sed non dicat solum se esse favillam sed etiam cinerem. Unde Job 30. Comparatus sum luto et assimilatus sum faville et cineri. Sic cognoscebat Augustinus qui dicebat in libro soliloquiorum anime ad deum c° 3 dicens sic. Parce michi domine. Ego enim cadaver putridum, esca vermium, vas fetidum, cibus ignium. O bone Ihesu quid ego sum qui loquor tecum. Heu michi domine parce michi. Infelix ego homo. Homo miser natus de muliere brevi vivens tempore repletus multis miseriis. Homo miser vanitati similis factus comparatus iumentis insipientibus et iam illis similis factus. Quid iterum ego abyssus tenebrosa terra misera, filius ire vas aptum in contumeliam, genitus per immundiciam, vivens in miseria moraturus in angustia. Heu miser quid sum ego, heu quid facturus sum et quid sum. Vas sterquilinii, concha putredinis, plenus fetore et horrore, cecus, pauper, nudus, pluribus necessitatibus subditus, ignorans introitum et exitum meum, miser

et mortalis · cuius dies sicut umbra
pertereunt / cuius vita sicut lunatica
umbra evanescit / sicut flos in ar-
bore crescit et statim marcescit / nunc
floret et statim aret / vita inquam mea
vita fragilis vita caduca / vita que
quanto magis crescit tanto magis decre-
scit / quanto magis procedit tanto magis
ad mortem accedit O vita fallax et
umbratica plena laqueis multis / nunc
gaudeo statim tristor / nunc vigeo iam
infirmor / nunc vivo iam morior / nunc
felix statim appareo miser / nunc ri-
deo iam fleo Cuncta enim mutabilitati sub-
iacent ut nichil una hora in uno statu
permaneat hinc timor / hinc tremor / in-
de fames inde sitis / hinc calor / hinc fri-
gor / hinc languor inde dolor exube-
rat Subsequitur hiis importuna mors
que mille modis cotidie miseros ho-
mines rapit / hunc namque febribus illum
doloribus opprimit / hunc consumit fames
illum sitis extinguit / alium undis suffocat
aquis / hunc interimit laqueo illum perimit
flammis alium dentium bestiarum ferocium
vorat / hunc cruciat ferro illum veneno
corrumpit alterum repentino terrore miseram
vitam finire compellit Et super hec omnia ma-
gna miseria cum nichil sit certius morte
ignorat tamen finem suum / et diu stare putat
tollitur et perit spes eius Restat autem
homo quando ubi vel qualiter moriatur / et tamen
certus est quod cum mori oportet Ecce domine deus me-
us quam magna hominis miseria in qua sum
Neque timeo quam grandis calamitas qua
patior non doleo et ad te non clamo · cla-
mabo donec audias tu scias Si forte non
transeam si iuste maneam Dicam ego dicam
miseriam meam confitebor ut erubescam an-
te vilitatem meam Adiuva me fortitudo
per quam sublevor / succurre michi virtus
per quam sustentor Veni lux per quam video
apparere gloria per quam gaudeo Apparere igitur et
una hic presentia et in futuro per gloriam tamen nobis

Sermo in die passionis Clementis pape

Respice in faciem
Christi tui Ps. Videtur
michi quod inter cetera membra
corporis facies habet quatuor condiciones ex-
cellentes [est maioris venustatis
Primo facies] et pulcritudinis / Quia fa-
cies eius arguit pulcritudo persone
magis quam ex aliquo alio membro
Unde Judith 10 dicitur Considerabat
faciem eius et erat in oculis eorum
stupor quoniam pulcritudinem eius mi-
rabatur nimis [maioris conformitatis
Secundo facies est] et similitudinis expressiva
Unde due persone que sunt similes in facie
similes magis dicuntur similes et conformes
quam si sit similitudo in quocumque membro
altero Et propter hoc filius qui est yma-
go et similitudo patris dicitur facies ipsius
patris Unde in ps dicitur Faciem tuam domine
requiram Unde ad literam dicitur Thob. 11.
de Thobia iuniore / quod filius est iste
iuvenis consobrino meo loquebantur
ad literam de Tho. patre suo [claritatis
Tercio dico quod facies est maioris] et cer-
titudinis ostensiva Ad literam enim dicit
ille versificator In facie legitur omnis
secreta voluntas Unde ex motibus pas-
sionibus animi nunc rubet / nunc pal-
let / nunc erigitur nunc deprimitur /
Unde ex hoc facies dicitur vultus a volo
vis quia per eam voluntas hominis exprimi-
tur Ideo dicitur Eccl. 13 Cor hominis
mutat faciem eius sive in bonum sive
in malum Et Eccl. 19 Ab occursu fa-
ciei cognoscitur sensatus / Unde pro-
verbiorum In facie prudentis lucet sapientia
Et 2 Mach. 3 Qui videbat summi
sacerdotis vultum mente vulnerabatur
facies enim et color immutatus est
quod declarabat interius animi dolorem
Et subditur ibidem / quod erat quedam me-
stitia circumfusa viro Unde respicien-
tibus manifestus dolor cordis osten-
Quarto quod facies est ma[ior] [debatur

ionis bonitatis et plenitudinis to-
tentiua In facie enim viget omnis sensus
hominis visus auditus tactus gustus
odoratus Dicit phus de anima li. 2 Et dedu-
cit Aug. 4o sup Gen. ad litteram c. 8
Et io Gen. 2 quod deus hominem quem
formaverat inspiravit, non in aliquam
aliud membrum sed in faciem eius spira-
culum vite Quia enim sunt omnes sensus
collocati et nullus extra nisi solus
tactus qui per totum corpus diffunditur
Unde etiam in ipsa facie viget ipse
sensus tactus Patet ergo conclude-
do quod ex facie | Modo videtur

Pulcritudo eminenter arguitur | mihi
Similitudo luculenter exprimitur | quod beatissi-
Certitudo convenienter elicitur | ma virgo
Plenitudo evidenter conspicitur | maria

existens quatuor conditionibus convenien-
tissime dicitur facies christi Propter eum quod
dicat Cant. 2 Dilectus meus et
ego illi Et Cant. 4o Ego dilecto meo
et ad me conversio eius christo Christo
nunc omnes creaturas quadruplicat comparatur

Vel pulcrior pulcerrimo | facies quia
Vel divinior divinissimo | per eam
Vel sanctior sanctissimo | arguitur
Vel gratior gratissimo | eminen-
Vel plenior plenissimo | tia christi
Vel ex primo sit christi | pulcritudo
Vel ex 2o sit christi facies, quia per eam ex-
primitur luculenter christi similitudo
Vel ex 3o sit christi facies, quia per eam elicitur
convenienter christi certitudo vel gratitudo
Vel ex 4o sit etiam christi facies, quia per eam
conspicitur plenius christi plenitudo. Me-
rito ergo predicatio de christo dicatur Re-
spice in faciem christi tui i. in beatam virgi-
nem Unde sicut dicebat Bernardus in sermone
de penthecoste sermone 2 Merito in te respi-
ciunt oculi totius creature quia in te
et de te benigna manus conditoris
quicquid creavit recreavit. Ex te enim
dependet consolatio miserorum, redemptio

captivorum, liberatio condempnatorum, salus
denique universorum Ideo dicitur in psalmo Querite
faciem eius semper Et certe si omni tempore de-
bemus respicere in istam faciem, tamen specia-
lissime dicendo sibi illud Cant. 2
Surge propera amica mea et veni in
foraminibus petre et in cavernis macerie
Ostende mihi faciem tuam sonet vox tua
in auribus meis Vox enim tua dulcis
et facies tua decora. Hodie enim re-
colimus foramina petre i. vulnera christi et
ideo hodie specialiter debemus eam invocare
in istis foraminibus ut dicamus cum Bern.
sermone 61 super cant. Quia merita mea
mihi non sufficiunt, sed quod mihi deest
audacter usurpo ex visceribus christi quia
misericordia affluunt, nec desunt foramina per que
defluat Per enim archanum cordis per fo-
ramina corporis Patet viscera misericordie dei
nostri in quibus visitavit nos oriens
ex alto Clavus penetrans factus est
mihi Clavis reserans ut videam volu-
tatem domini, et sentiam quam magna multitudo
dulcedinis sue quam abscondit timentibus
se In istis foraminibus istius petre stetit
Moyses Exo. 33 cum transiret gloria domini
Et merito hodie dicimus christo et beate virgi-
ni illud Hester 17 Vidi te domine
sicut angelum dei et conturbatum est cor meum pre
timore Valde enim mirabilis es domine
mirabilis in dulcedine, mirabilis in man-
suetudine, mirabilis in fortitudine
mirabilis in bonitate, mirabilis in
caritate, mirabilis in suavitate Et fa-
cies tua plena est gratiarum i. virgo bene-
dictissima plena est gratiarum Licet enim ho-
die virgo maria fuerit | Et tamen si ex

Meroris flumine inundata | hoc faciem
Languoris tedio expugnata | aliquantulum
Laboris exercitio fatigata | pallor opti-
Doloris gladio vulnerata | nuit sicut
Proximo martirizata | dicitur Hest. 17
Amoris incendio concremata | decor tamen

fuit semper et influere gratia non omisit
Gratia enim super gratiam mulier sancta et pu-
dorata Et sequitur Opes enim faciei

a

Resumptio thematis

sine superioritate stabile Ecc. 26. Ideo
dicebat ipsa Cant. p° Nolite me
considerare quod fusca sum quia decolora-
uit me sol Ipse enim quamquam prius cando-
rem sua satisfactione et filii corruptione
colorauit et in morte aliquantulum de
colorauit tamen postea et in resurrectione
et in assumptione perfecte recolorauit
Cum ad fiduciam possimus adire thronum
gratie eius attende per gratiam impetra-
da dicentes Aue maria Respice
in faciem xpi tui vbi supra Contempla-
tionem istud thema introducere dupliciter ad
primo ut sint verba populi xpiani deum
patrem uel ad beatissimam trinitatem
ut hodie pro tot miseriis pro tot aduersi-
tatibus pro tot pestilentiis malis et
aduersis que hodie per totum mundum
peccatis nostris exigentibus occurrerunt non
habentes aliud remedium nec aliud
refugium aliud aduocatum aut medi-
atorem nisi xpm et eius passionem
beatissimam pro omnibus istis sedandis dica-
mus deo patri aut beatissime trinitati Pro-
tector noster aspice deus et respice
in faciem xpi tui ps. 83. Respice in-
quam in faciem xpi tui Cum enim ignoremus
quid agere debeamus hoc solum habemus
residui ut oculos nostros dirigamus
ad te 2 paral. 20. et p° Jo. 3. Aduocatum
habemus apud patrem ihesum xpm iustum
et ipse est propiciatio pro peccatis nostris Secundo
modo ut sit verba dei patris et trinitatis
cuilibet fideli xpiano ut sibi dicat ho-
die de patre verba thematis premissa
Respice in faciem xpi tui Et secundum istum
intellectum istud prosequar hodie thema
istud Et forte alias secundum primum intellectum
Prosequendo ergo nunc intellectum secundum intro-
ductum sic videtur michi quod quatuor pre-
cipue faciunt aliquem respicere in faciem alterius
primo nouitas et admiratio demirata
Sap. 8. Admirabilis ero et facies prin-

b

cipum mirabuntur me tacente me sustine-
bunt et loquente me respicient
Secundo formositas et eius opinio di-
uulgata Gen. 39. dicitur quod Joseph
erat pulcer facie et decorus as-
pectu et iniecit domina oculos
in eum Et idem dicitur de Judith Judith 10.
vbi dicitur quod cum respexissent eam stu-
pentes mirati sunt pulcritudinem eius
Tercio aduersitas et afflictio tollerata
Ideo dicitur in ps. Respice in me et
miserere mei quia vnicus et pauper
sum ego tribulationes cordis mei
multe sunt etc. Unde respiciebant tres
amici Job ipsum sedentem in sterquili-
nio et testa saniem radentem Quarto
caritas et dilectio inflammata Ideo
dicitur Cant. 2. ad literam de dilecto
En iste stat post parietem respiciens per fe-
nestras prospiciens per cancellos En di-
lectus meus loquitur michi Nec
mirum quia vbi amor ibi oculus
Et hoc satis patet ad sensum et ratio
satis est euidens quia stupor decor
dolor et amor mouet oculum ad
inspiciendum Modo videtur michi quod
in passione xpi fuerunt ista quatuor
primo quidem mirum prodigium ostensiue stuporis
secundo clarum preconium manifeste decoris
tercio durum supplicium acerbi doloris
quarto magnum medium intense amoris
Dico primo quod fuit mirum prodigium ostensiue
stuporis De hoc loquitur propheta in ps.
Venite et videte opera domini que posuit
prodigia super terram Unde Aug. li° de
quatuor virtutibus caritatis c° vltimo circa
finem dicit sic Filius dei adoratur
cruciatur expalmatur qui vere est palma
victorie spinis coronatur qui spinas
peccatorum venit confringere ligatur
qui soluit compeditos ligno suspenditur
qui erigit elisos aceto potatur
fons vite disciplina creditur salus
vulneratur vita moritur occidit
ad quos vita mors ut in pretium

a vita occidetur mors. Et Aug^us^ in illa oracione deuota ad preces de passione filii dicit sic. Quid commisisti dulcissime puer ut sic iudicareris, quid commisisti amantissime iuuenis ut adeo tracteris. Ego scelus tuum, que noxa tua, que causa mortis, que occasio tue dampnacionis. Ego rex ego sum tui plaga doloris, tue culpa occisionis. Ego tue mortis meritum, tue vindicte flagicium, ego tue passionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis census condicio et ineffabilis misterii disposicio. Peccat iniquus et punitur iustus. Delinquit reus vapulatur innocens. Offendit impius dampnatur pius. Quod meretur malus patitur bonus. Quod perpetrat seruus exsoluit dominus. Quod committit homo sustinet deus. Quo nate dei quo tua descendit humilitas. Quo tua flagrauit caritas. Quo tua processit pietas. Quo tua excreuit benignitas. Quo tuus attigit amor. Quo peruenit compassio. Ego enim inique egi, tu pena mulctaris. Ego facinus admisi, tu vltione plecteris. Ego crimen edidi, tu torture subiceris. Ego superbiui tu humiliaris. Ego tumui tu attenuaris. Ego inobediens extiti tu obediens scelus inobediencie luis. Ego gule parui tu inedia afficeris. Me ad illicita rapuit concupiscencia arboris, te perfecta caritas ducit ad crucem. Ego presumpsi vetitum, tu subisti aculeum. Ego delector cibo tu laboras patibulo. Ego fruor deliciis tu laniaris clauis. Ego pocium pomi dulcedinem, tu gustas fellis amaritudinem. Michi ridens congaudet eua, tibi plorans compatitur maria. Ecce rex glorie ecce mea impietas. En mea iniusticia et tua liquet iusticia. Quid rex meus et deus meus quid retribuam tibi pro omnibus que retribuisti michi. Et Aug^us^ in quodam sermone de natiuitate domini dicit sic. Homo factus est hominis factor, ut sugeret vbera regens sidera, ut esuriret panis, fons sitiret, dormiret lux, ab itinere via fatigaretur, falsis testibus veritas accusaretur, iudex viuorum et mortuorum a mortali iudice iudicaretur, ab iniustis iusticia dampnaretur, flagellis disciplina cederetur, spinis botrus coronaretur, in ligno fundamentum suspenderetur, virtus infirmaretur, salus vulneraretur, vita moreretur. Vt bene possit dici illud ps. Que non rapui tunc exsoluebam. Respice ergo tantum miraculum prodigium ostensum stuporis. Ysa. xx. In die illa inclinabitur homo ad factorem suum et oculi eius ad sanctum israel respicient. Ista enim est facies de qua dicitur Judith x. Considerabant faciem eius et erat in oculis eorum stupor. Ergo hodie collirio inunge oculos tuos ut videas. Apok. 3.

Dico 2° quod fuit clarum preconium inmense decoris. Dicit enim de dicat Aug^us^ in quodam sermone de natiuitate domini que legimus in vigilia epiphanie. Vbique xpus dominus pulcer occurrit, pulcer in celis, pulcer in terris, pulcer in vtero, pulcer in manibus parentum, pulcer in miraculis et verbo, pulcer in vtero virginis, pulcer in manibus symeonis, pulcer in stabulo, pulcer in presepio, pulcer in miraculis, pulcer in flagellis, pulcer in sermonibus, pulcer in verberibus, pulcer morte cruciatus, pulcer morte suscitatus, pulcer in ligno, pulcer in celo et pulcer in sepulcro. Speciosus enim forma pre filiis hominum diffusa est gracia in labiis tuis ps. Ideo Ecc. 43. dicitur pulcritudinem candoris eius ammirabitur oculus. Ideo dicebat sponsa xpo Cantic. primo. Ecce pulcer es dilecte mi et decorus. Sed forte dicetur michi quomodo possumus dicere quod in morte xpi fuerit decore. Unde eo sic videtur ysaias ysa. 63. di. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus

a

de bosra, cuius indumentum rubrum, et
vestimentum sicut calcantium in torculari.
Torcular calcavit solus. Et
ad videbis. Iste formosus in stola
sua. Isa. 63. Item Cant. 1. dicit sponsa de
seipsa: Nigra sum sed formosa. Et
sicut declarat Bernardus sermone 27 super
cantica: Non solum sponsa nigra sed for-
mosa, ymo etiam sponsus niger sed
formosus. Niger plane cui non
erat species neque decor. Niger quia vermis
et non homo et obprobrium hominum et abiectio
plebis. Niger cum seipsum fecit potius ut
dampnaretur potius. Intuere Christum pannis
sordidum, plagis lividum, sputis illi-
tum, morte pallidum et nigrum, tunc
nigrum profecto fatebreris. Sed intuere eum qualem
in monte apostoli prospexerunt, aut quem
angeli conspicere concupiscunt et profecto
formosum invenieris. Ergo formosus
in se, niger propter me, tanto magis dulcis
cunctis[?] et attexit[?] me. Idem Bernardus
sermone 28 super Cant. circa finem dicit
sic: Candidum te certius decorus es domine
mi in ipsa tui depositione decoris.
Item ubi te exinanivisti, ubi naturalibus
radiis luminis indeficientis exuisti, ibi
pietas magis emicuit, ibi caritas
plus effulsit, ibi amplius gratia ra-
diavit. Et idem Bernardus sermone 26
deducens pulcre illud Cant. 1: Nigra
sum sicut pellis Salomonis, dicit: Christi ni-
gredo est in pelle exterius, id est in carne, non
interius in mente. Sicut etiam Iacob
qui pilos non habebat ex natura pel-
les edorum assumpsit, quia pili sui non erant
sed edi, quia Christus sic assumpsit simili-
tudinem carnis peccati, quia tamen peccatum
in se non habuit, et ideo nigredo non
in carne sed in pelle fit. Dicit post Ber-
za[?]. Nigrum ergo Christum sensus denunciat
sed fides candidum et formosum probat.
Niger est sed oculis insipientium, nam
fidelibus mentibus formosus est valde.

b

Niger ergo sed formosus. Niger
reputatus Herodis qui despexit
eum et remisit indutum veste alba.
Sed formosus in confessione latro-
nis et fide centurionis clamantis
Vere hic homo filius dei erat. Hec
Bernardus. Considerabat propheta in
psalmo istam speciem et pulcritudinem dicit
propheta in Christo: Specie tua et pulcritudine
tua intende prospere procede et regna propter
veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Ubi autem
magis veritas emicuit, mansuetudo
effulsit, iusticia apparuit quam in cruce?
Ergo in cruce ibi sua maior appa-
ruit pulcritudo, ut merito dixerim quod
tunc apparuit clarum speculum inve-
sti[?] decoris. 3 Reg. 1. Domine mi rex
in te respiciunt oculi totius Israel, ut
indico[?] quod domine mi rex, facies tua
est talis sicut describit eam Augustinus
Aug. 8 de Trinitate c. 8. Est enim bona
facies hominis quae est dimensa pariliter
affecta hilariter colorata luculenter.
Facies quoque Christi in cruce est atemperate[?]
Dimensa pariliter quia super persequentes ad eos diffudit
Affecta hilariter quia super murmurantes
atque inocentes gaudens ostenditur[?]
Colorata luculenter quia sicut dicebatur
statim in eius oratione eius decor
magis auditur. Ideo dicitur in psalmo: Colo-
rum dep. os de p.[?] 2 Pal. 9. Omnes
reges terre videre desiderabant faciem
Salomonis. Ideo dicebat psalmus: Re-
spice in faciem Christi tui. Sicut etiam
hoc in iudeo[?] nota dicta Augu-
stini in quodam sermone quem fecit
feria quarta in passione quod incipit
de domino et salvatore nostro etc. et
legitur in ecclesia, et videtur explicat[?]
Primo quidem quod aliquid est tale dupliciter:
primo quidem virtualiter et radicaliter,
sicut sol est calidus in virtute. Alio
formaliter sicut ignis est calidus formaliter.
Modo Christus in passione pulcrius
fuit radicaliter et virtualiter, sed non

fuit ei species neque decor formaliter. Quod pertractat Aug(ustinus) eodem sermone de Christo dicit quod de Christo prophetatum fuerat ante per Ysaiam Ysa(ie) 53. Ascendet sicut virgultum coram eo et sicut radix de terra sitienti. Quia ut radix de terra non erat ei species neque decor. Passus est, humiliatus est, consputus est. Unde non habebat speciem, homo apparebat cum deus esset. Quia quo radix non est pulcra sed intus habet vim pulcritudinis sue. Ut attendas in passione imaginem dei. Attendas arborem ex hac radice procedentem pulcram amenam foliis virentem, fructibus opulentam. Laudas, delectas aliquid de fructu carpere, sub umbra illius sedere et requiescere ab estu, laudas illam totam pulcritudinem. Si radix ostenditur tibi nulla pulcritudo in ea. Noli contempnere quod abiectum est, processit inde quod miraris. Ascendit enim ut radix de terra sitienti. Attende modo claritatem arboris. Crevit ecclesia, crediderunt gentes, victi sunt principes terre sub nomine Christi, et ut essent victores in orbe terrarum positum est collum eorum sub iugo Christi. Persequebantur Christianos propter ydola, persequuntur modo ydola propter ~~nomen~~ Christum. Omnes confugiunt ad auxilium ecclesie in omni pressura in omni tribulatione sua. Crevit illud granum sinapis et factum est maius super omnia olera. Venerunt volatilia celi superbi seculi ~~fere~~ et requiescunt sub ramis eius. Unde est tanta pulcritudo? Nescio. De qua radice surrexerit. Etenim ista pulcritudo in magna gloria est. Queramus radicem. Consputus est, humiliatus est, flagellatus est, vulneratus est, contemptus. Ecce ei species non est, sed in ecclesia gloria radicis pollet. Ergo illum describit sponsum contemptum, inhonoratum, abiectum.

Sed modo videte habetis arborem que surrexit ex ista radice et implevit orbem terrarum. Patet ergo quod in passione pulcritudinem radicaliter habuit. Hec fuit causa sponsa virgo sine macula sine ruga processit. Tota pulcra es amica mea et macula non est in te Cant. 4. Ad literam enim sicut de latere Ade dormientis formata est Eva, ita de latere Christi morientis in cruce formata est ecclesia, sicut deducit Aug(ustinus) omel(ia) 18 super Jo(hannem) et in omel(ia) 9, ubi pulcre deducit quare deus voluit quod Adam dormiret cum Evam formaret, cum etiam ipso vigilante posset sine dolore costam eius recepisse. Sed videtur quod ratio fuit, ut primus Adam esset forma futuri, ut sicut de primo dormiente non vigilante formata est Eva, ita de secundo non vivente sed in cruce mortuo et dormiente formaretur etiam ecclesia. Dicit enim Jo(hannes) 20 cum venissent ad Ihesum et viderunt eum mortuum non fregerunt eius crura sed unus militum etc. Secundo etiam ex dictis eiusdem Augustini in sermone quo supra. Est enim pulcritudo duplex. Una que patet exterius, alia que latet interius. Ideo in Christi passione non fuit species neque decor, que latebat intus. Unde ibidem idem Aug(ustinus) dicit. Aug(ustinus) dicit sic: Erat species illius intus quidem ubi non videbatur. In principio enim erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Ante est species illius cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Sed exterius visus est non habens speciem neque decorem, quinymmo vultus eius abiectus et deformis, positio eius ab omnibus hominibus, homo in plaga, in plaga homo, autem plaga deus, post plaga homo deus, homo in plaga et qui sciat infirmitates. Infirmitates quorumlibet ipse egris patiebatur. Medicus ferebat infirmitates freneticorum, et cum ipse crucifigeretur orabat et dicebat: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Tertio deinde ex dictis eiusdem Aug(ustini) videtur multum

exceptis sed qui

a

q xpus in cruce alit apparuit iude
is et malis / et alit iustis et malis
bonis Apparebat enim iudeis et ma
lis no pulcer s; fedus Unde dice
bat eum fugaret demonia q ipe
demonium haret / dicebat eum fabri fi
lium / dicebat eum seductore / dicebat
eum malefactore dicebat eum blas
phemum / in omnibus conuiciabatur
ei / S; iustis et bonis videbat non fe
dus s; pulcerrimus / no abiectus s; clarissimus
dicebat centurio Vere filius
dei erat iste dicebat bonus latro
memento mei dne dum ve. in re. t. Et
ideo dicebat id Aug9 in sermone
quo sup Attendite Auctor spos9
et quanto magis deformis nobis co
mendatur / tanto carior tanto dulcior
factus sponse ¶ Dico 3o q fuit dirum
suspirium acerbi doloris Un ipe cla
mabat id Tre. 1. O uos ob q transitis
p v. atte. et vi. si e dolor si. sic do. m.
Ube eum lag. n. ipe t. et lon. n. ipe
p vs lm. Xpus enim p nobis labo
re et dolore considerauit ut tradat nos
in manu dei / labore quidem in actione
dolore in passione Et videt mi q
ista passione fuisse acerbissima et ual
de dolorosa ondit ro. specialit que
no psequor licet esset ualde deuota
et pdutibilia / Stas durauit eius sua
q° tpis plixi / passio a die Jouis p
tendens usq ad diem veneris nit sexta
et nona / ymo statim ab infancia ince
pit Un dicebat in ps Sepe expugna
uerunt me a iuuentute mea Sup dor
sum meum fabri. p. ic / Xpe enim corp9
Scdo complexionis boitas / habuit optie
complexionis sicut qd formatum est no
vtute seminis s; vtute spus sancti de pu
rissimus sanguinibus virginis marie
Corpus aut factum imediate a deo no
bilius et pfectius e Deut° 32 dei enim

nō

b

pfecta sunt opa Un de eo vere potuit
dici illud Ezech. 18. Tu signaculum
similitudinis dei plenus sapia et
pfectus decore in delicijs padisi dei
fuisti / ois lapis preciosus opimentum
tuum / et posui te in monte sancto dei
Tercio Aplus dicebat de eo ad hebr
1. Cum esset filius dei didicit ex hijs
que passus est obedienciam / et consumatus
factus e omnibus obtemperantibus
sibi causa salutis ad hebr. 4. Christus
assistens pontifex futurorum bonorum
Nota hic illud luc. 9. Erant moyses
et helyas loquebantur cum eo et dice
bant excessum quem completurus erat in
ierlm / Qualitas quia mortuus
Quarto etatis / est in etate in qua ma
xime viget hominis fortitudo Et
io maior dolor in separacione aie a
carne Job 21. Iste moritur robu
stus et sanus diues et felix / viste
ra eius plena sunt adipe et medul
lis ossa illius irrigatur / ditus enim
Quarto proditoris propinquitas / fuit et
proditus no aquocumq s; a discipulo et
aplo comensali ps Si inimicus
meus maledixisset michi sustinu
issem vtiq Nota Auctore Greg in
omel Maiorem dolore mala ingerunt
cius sup illo vbo luc. 21 Trademini
aut a fratribus parentibus et cognatis
Quinto beneficiorum impensi imensitas Un
ipemet dicebat Multa bona opa
ondi vobis apre meo ppt qd horum
vultis me occidere Jo. 10. ppt hoc ho
die impperat sibi ecclia id arch. 6.
Pple meus quid feci tibi aut quid
molestus fui tibi responde michi
Et impperat Br. 12. p ordine s; in
12. bnficia maxima que ei impendat
Primo qdem donum libertatis Un dicebat
Exo. 3. Clamore ppli mei audiui
descendi ut liberem eum Ad Gal
4. Qua libertate enim xpus liberauit

Vn primo hodie dr Eduxi te de egipto
et de domo servitutis liberaui te pasca
tuce saluatori tuo ſtu et situ vber-
Sc̃do concessit eis lo tatis et fertilit'
et fecunditatis tram mag' fluentem lat
et mel Vn Exo. 3. dr descendi ut
educem eos de tra egipciorum et in
ducem in tram bona et spaciosa in
tram que fluit lacte et melle Vn 20
eis dr quia eduxi te p desertu 40
annis et mana cibaui te, et intro
duxi te in tram satis optima. tu
pasti cruce saluatori tuo ſsanctitatis
Tercio contulcat eis cultu ul celebrit'
Vnde dedit eis lege scripta digito
dei Sicut apparet Exo. 19. et. 20.
Nõ e alia nacio tam grandis q
habeat deos appropinquates sibi sicut
deut. 4. Vn eis dr 3o Ego te planta
ui vinea mea spaciosa et tu fa
cta es michi nimis amara Ace
to namque sitim mea potasti, et
lancea pforasti latus saluatori
tuo ſcontulcat eis iudiciu caritat'
Qrto Ipse enim no solu eos diligebat
sz et inimicos eorum odibat et affli
gebat sicut pdixerat eis Exo. 23.
Inimicus ero inimicis tuis et affli
gentes affligetes te Vn eis dicit Ego
ppt te flagellaui egiptu cu primo
genitis suis, et tu me flagellatu
tradidisti ſrat eis pdigiu mire
Quinto gtule) vtuositatis Vn Exo.
17. Cantemus dno gloriose n. ho. c.
equm et ascensore pieat in mare et
Vn dicit eis Ego eduxi te de egipto
dimerso pharaone in mari rubro et
tu me tradidisti principibus sacerdotu
Sexto om dedit eis factu dime maiest'
Ad literam in maris apacione que erat
eis p muro a dextris et a sinistris
Sicut dr Exo. 14. Vn dicit Ego ante
te apperui mare et tu apperuisti
lancea latus meu

Septimo eis contulcat ducatu claritatis
Ad literam enim precedebat eos in deserto in
columpna ignis p noctem Vn deut.
32. dr dns solus dux eius fuit etc. Et
Exo. 17. dux fuisti in tua pplo que
redemisti etc. Vnde in ps Expandit
nube in protecco eoru et ignem ut lu
c' p noctem Vnde dicit Ego ante te
priui in columpna nubis et tu me du
xisti ad pretoriu pilati ſstu suauit'
Octauo eis contulcat pa) mana dele
ctamentu omne in se habente et ois
saporis suauitate Sap. 16. Vn in ps
pluit illis mana ad manducandu. et
panem celi dedit eis panem angelorum
manducauit homo etc. Sic originalit'
habet' Exo. 16. Vn dicit Ego te paui
p desertu mana, et tu me cecidisti
flagellis et alapis ſpotu ueritatis
Nono contulcat eis) potu salubritatis
Dedit enim eis de petra aqua ita ut pplus
biberet et iumenta Nm. 20. Vnde de
petra egresse sut eis aque largis
sime Vnde dicit Ego te potaui aqua
salutis de petra et tu me potasti fel
le et aceto ſlerat bellu strenuit' de
Decimo totu) uicerut eni chananeu
sic apparet in libro Josue p totu et in
libro nm ps Sicut a facie eorum getes
et fox. dimisit e. t. et Dns enim docuit
manus eorum ad plium et digitos e. ad bel. etc.
Vn dicit Ego ppt te chananeorum rege
pcussi et tu pcussisti arundine caput
meu ſcontulcat eis sceptru regie
Vndecimo) dignitatis habuerut enim ad
literam reges tam inclitos sicut da
uid et salomone et Josiam etc. Sicut
eis pdixerat Exo. 19. Eritis michi
in regnu sacerdotale gens sacta Vn
dicit Ego dedi tibi sceptrum regale
et tu meo capiti spinea corona ſeme
Duodecimo contulcat eis pmatu int ſsi
militudinis Vnde pdixerat eis Exo. 19.
Eritis michi in peculiu de cunctis genti
bus Et deut°. 4. et xiiii. 26. Elegi

a

te ut sis michi pplus peculiaris Vn
dicit Ego te exaltavi in magna
virtute et tu me suspendisti in pati
bulo crucis Vnde poterat dicere illud
ps. Retribuerunt michi mala pro
bonis ad perdicionem anime mee Vn poterat
optime dicere id Ier. 18 Attende domine
ad me et audi voces adversariorum
meorum numquid pro bono redditur malum
quia foderunt foveam anime mee Recor
dare quod steterim in conspectu tuo etc
Et videtur michi quod sicut ista
operabatur corporaliter populus iudeorum ita
plures spiritualiter operantur hodie populus christianorum
nostrorum complures videlicet de quibus dicit apostolus
ad hebre. 6. Rursus crucifigentes sibi
metipsis filium dei et ostentui habentes etc
Sexto innocentie pacientis sinceritas
Vn poterat dicere illud Job. 16. hostis
meus terribilibus oculis intuitus est me
apparuerunt super me ora sua et ex
probrantes percusserunt maxillam meam / sa
tiati sunt penis meis / conclusit me
deus apud iniquum / et manibus impiorum
me tradidit / tenuit cervicem meam / confregit
me / et posuit me sibi in signum quasi in signum
circumdedit me lanceis suis / convulneravit
lumbos meos non pepercit et effudit
in terram viscera mea / concidit me vulnere
super vulnus / irruit in me quasi gigas
facies mea intumuit a fletu et pal
pebre mee caligaverunt Hec passus sum
absque iniquitate manus mee cum haberem mun
das ad deum preces / cte falsitas Vnde potest
Septimo cause confi / dicere illud Dan. 13 Ecce
morior cum nil horum fecerim que isti
maliciose composuerunt adversum me
Octavo crucifigentium malignitas Vn Sap.
2. 8. dixerunt impii apud se cogitantes
non recte Circumveniamus iustum quia inutilis
est nobis et contrarius operibus nostris / et
improperat nobis peccata legis et diffamat
in nobis peccata discipline nostre promittit
se scientiam dei habere filium dei se nominat Cet.

b

contumelia et tormento interrogemus
eum / morte turpissima condempnemus
eum / iudicum iniquitas et anne et
Nono / cayphe et pilati et herodis
Vnde ipsemet pilatus confitebatur
se nullam causam mortis invenire ideo
Vn Dan. 13. Constituti sunt duo senes
iudices in illo anno de quibus locutus
est dominus quia iniquitas egressa est a babi
lone et a senioribus iudicibus qui
videbantur regere populum Et isti duo
sicut populus iudaicus in Anna et
Caypha et populus gentilis in pilato
et herode Vel de quibus populo accu
satur duo de Iudaico Annas
et Cayphas de Gentili pilatus
et herodes ps. Astiterunt reges terre
et principes convenerunt in unum adversus
dominum et adversus christum eius / te acerbitas nec
Decimo pene illa / enim fuit pena
ista acerba et amara solum indu
stancys si et ipse Ysa. 50. dicebat
Corpus meum dedi percucientibus et
genas vellentibus / faciem meam non
averti ab increpantibus et conspuentibus
in me dominus meus auxiliator meus
et ideo non sum confusus / ideo posui fa
ciem meam ut petram durissimam et scio
quod non confundar Ideo Anshelmus in quodam
sermone dicebat O quam dulciter bone
ihesu cum hominibus conversatus es quam
habundanter multa et magna bona
hominibus largitus es / quam fortiter
tam indigna tam aspera tam dura
pro nobis passus es Dura verba dura
verbera / durissima crucis tormenta
Vn fuit acerbissima et extensive
et intensive Extensive quidem quia
a planta pedis usque ad verticem non erat
in eo sanitas Ysa. 1. Intensive
quia eius premeditacio tantum sanguinem
sudare coegit Vn Luc. 22. factus
in agonia prolixius orabat / et factus
est sudor eius sicut gutte sanguinis
decurrentis in terram Quod autem fuit

extensiue satis acerba deducit Cont.
in quodam sermone dicens sic Caput
angelicis tremebundum spiritibus desi
tate spinarum pungitur facies p
clara pre filiis hominum sputis iudeorum
deturpatur, oculi lucidiores sole
caligantur in morte Aures que au
diunt angelicos cantus audiunt peccatorum
insultus, os quod docet angelos
sputis felle et aceto potatur ma
nus que formauerunt celos sunt in cruce
extense et clauis affixe pedes
quorum scabellum adoratur cruci cla
vis affiguntur, totum corpus verberatur
latus lancea perforatur Quid plura
non remansit in eo nisi lingua ut
peccatoribus exoraret et matrem
discipulo commendaret Ideo dicebat ipse
in psalmo foderunt manus meas et
pedes meos dinumeraverunt omnia ossa
mea etc. Est autem ista mors fuit
eciam intensiue acerbissima deducit
Augustinus super Johannem sermone 36 pertractans
illud apostoli ad philippenses 2 factus est
obediens usque ad mortem Dicit enim
quod non sufficit apostolo dicere quod fuit obe
diens usque ad mortem nisi addideret
mortem autem crucis Illa enim morte
peius nichil fuit inter alia genera mor
tium Hinc sicut ibidem deducit Illa
mors erat maioris obprobrii, maioris
supplicii, longioris excrucii Et
concludit Augustinus quod nichil erat tunc
in carne intollerabilius et nichil
nunc est in fronte gloriosius Et sequitur
gloriosum verbum Quid seruat Christus
fideli suo qui talem honorem contulit
supplicio suo etc. Debemus ergo
respicere dicentem ~~suspi~~ suspirium acerbi
doloris, ut videatur propter dolorem
facies eius super carbones denigrata
Trenorum 3 et Job 16 facies mea in
tumuit a fletu et palpebre mee cali
gauerunt Et tamen sub isto dolore in car

ne exterius latuit magna gloria in
mente interius figurata clara habemus
Exodi 16 c. ubi dicitur Cum filii israel re
spexerunt ad solitudinem et ecce gloria
domini apparuit in nube Cum enim
respiciunt ad christum in cruce videntur
respicere ad solitudinem quia ad humanitatem
sibi ipsi derelictam ita eciam ut miraculose
gloria anime influeret in corpus Unde cla
mabat in cruce deus deus meus ut quid
dereliquisti me Et accipitur de psalmo Sed
ecce ecce gloria domini apparuit in nube
quia gloria anime velata in carne Hinc de
illis qui sic intelligunt dicitur Trenorum 3 c. fa
cies domini diuisit eos non addet ut
respiciat eos Et ideo orabat psalmus Illustra
faciem tuam super seruum Tercio dico quod fuit
magnum incendium incensi amoris
Christus enim et si argumenta multa
caritatis ostendit in omnibus suis actibus
specialiter tamen in sua passione Unde eius eo
teste maiorem caritatem nemo habet ut
animam suam ponat quis pro amicis suis Johannis 17 Ipse
tamen maiorem habuit quia sicut dicit
Apostolus ad Romanos 5 Cum inimici essemus
reconciliati sumus deo per mortem filii eius
Et ad ephesios 2 Ipse tamen propter nimiam cari
tatem suam qua dilexit nos deus cum
essemus mortui peccatis conuiuificauit
nos christo Unde Bernardus sermone hug
dicit In hac passione tria specialiter
conuenit intueri opus, modum, et
causam In opere quidem paciencia In
modo humilitas In causa caritas
commendatur Paciencia quidem singularis
humilitas admirabilis sed ~~[illegible]~~ caritas
inestimabilis Caritas quidem sine exemplo
caritas sine modo Ut enim seruum redi
meret nec pater filio nec sibi filius ipse pe
percit Ideo luce 1 dicitur Respexit ad fre
obprobrium meum Ideo potest dicere quod
dicebat pro illo claudo Actuum 3 Re
spice in me ut quod dicat illud Actuum
22 Ego eadem hora respexi meum

ptiu
pile

a

Istae faciei de qua dicitur Exo. 33. Facies
mea praecedet te. Habemus ergo duo
Primo quod movet oculos ad respiciendum
Bonitatis et admiratio demirata
Formositatis et eius opinio divulgata
Debilitatis et afflictio tollerata | Cha-
ritatis et dilectio inflamata | benig-
2o quod hodie xpus in passione sua
exhibuit | Causae quatuor maxime
Prodigium omni stuporis | in xpi facie cer-
Opprobrium immensi decoris | nebat ergo
Incendium intensi amoris | merito dicitur va-
no hodie dicitur verbum thematis passionato [?]
Respice in faciem xpi tui | In quibus verbis
duo tanguntur | vel exigit meditationis
Primo enim praecipit | intensae studium virtuosum
Respice | devotionis immensae obiectum
2o ostendit fructuosum | in faciem xpi tui

divisio thematis

Vel possumus sic distinguere. Videtur
enim quod ad hoc quod aliquis aliquid bene vel
fixe respiciat requiritur aliquid ex parte
organi aliquid ex parte obiecti. Ex parte
organi requiritur dispositio conveniens
omnis contrarii abiectio. Respice. Ex parte
obiecti condicio allectiva in desiderii
completiva in faciem xpi tui | in corpo-
Ut hodie singuli intenti fortiter | rale di-
Ut hodie singuli attenti dulciter | gnationis
Omnes quidem intenti fortiter | Respice
Omnes attenti dulciter in iudice et opi-
fice nostro redemptore nostro salvatore in fa-
ciem xpi tui. Respice ergo
dignitatem tantae magnae tantae gratiae et liberalitatis
Redemptorem tantae efficaciae tantae sufficientiae
tantae excellentiae et potestatis | consolatione ut
Hodie ergo oculum interioris | ipsum habeas
totaliter emundatum Respice | [?]
Hodie enim speculum totius nostri | sanctimo-
niae ut ipsum respiciatis sic velit [?]
Primo quod dicimus separatum in duas partes
quia anima fuit separata a carne licet dei-
tas semper remansit unita et ait certa-
mi in faciem xpi tui. Totum prosequor
simul causa brevitatis. Primum moveo

b

hec dubia duo. Primum est quare potius
imitat ad actum sensus visus ut fi-
xatur in faciem xpi quam ad actum alium
alterius sensus. Et ad hoc pro duplici ro-
ne solucio assignatur. Prima quia actus
visus prae omnibus aliis sensibus apparet
certior. Ergo Dicit pulchre deducit
Augustinus 10 li. confessionum c. 35 et idem de-
ducit ad paulinum de videndo deum
Et super Jo. sermo c. 16. de verbis domini
sermone 33. et in omnibus super exodum
quaestione lxx3. sicut enim dicit idem Augustinus
Nos non dicimus audi quod rutilet aut
olfac quam quod niteat aut gusta quod
splendeat aut palpa quod fulge-
at | videri enim dicuntur haec omnia
dicimusque tamen non solum vide quid luceat
quod soli oculi sentire possunt sed etiam
vide quid sonet vide quid doleat
vide quid sapiat vide quam durum
quam molle sit. Et istud probat Augustinus
per duos textus. Primus est Exo. 20.
ubi dicitur quod videat populus voces / vox
autem proprie auditur. 2o per alium textum
Joh. 20. ubi dicitur quod videat populus
voces quia vidisti me thoma credi-
disti / Thomas autem non viderat sed
tetigerat et digitum intulerat licet
ergo omnis sensus homini debeat hodie
ferri in faciem xpi tamen quia actus visus
est communis omnibus. Ideo dicit Re-
spice / Ut in ista facie senciat [?]
visus pallidum colorem. Sensus
auditus validum clamorem. Sensus
gustus amarum saporem. Sensus
olfactus horridum fetorem / quia pas-
sus est in loco qui dicitur calvariae locus
Sensus tactus nimium dolorem
Respice ergo / Et cogitabam quod
xpus in cruce quantum ad ista sensibilia
omnium sensuum here voluit obiectum propter meam
instructionem et propter ipsorum sensuum in
ipsum infixionem. Primo quid quantum
ad visum nunc splenduit nunc palluit
ut nos illustraretur [?] quantum ad

auditu[m] nu[n]c clamauit nu[n]c tacuit
ut nos informaremur / Quantu[m] ad
gustu[m] nu[n]c sitiuit / nu[n]c noluit ut
nos saciaremur Quantu[m] ad olfactu[m]
nu[n]c sensit nu[n]c langwit ut nos
recrearemur / Quantu[m] ad tactu[m] nu[n]c
luxit nu[n]c doluit ut nos iocundare-
mur / Quarta causa fuit q[ui]a s[ensu]s
visus magnus est, e[s]t cu[m] fertur ad
intellectu[m] q[uam] aliquis alios intelle-
ctu[m] sensuu[m] / Et i[de]o q[ui]a no[n] t[antu]m
corp[or]alit[er] xp[ist]i passione[m] ut ip[su]m
semp[er] mentalit[er] p[rese]ntem habeamus
et vo[lu]ntatem de quo illud Cant. p[rim]o
Fasciculus mirre dilectus meus m[ihi]
int[er] vbera mea com[m]orab[itur] / Ideo
posuit actu[m] visus dicens Respice
Quinto dubiu[m] e[st] quare mag[is] dicat
respice q[uam] vide ul' cerne / R[espo]ndeo q[uod]
no[n] o[mn]e quod videtur respicit[ur] licet
e[c]o[n]u[er]so Gen. iiii° Respexit d[omi]n[u]s ad Abel
ad Caym aut[em] no[n] respexit / tu[n]c c[er]tu[m]
est q[uod] vtru[m]q[ue] vidit / om[n]ia e[ni]m nuda
et aperta su[n]t oculis eius ad Hebr. 4.
Respice ergo plus dicit q[uam] vide / dicit
e[ni]m quenda[m] actu[m] ul' approbacionis ul'
affectionis / ut s[cilicet] in illu[m] tendat no[n]
solu[m] actus simplicis cognicionis
no[n] sufficit si exercitur q[uod] inferat[ur] actu[m]
deuocionis et affectionis / Ideo dicat
Respice no[n] solu[m] vide p[rim]a Pe. 4. xp[ist]o
passo in carne vos ead[em] cogitacione
armamini / Sicut ille ap[osto]lus Paulus
qui dicebat ad Gal. 2. xp[ist]o confixu[s]
sum cruci viuo ego ia[m] no[n] ego viuit
autem in me xp[istu]s Et ad Gal. 6. Ego
stigmata d[omi]ni mei Ihesu xp[ist]i in cor-
pore meo porto Respice ergo in faciem
xp[ist]i tui / Ideo dicebat ps. Concaluit
cor meu[m] int[ra] me et in meditacione mea
exardescet ignis etc. Ideo dicebat d[omi]n[u]s
Moysi Exo. 27. Inspice et fac etc. ut
no[n] sistatur in intellectu s[ed] attendat[ur]

in affectu[m] et compleatur in effectu Videtur
etia[m] m[ihi] q[uod] sacer dicat Respice q[ui]a
qui diu respicit mictur respici a deo /
Respectus aut[em] diuinus videt[ur] m[ihi] q[uod]
faciat sept[em] in ordine ad nos p[ro] quo respe-
ctus diuinus dat

- Primo in culpa compunctionem
- In pena liberationem
- In miseria releuationem
- In pugna confortationem
- In via directionem et consolationem
- In anima gratie infusionem
- In patria glorificationem

Primo q[uo]d e[st] in culpa
dat compunctione[m] vn[de]
Luc. 22. d[icitu]r q[uod] cu[m] Petrus
negasset xp[istu]m con-
u[er]sus d[omi]n[u]s respexit
Petru[m] et statim
Petrus egressus
fleuit amare Et
i[de]o dicebat ille Ambro[sius] in ympno Ihesu
videndo respice et nos videndo cor-
rige, si respicis lapsi stabu[n]t. fletu
q[uo]q[ue] culpa soluit[ur] Secundo dat in pena
liberationem Ideo d[icitu]r Exo. 2. c. q[uod] respexit
d[omi]n[u]s filios Isr[ae]l et liberauit eos Tercio
respectus diuinus dat in miseria rele-
uacionem vn[de] p[ro]pheta in ps. Quia multe
miserationes tue respice in me Et
in alio ps. Respexit in oracionem humiliu[m]
et no[n] sp[re]uit p[re]ces eo[rum] Ideo d[icitu]r Eccl. 36. Miserere
mei deus om[n]iu[m] et respice nos et ostende
nobis lucem miseracionu[m] tuaru[m] Quarto
respectus dei dat in pugna confortacionem
Ideo dicebat ps. Custodi a[n]i[m]am me[am] et e[ripe] me
no[n] erubescam q[uonia]m sp[er]aui in te / Figura
h[uius] h[abe]mus Judith 13. vbi d[icitu]r q[uod] illa Ju-
dith amputatura caput Holofernis
dixit Respice in me d[omi]ne etia[m] in
hac hora Ideo dicebat ps. Deus meus
in auxiliu[m] meu[m] respice Quinto re-
spectus diuinus dat in via direccionem et
consolacionem vn[de] Judith 16. Illi itero-
gates an processo itinere p[er]gerent et res
h[abe]ret effectu[m] Responsu[m] e[st] eis Ite in pace
d[omi]n[u]s respicit via[m] v[est]ram Ideo dicebat
virgo Maria Luc. 1. Respexit humilitate[m]
ancille sue ecce enim ex hoc b[eatam] me d[icent]
o[mnes] g[eneraciones] Sexto respectus diuinus dat
in a[n]i[m]a gr[ati]e infusionem Ideo d[icitu]r Sap.
3. c. Gr[ati]a dei et m[isericordi]a in sanctos eius
et respectus in electos illius Septimo

no[ta]

a

respectus diuinus dat in patria glo
rificatorum Cap. 3. habebit fructu[m]
respectiue a[n]i[m]as s[an]c[t]as Ideo Gen. 22.
in figura dicitur Salus mea in ma
nu tua est respiciat nos tantu[m] d[omi]n[u]s
n[oste]r Patet ergo quo[modo] utilis e[st] diuinus
respectus quem qui vult h[abe]re o[portet] q[uod] etia[m]
ipse respiciat Figuram habemus Exo.
25. ubi d[icitu]r q[uod] creat duo cherubin
sese mutuo respicientes sic xp[ist]us xp[ist]i
anus Respicite ergo q[uia] sicut d[icitu]r Cant.
2. Nichil dulcius q[uam] respicere illud Re
spicite ergo hodie in faciem xpi tui Sic
loquitur Aug[ustinus] in quodam s[er]mo[ne] ad
virgines Inspicite vel respicite vulnera
pendentis, sanguinem morientis, pr[et]ium
redimentis, cicatrices resurgentis Caput
h[abe]t inclinatum ad osculand[um], cor apertu[m] ad
diligendum, brachia extensa ad am
plexandum, totum corpus expositum ad
redimendum, Hec q[ua]nta sit cogitate, h[ec]
in statera cordis v[est]ri appendite, ut tot[us]
vobis figatur in corde q[ui] totus pro uob[is]
fuit fixus in cruce Et de isto respectu vel
aspectu p[re]cessit figura Num. 21. ubi
d[icitu]r q[uod] cu[m] serpentes venerunt in filios
Isr[ae]l et plagas multas fecisset in p[o]p[u]lo
venerunt ad Moysen et rogauerunt di
centes Ora ut tollat a nob[is] d[omi]n[u]s serpe[n]
tes Orauitq[ue] Moyses p[ro] p[o]p[u]lo et de man
dato d[omi]ni fecit eneum serpentem que[m]
exaltauit in ligno, quem respicientes
p[er]cussi a serpentibus statim saluabat[ur]
Xp[istu]s aut[em] facit istud figura[m] de xp[ist]o ex
altato in crucis ligno Et ip[s]e se deduat
p[er] quem erit saluator Joh. 3. dicens Sicut
Moyses exaltauit serpentem in deserto
ita exaltari op[or]t[et] filium hominis ut om[ni]s
q[ui] credit in eum non p[er]eat s[ed] habeat vita[m]
et[er]na[m] Quam etia[m] p[er]tractat Aug[ustinus] sup[er]
Jo. om[e]l. a. dicens sic Mordebatur
homines intuebatur serpentem et sal
uabat[ur] Qui sunt serpentes mordentes

b

p[e]cc[at]a de mortalitate carnis, qui
e[st] serpens exaltatus mors d[omi]ni in cruce
morsus serpentis letalis mors x[rist]i
vitalis Respicit ergo semp[er] ut nichil
valeat serpens Respicit mors ut
nichil valeat mors Respicit ser
pens s[ed] sine veneno ut curetur respi
cies ab omni veneno Et subdit Nos
ergo fratres ut a p[e]cc[at]o sanemur xp[istu]m
crucifixum intueamur, quo[modo] ergo intue
batur illum serpentem morsibus no
p[ro]bat serpentum Sic qui intuetur
fide mortem xp[ist]i, sanatur a mor
sibus p[e]cc[at]or[um], s[ed] illi sanabatur a mor
te ad vitam temporalem, hij aut[em] ut ha
beat vitam et[er]na[m] Et istud id[e]m p[re]se[n]t[at]
idem Aug[ustinus] in quodam s[er]mo[n]e de uno
martire Respicite ergo Et ut concluda[m]
ad mores Respicite hodie | et acer
Xp[ist]i acritudine angustia | bitate
ut condoleas visceraliter | amet
Xp[ist]i mansuetudine clementia | beni
gnitate ut remittas faciliter offensas liberaliter
Xp[ist]i gr[ati]a dulcedine et caritate ut di
ligas feruenter | dine et longa
Xp[ist]i patientia fortitu | nimitate ut
sustineas equaniter Ut hodie appa
reamus an[te] faciem xp[ist]i tui
dolore sauciati | Et ista q[ua]tuor recte
dulcore sanguinati | fuit figurata p[er] q[ua]tuor
amore stimulati | ligna que fue
vigore confortati | runt in cruce xp[ist]i
s[cilicet] palma Oliua Cipressus et Cedrus
palma q[uan]tum ad p[ri]m[u]m q[ui]a h[abe]t in asc[en]su asp[er]itate[m]
Oliua q[uan]tum ad sc[un]d[u]m q[ui]a h[abe]t in fructu
eius et liquore pinguedine[m] et virtuositate[m]
Cipressus q[uan]tum ad t[er]ciu[m] q[ui]a h[abe]t in odore
virtuositatem | ad vltimum q[ui]a habet
Cedrus q[uan]tu[m] | in altitudine p[re]teri[tu]te
et imputredinem Dico p[ri]mo
q[uod] hodie d[ebe]t q[ui]li[bet] respicere in facie xp[ist]i
sui ip[s]ius amaritudine angustia
et acerbitate ut condoleat visceraliter
ut hodie appareat dolore sauciatus,
sensibile cum applicatum sensui cat

sui similitudine Si ergo bene
hodie xpm respicimus debemus
esse cum eo dolore sauciati / non quidem
dolore transitorio sed perpetuo / non an-
nuo sed continuo / Ex hoc enim commu-
nicamus continue eius corpori et sangwi-
ni ut mortem eius annunciemus sicut
dicit Apostolus 1 ad Cor. xi. Et ideo beatus
Jeronimus super Mt. Omnis creatura com-
patitur xpo morienti Sol obscuratur
Terra movetur petre scinduntur / ve-
lum templi dividitur / sepulcra
aperiuntur Solus miser homo non compa-
titur pro quo solo xpus patitur Et
Bernardus in quodam sermone in persona
xpi loquens O homo vide quanta pro te
patior / non est dolor sicut quo crucior
Ad te clamo qui pro te morior Vide pe-
nas quibus afficior / vide clavos quibus
confodior / cum sit dolor tantus exterior
intimus tamen est planctus gravior / cum
te tam ingratum experior Ideo dicebat
ille Tren. 3. Recordare paupertatis
mee et absinthii et fellis Recitur
Memor ero et tabescet in me anima
mea / hoc recoles in corde meo in deo
sperabo Ideo dicebat Bernardus super Cant.
sermone 43 pertractans illud fasciculus
mirre dilectus meus michi inter ubera
mea commorabitur Et idem ipse ponit
in quodam sermone quem fecit de passione
domini dicit sic / Tu si sapis imitaberis
sponse prudenciam atque hunc mirre
tam carum fasciculum de principali tui
pectoris nec ad horam pacieris auferri
Amara illa omnia que pro te pertulit
semper in memoria retinebis et assidua
meditacione revolves / ut possis dicere /
Et tu fasciculus mirre dilectus meus
michi inter ubera mea commorabitur / Et
ego fratres ab ineunte mea conversione
conversione pro acervo meritorum que mi-
chi deesse sciebam / hunc michi fasciculum
colligare et inter ubera mea collocare

curavi / collectum ex omnibus anxietatibus
et amaritudinibus domini mei Primum
videlicet infancium illarum necessitatum
deinde labores quos pertulit in predican-
do fatigaciones in discurrendo / vigilias
in orando temptaciones in ieiunando
lacrimas in compaciendo / Insidias in
colloquendo Postremo periculorum in falsis
fratribus / conviciorum / sputorum / colaphorum /
subsannacionum / exprobracionum / clavorum /
horumque similium / que in salutem mei generis
silva evangelica noscitur copiosissime
pertulisse Ubi sane inter tot odoriferae
mirre huius ramusculaque minime pretermit-
tenda credidi Etiam illam mirram qua
in cruce potatus est Sed neque illam qua in
sepultura unctus est / quarum in prima
applicavit sibi meorum amaritudinem
peccatorum In secunda futuram incorruptionem mei
corporis dedicavit Memoria habundancie
suavitatis horum eructabo quo ad
vixero in eternum / non obliviscar miseraciones
istas quia in ipsis vivificatus sum /
Considerabam quod esset causa quare ista
memoria istius passionis ita est sem-
per Et videbatur michi quod hoc est
quia memoria passionis duo aufert et
duo confert Primum enim aufert vicium
omnis ingratitudinis Tedium omnis languo-
ris / Sed confert gratitudinem omnis sanctitudinis
et bravium perhemnis beatitudinis / De primo pre-
terquam sed de primis duobus dicit 1a Petri 4o
xpo passo in carne vos eadem cogita-
tione armamini / quia passus est in car-
ne desiit a peccatis ita ut iam non hominum
desideriis sed voluntati dei quod reliquum
est in carne vivat temporis / Et Bernardus in
dicto sermone de xpi passione dicit
Nichil michi tam efficax ad curandum
consciencie vulnera / nec non ad purgandam acie
mentis quam xpi vulnerum sedula medi-
tatio De his dicit 2a ad Thim. 2. Si
commortui sumus et convivemus / si susti-
nemus et conregnabimus Hodie ergo

a

no

dicamus cum david illud 2 Reg. 1. do
leo super te frater mi Jonatha. Sed
dubito quod hodie multi sunt in clero
qui magis solent dolere vel de aliorum promo
cione sicut iudei Vel de propinquorum
perdicione sicut stolidi vel carnales
de terrenorum amissione sicut cupidi
Et quod absurdum est sub flagellato
capite membrum fieri delicatum Sicut
dicit Bernardus in quodam sermone Ideo
clamemus deo patri sicut clamat ecclesia
puer 4 Reg. 4. Caput meum doleo ca
put meum doleo Ergo hodie cum faciem no
stram xpus dominus spiritus oris nostri ca
ptus est in peccatis nostris cui diximus in
umbra tua vivemus Tre. 4. ymps
Jubilemus deo salutari nostro preoccupemus faciem eius
in confessione et in psalmis iubilemus ei Ut hodie secundum
Bernardum sermone predicto aut plus solito
aut preter solitum unusquisque pietatem co
lat modestiam exhibeat humilitatem
sectetur induat civilitatem ut xpo pa
cienti quodammodo compati videatur Quis
enim tam irreligiosus qui non compungatur
quis tam insolens ut non humilietur
quis tam iracundus ut non indulgeat

no

quis tam deliciosus ut non abstineat
quis tam flagitiosus ut non contineat
quis tam maliciosus ut non peniteat
His diebus cum nec ipse xpi passio terram
movet petras scindet monumenta
aperiens ¶ Dico 2o quod debemus hodie
respicere in faciem xpi ipsius mansuetudinis
clemencia et benignitate Ut remitta
mus facaliter ut subveniamus liberaliter
ut appareamus hodie dulcore sagi
nati Christus enim in cruce peccata et
remisit facaliter sicut patet in latro
ne cui dixit Hodie mecum eris in paradiso
Unde Augustinus in libello suo de sancto latrone
dicit latro non indiguit longo spacio
temporis ut paradisum accipere mereretur Sed tum
ei sufficit quantum expendi potuit unum
offendo simone ita ut in paradisum precedere

b

etiam apostolos mereretur Et cum oravit
pro crucifigentibus dicens Pater ignosce illis
quia nesciunt quid faciunt ¶ Dedit etiam
liberaliter Unde Ambro. in quodam
sermone dicit Auctor pietatis in cruce
pendens testamentum condidit singulis
pietatis opera distribuens apostolis perse
cutorum Judeis corpus Patri spiritum
virgini paranimphum latroni paradisum
peccatoribus infernum xpianis penitenti
bus crucem sanctam reliquit Unde
in ista cruce contulit humano generi
maximum beneficium quia beneficium redempcionis
quod videtur aliquo esse maius
beneficio creacionis Sicut dicit Gregorius Ambrosius
in prefacione Nichil nasci profuit nisi re
dimi profuisset Contra de Juda dicitur Mt. 26.
Melius erat ei si natus non fuisset
homo ille Ideo prima petri primo Non
corruptibilibus auro et argento re
dempti estis de vana vestra conversatione
sed precioso sanguine agni immaculati
et incontaminati xpi ihesu et prima ad
Cor. 6. Empti estis precio magno
glorificate et portate deum in corpore vestro
Tamquam ergo xpus in cruce ¶ Tamquam ergo
xpus in cruce indulsit tam facaliter
dedit tam liberaliter Ideo hodie de
bemus respicere in faciem eius
mansuetudine clemencia et benigni
tate Ut appareamus hodie tamquam
eo dulcore saginati Ipse enim est
ille vitulus saginatus occisus
pro filio prodigo redeunte Luc. 17 ¶ Sed
videtur quod multi hodie sint in contraria
quia parum sentiunt de isto dulcore vel
quantum ad facilem remissionem vel quantum
ad liberalem commissionem ¶ Primo quod
quantum ad iniuriarum remissionem quia
cum offenduntur eorum semel vix umquam
remittunt immo que in cordibus eorum
scripta est stilo ferreo in ungue adaman
tino Je. 17. Sicut nati pro illos Symeo
ne et levi de quibus dicitur Gen. 49. va

Ledictus furor eorum quia pertinax et
indignatio quia dura. Et ideo dicit Jacob In
consilium eorum non veniat anima mea et
in cetu illorum non sit gloria mea. Ut ta-
les attendant parabolam salvatoris Matthei
18. Cui patrisfamilias remiserat de-
bitum quia rogaverat eum. Et quia ipse no-
luit remittere conservo tradidit eum torto-
ribus donec redderet universum debitum.
Et subiungit: sic et pater vester celestis
faciet nisi remiseritis unusquisque
fratri suo de cordibus vestris. Secundo est
quantum ad liberalem largitionem. Licet
enim patrimonia sint pauperum facul-
tates ecclesiarum et de sacrilega cru-
delitate surripiatur quicquid ministri
ultra victum percipiunt aut vestitum. Ut
dicit Jero. et id causa 9 pgeu. Tamen multi
sunt adeo studentes avaricie quod vix
unquam ~~[illegible]~~ digitos extendunt ad
pauperes et egentes. Unde Jere. 6. A
minore usque ad maximum omnes ava-
ricie student. Propheta usque ad sa-
cerdotem omnes faciunt dolum. Sed Christus
fons pietatis et nunc non solum sua
sed etiam seipsum dedit. Ut ad Ro. 8. Proprio
filio suo non pepercit deus sed pro nobis
omnibus tradidit illum, quomodo etiam cum
illo non omnia nobis donavit. Quod a-
mirans Augustinus libro supputationum suarum
parte 1 c. 2 dicit: O immensa pietas
o inestimabilis caritas, ut liberares
servum filium tradidisti. Deus factus est homo
ut perditus homo de potestate demonum eru-
eretur. Cum benignissimus creator
hominum filius tuus deus noster eius propriis
visceribus non satis visum est ut se incli-
naret factus homo de virgine Maria,
nisi etiam subiret crucis patibulum ef-
fuso sanguine propter nos et propter nostram
salutem. Venit pius deus pro pietate
et bonitate sua querere et salvum facere
quod perierat, quesivit ovem perditam
quesivit et invenit et in humeris suis

reportavit ad caulas gregis. O pius
deus et multum misericors pastor. O cari-
tas o pietas, quis unquam audivit
talia, quis unquam super tanta nunc viscera
non obstupescat, quis non miretur, quis
non colletur? propter nimiam caritatem qua
dilexisti nos misisti filium tuum in similitudine
carnis peccati, ut de peccato dampnaret peccatum
ut nos efficeremur iusticia in ipso. Ipse enim
verus est agnus qui abstulit peccata mundi
qui mortem nostram moriendo destruxit
et vitam resurgendo reparavit. Ideo dice-
bat psalmista: Misericordia et veritas precedent faciem tuam.
Et in alio psalmo: Ostende faciem tuam et
salvi erimus. Dico 3o quod hodie de-
bemus respicere in facie Christi ipsius dul-
cedine gratia et caritate, ut diligamus
sinceriter. Ut hodie appareamus ante
faciem Christi amore stimulati. Christus enim
in sua passione maxime nostram caritatem
attraxit. Unde Bernardus super Cant. sermo nota
20 dicit: Super omnia inquit reddit
te michi amabilem bone Jhesu calix quem
bibisti opus nostre redempcionis. Hoc enim
omnino meum amorem vendicat sibi totum.
Hoc inquam devotionem et blandius alliciat
et iustius exigit, et arcius stringit et
vehemencius afficit. Et hoc deducit
idem Bernardus quia in omnibus operibus Christi quia in
nullo enim operatum Christus laboravit, in
nullo tantum passus est sicut in opere nostre
redempcionis. Ergo diligamus deum quia
ipse prior dilexit nos. Ad Ephe. 5. Christus
dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis
oblationem et hostiam deo in odorem suavitatis.
Unde beatus Augustinus in persona Christi loquens hu-
mano generi in libello suo contra 5 hostium
genera dicit sic: Cum inimicus esses pri-
mo reconciliavi te per me, cum esses lon-
ge ego veni ut reducerem te, cum inter
montes et silvas errares quesivi te
inter ligna et lapides inveni te. Et
ne luporum ferarumque rabido ore lania-
reris collegi te, portavi te patri
meo reddidi te. laboravi. sudavi. caput nota

meū spinis supposui / manus meas clauis obieci / lancea latus meū apperui / tot non dicam iniurijs sed asperitatibus lacreatus / sanguinem meū fudi / animam meam posui ut coniungere michi et diuidis a me / Ambulate ergo fratres in dilectione sicut et xpus dilexit nos ad eph. v. Sed videte sicut proh dolor audiuimus aliquam heresim incipiebat pullulare dicentes quod sufficiebat solum amare et non ad facere non honoras dicere / non ieiunare / non abstinere a fornicationibus non ab alijs Sed isti male nouerunt caritatem / virtutis dilectionem / Sicut enim virtutes morales connectuntur in prudencia cum existencia / sic omnes virtutes theologice continentur in caritate Impossibile est enim esse caritatem si alie virtutes non insunt / ymo quod maius est peccatum mortale non solum tollit actum caritatis ymo et habitum Et ideo Aplus describens caritatem .1. ad Cor. 13. dicit quod caritas paciens et benigna est / caritas non emulatur non agit perperam non inflatur non est ambiciosa / non querit que sua sunt / non irritatur non cogitat malum / non gaudet super iniquitate Congaudet autem veritati / omnia suffert omnia credit / omnia sperat / omnia sustinet / Cum ergo actu credit se habere amorem dei si hec conditiones quas caritas non habet impossibile est Et Saluator ipse Joh. 14 dicit Qui habet mandata mea et seruat ille est qui diligit me Et subdit Si quis diligit me sermonem meum seruabit Et subdit Qui non diligit me non seruat sermonem meum Patet ergo quod illa heresis est sub omni colore / Multa etiam sunt que multum habent de dilectione naturali et parum de dilectione caritatiua Multum de amore sui et parum de amore dei / Multum de amore carnalium amicorum et parum de amore spiritualium et diuinorum

Multum de amore terrenorum et parum de amore supernorum Multum de iusticia et parum de caritate Nec videamur iam peruenisse ad illa tempora de quibus dicitur Mt. 24 Quoniam superhabundauit iniquitas refrigescet caritas multorum Et illud .2. ad Tim. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes cupidi elati superbi blasphemi parentibus non obedientes ingrati scelesti sine affectione sine pace criminatores incontinentes immites sine benignitate proditores proterui tumidi voluptatum amatores magis quam dei habentes speciem quidem pietatis virtutem autem eius abnegantes / et tunc amor dei usque ad contemptum sui constituit ciuitatem paradisi / et amor sui usque ad contemptum ~~paradisi~~ dei constituit ciuitatem inferni / Faciat ergo quilibet mixtum consilium Et sic Job. 33. c deprecabitur deum et placabilis erit ei et videbit faciem eius in iubilo Quanto quanto et ultra quod hodie debemus respicere in faciem xpi eius fortitudinem longanimitatem et pacientiam / ut sustineamus equanimiter ut appareamus coram eo ad vigore confortati Ita arguit Aplus ad Hebre. 12. d. deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum per pacientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei et consummatorem ihesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta atque in dextera dei sedet / Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes Nondum enim usque ad sanguinem restitistis Et dicit Glossa proposito gaudio oblatus est enim crucem accipere voluit quia sicut dicitur ysa. 53. et Luc. 12. Baptismo habeo baptizari / et quomodo coarctor usque dum perficiatur Et loquebatur ad Iohannem de baptismo sanguinis sui

bndicte passionis Et tn sicut ex
ponit Gtus Augg in cometo anb°
Tantu desiderabat et volebat pfi
cere opus nre redemptionis qd coar
tatur ex mora dilacionis Nobi
debemus exemplo eius omne du
riu tollerare equanimiter | Nichil eni
e eque durum quod no tolleretur
si admemoria xpi passio reuocet
Sicut dicit Gregg in omel Et Jeo
nimus in quadam epla consolatoria
que incipit diuisorum obprobria etc
et est dz. 6. et. 4. c. dt sic Nos g°
si domestici et discipuli dei sumus
debemus obprobria detractiones libet
amplecti et equo aio ea oia ferre
que pro nobis ingere et dns ptu
lit me Qui no hic sustine no volt
nec discipulu eius se dep̄mit ee
nc suum nc filium nc domesticum | Ille
eni innocens immaculatus crearus in q°
nulla potuit macula pcti reperiri | De
quo pphta dicit Qui pctm no fecit
nc inuentus e dolus in ore eius pro nob
sacrilegis et pctoribus et eterno sup
plicio mancipatus tanq atrocissimus
reus ab iniquis in iudicio sistit fla
gellis ceditur, sputantibus veri
detur, et nos ppt eum co fundimur
erubescere q ppt nos tanta ppessus e
Ille eni p salute nra dorsu verberibus
faciem sputantibus, maxilla pal
mis no confunditur parare et nos p
eo leue etiam confundimur audire co
uiciu | Quia dere Gaudeamus po
cius et letemur, si p tam magnis
eius et p salute nra passionibus
vel parua sustineamus Et subdit
Ille eni cauisi mei de celis descendit
ad terram, et ut nos exaltaret. se hu
miliauit, et cum immortalis esset mori
contentus est ut nos de terreno mortis
lacu liberaret | Conatus e spinis
ut nos q ante eramus spinei et
infructuosi fructum bone arboris

apportaremus | Felle et aceto potatus
est ut et in nobis iam nc fellis esset
amaritudo nc aceti asperitas | Unde g°
si p isto confundi debemus vel aliquid
sustinere Hec Jeronimus Et Gregg ad
id ppositum 2° li° suo q dr pastorale
c. 17. in fine dicit sic Ammonendi
sunt egri qntus pacie virtute fuerit
ut incessanter considerent quanta redemptor
nr ab hiis quos creaueat ptulit mala |
Considerent q tot obiecta contumelias ob
pbria sustinuit q de manu antiqui
hostis captiuos quotidie aias rapiens
insultancium alapas recepit | Qui aqua
nos salutis diluens et f. a pfidorum
sputis faciem suam no abscondit | Qui ad
uocacione sua nos ab eternis supplicijs
liberabat. tacitus flagella tollerauit
qui int angelorum choros pheres nos
honores tribuens. colaphos ptulit | Qui
a pctorum puncionibus nos soluens vel
saluas spinis caput suppone no re
cusauit Qui eterna nos dulcedine ie
briat in siti sua fellis amaritudine
accepit Qui q pro nobis patrem cum eius
diuinitate esset equalis adorauit, sub
visione adoratus tacuit | Qui vitam
mortuis ppareas usq ad morte ui
ta ipa puenit | Cur itaq asperum
credit ut adeo ho toller flagella
p malis, si tanta ds ab hominibus ptu
lit mala p nobis, aut quis sane
intelligencie de passione sua ingratus
existit | si hinc sine flagello existit
exijt q sine pcto vixit Et Augg sup
ps. 36. exposicione 2a sup illo vbo co
firmat aut iustos dns dicit sic | Quo
confirmat iustos dns | ete dicendo eis qd
in alio ps dr Viriliter agite et conforta
uir cor tuum et sustine dnm | Quid
e hoc. sustine dnm, ad tpus laborans
ietum no laborabis, ad modicum dolebis
sed sine fine gaudebis | Sz int molesta
ab magis labi Exponitur tibi exempla
passionis xpi Unde quid pte ptulit xps

a

qui quae proferret nō habebat / cru-
tatiqȝ patiaris / nō peruenit adillas
insultacōes / adilla flagella / adilla
ignominiosā veste / adilla spinea co-
nā adillā postremo veste cruce nō
peruenis qr iā et depena huani ge-
neris sublatā est / Cū enī scelerati
antiquus crucifigent' modo nullus
crucifigit' honorata ē et finita crux
finita ē pena manet insignia illorum
enī suppliciorum fecit transitū ad frontes
imperatorum / Et subdit Aug° hijs
g° rebus / hijs verbis / hijs allocucionibus
hortor tali exēplo cōfirmat iustos
dūs / quicquid accidit iusto diuine depu-
tet voluntati nō iniquitati potestatis / deinde
ille pt ferire si ille noluerit / Nō pt
et si ille scit deus voluit ut feriat / Nouit
enī quadmodū dūs suū excipiat quē
enī dūs diligit corripit flagellat
autem omnem filium quē recipit Et mul-
ta alia dicit ibi Aug° de mā ista
et moralia / Sed videte quod forsitan
hodie magis appremus deus in conspectu
domini timore consternati quam virtute co-
fortati verificatur de nobis illud Eze. 13.
nō ascendistis exaduerso nec opposuistis
vos murū pro domo isrl' ut staretis in
prelio in die domini / ymo hodie proh dolor
et si positi custodes in vinea dni ipam
tū nō custodimus sed perdimus / et si positi
protectores ipam tū nō defendimus sed
exponimus / Et si positi doctores ipam
tū nō instruimus sed prostituimus / Et si
positi pastores ipam tū nō pascimus
sed mactamus et deuoramus / Et si positi
sponsi ipam tū nō ornamus sed spo-
liamus / Videmus lupum venientem et
fugimus / Videmus tirannū opprimentem
et assentimus non resistimus / Merito figitur
pilluz vobis nā proprium tempore cui dicitur ysa.
.22. Tu quis hic aut quasi quis hic / Re-
expella te de statione tua et deministe-

B.

rio depella te / Et io nō videmur
recepisse spiritum fortitudinis sed formi-
dinis / nō spiritum ardoris sed timoris
Nō quidē amoris diuini sed timoris
mundani quē foras mittit caritas
Nō sic fecerunt predecessores sed exēplo
xpi iusti ad sanguinem vsque restiterunt /
Et io nō solū suas eclias defenderunt
sed etiā eas spualiter et temporaliter ad au-
xerunt et tirannis in facie restite-
runt / Sicut helyas qui regi achab
occurēs intrepide sibi dixit 3. Re. 18. Tu
conturbasti isrl' et domus patris tui
nō ego / Sed aliquis optime sciret dice-
re cū Ezechia illud ysa. 39. Fiat tm̄
pax et veritas in diebus meis Nō
curat nisi quod ipū transeat / Ut ergo
hodie in tot tribulacionibus / in tot
persecucionibus / in tot oppressionibus
possimus esse vigore confortati Re-
spiciamus in faciē xpi qui in ista
benedictissima passione facile cun-
cta sustinebit dispendia quod bene re-
spicit quid sustinuit xpus ad pa-
tibulū quos inuitat ad celū Con-
cludamus ergo cū illa sancta sacra
Tho. 3. Adte domine faciē meā
conuerto adte oculos meos erigo
Ut possim dicere cū illo patriarcha
Jacob id Gen. 32. Vidi dominū facie
adfaciē et salua facta ē aīa mea
Quā salutem nob concedat qui ē bene-
dictus in secula seculorum Amen

Sermo de Beato Andrea

Proposito sibi gaudio susti-
nuit crucem / Adhebr. 12.
Videmus manifeste quod quan-
tumqȝ aliqua res sit adsustinendū
difficilis et laboriosa si tamen est
Breuis et compendiosa / Amabilis et graciosa / Honorabilis et gloriosa / Vtilis et fructuosa — ideo ipā ad gaudio et co-placencia sustinetur Et
racio huius pt esse Quia quod aliquid
diuicit cū gaudio et cōplacencia sustinet' quia

propter laboris compendium | Dico primo quod
propter amoris incendium | aliquid durum
propter honoris premium | in se cum gaudio
propter valoris stipendium | sustinetur propter
laboris compendium. Exemplum hoc sustinet
mater partus pressuram propter gaudium
filii nascituri Joh. 16. Non meminit
pressure propter gaudium quia natus est
homo in mundum. Item sustinet homo cum
gaudio ascensum arboris difficulta-
tem propter fructus excerpti suprius sua-
vitatem. Item sustinet peregrinus vie
asperitatem propter patrie etiam iocunditatem
Exemplum de Christo primo istius temporis sustinebit
pacies et post reddicio iocunditatis
Dico 2o quod aliquid durum in se susti-
netur propter amoris incendium ita habe-
mus Gen. 29. Servivit Jacob pro Ra-
chel 7 annis et videbantur ei dies
pauci pre amoris magnitudine. Unde
cum quantumcumque gravia levia facit. Unde
Sanctus Bernardus dicit Minimum quod tibi
impendo bone Jhesu vix est unius ho-
re et si amplius est non sentio pre amore
Exemplum de Christo 22. Qui mala propter
amicum sustinendo. Tertio dico quod ali-
quid durum etc. propter honoris premium
Unde miles ex torneamento sustinet
durum ictum, et scolaris in studio
noctes ducit insompnes, et scolaris licencia-
dus laborem examinis sustinet propter
honorem magisterii quem expectat
Unde 2 ad Thess. persecucionibus et tribulacionibus
sustinetis etc. in exemplum iusti iudicii
dei ut digni habeamini in regno dei
pro quo patimini. Quarto etiam propter ma-
ioris valoris stipendium unde mer-
catores sustinent multa mala dura
et adversa propter utilitatem quam ex expedi-
cione suarum mercium consequi se ex-
pectant. Exemplum hoc sustinet laborem agri-
cola expectans fructum Jac. 5. Ecce agri-
cola expectat preciosum fructum terre
paciens ferens donec accipiat temporaneum
et serotinum. Pacientes estote etc. Et
sequitur Ecce beatificamus eos qui susti-
nuerunt. Quia igitur aliquid durum in
se cum gaudio sustinetur quandoque propter amoris
incendium, quandoque propter laboris compendium
quandoque propter honoris premium, quandoque propter va-
loris stipendium ut prius dictum est. Sequi-
tur quod res in se difficilis et laborio-
sa si est brevis et compendiosa, amabilis
et graciosa, honorabilis et gloriosa, uti-
lis et fructuosa, debet cum gaudio et
complacencia sustineri. Modo cruciffi-
mi crucis martirium ad literam et crux
penitencie per propositum suscepta habent
primo compendium brevioris laboris | Dico
Secundo incendium amoris vehementis | primo quod
Tertio premium honoris celsioris | habuit etc.
Quarto stipendium valoris potioris | Exemplum ha-
bemus de illo latrone suspenso in cruce
qui audire meruit Hodie mecum eris
in paradiso Luc. 23. Quod presbiter Ans. in
libro de reparacione lapsi dicit sic La-
tro ille qui pendebat in cruce non egu-
it prolixitate temporis ut ingressum paradisi
mereretur; sed tantum ei suffecit spacium
quantum expendi potuit, donec unum
posset proferre sermonem, ita ut inter
momentum temporis totius vite sceleribus
absolutus precederet in paradisum etiam apostolos
mereretur. Cum igitur compendium habet
crux et penitencia consequenter sicut dicit Aug.
In ultimo vite spiritu absumatur, et peccata
abolent et paradisum aperiunt Unde Eze.
18. Si egerit impius penitenciam ab
omnibus peccatis suis que operatus est omnium
iniquitatum eius non recordabor. Sed tamen
hoc non debet expectare quia sicut dicit
Greg. Qui penitenti veniam spopondit
peccanti diem crastinum non promisit
Et Sanctus Aug. de penitencia serotina
dicit sic in quodam sermone Si quis
positus in ultima necessitate sue egri-
tudinis voluerit accipere penitenciam et acci-
pit et mox reconciliabitur et hinc vadit
fateor vobis non illi negamus

Penitencia

a

quod petit / s; no psumimus q hu
hic exit Ego nescio / pniam dare pos
sumus / securitate aut no / Numq di
co dapnabile / s; nec dico saluabile
Ergo potit a dubio liberari Te
ne certum et dimitte incertu Age
pniam dum sanus es / si sic agis dico
tibi quia securus es quia pniam egi
sti eo tpe quo peccare potuisti Si vis
age pniam qn peccare no potes pcca
te dimiserunt no tu illa / Quod de hu
iusmodi dapnato qui cum in fine ita
penituisse videbatur Et io d' Ecc. 5.
Ne tardes conuti ad dom / et ne diffe
ras de die in die / subito enim veniet
ira illius et in die vindicte disppdet
te / qn in duas ptes pdet cdes anima
demonibus / et corpus vmibus / Hic
ergo penitencia et crux copendia laboris
breuioris / Vn iste est labor de quo d'
Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus e
fructus / Et videtur michi q cuius pe
nitencia ptotum corpus vite pnts assup
ta esset / q adhuc h; copendiu labor
breuioris / Totum enim tpus vite pnts
copatu ad eternitate vite sequentis h;
maiore breuitatem q dies copatus ad
mille annos / q instans copatu ad totu
tpus / q punctu copatu ad totu celi
ambitum / Et io d' Job 14. Breues dies
hominis sunt / Vnde videt' michi q q'
vellet hec pondeare pnts vite breuitate
et sequentis eternitate / pnie austeritate
et tormentorum infernorum acerbitate /
omn que in isto mundo delectant volupta
et gaudiorum padisi iocunditate mane
tem in eternitate / q assumeret pniam au
steritate in tanta tpis breuitate / Et q
volt in ista tpis breuitate amplecti
delectabilium voluptates / oz velit nolit
q transeat in eternitate ad tormenta
infni acerbitate / Credo q qui hec ista
duo in suo corde iugit et assidue po
deraret / qd' no esset s' qui in pnti

b

vita / crucem vel pniam assumeret pp'o
primo dicet illud 2. Math. 6. Dicens
corporis sustineo dolores / s; in aiam no
ppt timore dom libenter h' patior
Et hic dicat libet h' pati Sic enim
dicit Textus Aug' sup ps penitencia
est homini sicut ala aui Auis enim
in tra portat alas que quda sar
cina faciunt / attamen ale in celu
portat ~~ale~~ aue Et ad licam ita
est de pnia Ipsa enim portata in
tra et si h; aliqua sarcina et
asppitate / tn ipa sicut ale auem
portat hominem in celu Vn Textus
Aug' dicit sic Iugum meum leue
e et sarcina mea leuis h' sarci
natu no e pondus onerati s; ale
sunt volatori / hinc eciam aues pennas
suas sarcinas Et quod dicimus
portat alas in tra / portatur ab
illis in celu Vn Crisis omnis leui
us onere qd' no solu no onerat s;
portat omne quod portatum est Impor
tunum opus nature Vnde grosse
scit materia inde sarcina leuiat'
et quantum crescit in massa / tantu
decrescit in ponde Vn 2. Cor. 7. Que
que hm deum tristicia est / pniam in
salutem stabilem operatur Et io
Mt. 3. d' pniam agite appinq. r. c.
Modo dico q crux pnie h; incendiu
amoris viroris Patis q no debet
fuus veri inse et pse subire q dns
suus amore sui / no pse s; pro suo vo
luit sustinere / quod no e fuus ma
ior dno suo Vt d' Jo. 13. Si xpc
pnobis crucem voluit subire Ergo
nec aliquis deb; veri subire crucem
pnie pse ipso Vn 1. pe. 2. Xpc
pnobis passus est vob relinquens exemplum ut
sequamini vestigia eius Vn Crisis sup cant
sermo 20. dt Sup omnia reddit te mi
amabile bone ihu calix quem bi
bisti opus nre redepcionis / Hoc enim sibi
vendicat ~~mea~~ h' sua deuotoz dulcius

meam

alliciat, dulcius exigit, et vehementer
afficiat Et ideo dicit devota anima illud
Cant(icorum) primo Fasciculus mirre dilectus
meus michi inter ubera mea commorabitur Quod
verbum pertractans Bern(ardus) super Cant(ica) sermone
43 non fascem sed fasciculum dicit
quod leve pro amore ipsius ducit quicquid
laboris imminet et doloris, Habet
enim vis dilectionis omnem amaritudinem
molestiam superare Quia ergo tanta
est vis dilectionis diligamus deum
quoniam ipse prior dilexit nos, sicut dicitur
prima Jo(hannis) 4 Dilexit inquam nos dulciter
prudenter et fortiter Dulciter quia car-
nem nostram induit Prudenter quia cul-
pam vitavit Fortiter quia mortem
sustinuit, Nos ergo discamus ipsum
amare istis tribus modis Amemus
eum primo | ab amore ipsius alliciat
dulciter ne illecti | avertamur Dicit
prudenter ne decepti | dicit Bern(ardus) super Cant(ica)
fortiter ne oppressi | Et ideo dicitur Heb(reos) 12
Recogitate eum qui talem a peccatoribus
sustinuit adversus semetipsum contradictionem
ut non fatigemini animis vestris deficien-
tes Secundo dico quod exercitium penitentie habet pre-
mium honoris celsioris, Status quare res
illa est honorabilior per quam homo potest perve-
nire ad statum honorabiliorem quam ante
habebat Sed per penitentiam homo pervenit ad
statum honorabilissimum angelorum
ergo etc. Unde Aug(ustinus) 1 de mirabilibus
sacre scripture dicit sic Qui per penitentiam
peccata diluit angelice felicitati consors
effectus erit, Immo per penitentiam nonnumquam
homo maiorem gratiam recipit quam per culpam
amisit Unde Ambro(sius) in sermone ad vin-
cula dicit sic Fidelior factus est
petrus postquam fidem se amisisse de-
flevit atque ideo maiorem gratiam recepit
quam amisit, quia ubi habundavit delic-
tum superhabundavit et gratia Ro(manos) 5
Unde Bern(ardus) dicit Sed duo ubera sunt
in longanimitate in peccatoris remissione
Sunt et patienter expectat peccatorem, et cle-

menter recipit penitentem Quod hic
patuit in Maria Magdalena Luc(e) vij
cui dimissa sunt peccata multa quia dile-
xit multum Sed satis quod valde multi
sunt qui hic vellent imitari factum magdalene
quantum ad hoc ut peccata eis dimitterentur
sed nolunt imitari in penitentia Maria
enim sicut dicit Grego(rius) in omel(ia) Quot
habuit in se oblectamenta, tot invenit
de se holocausta Convertit ad virtutum
numerum crimina, ut totum serviret deo
in penitentia quicquid deum contempserat in culpa,
Sed isti econverso ita debilitati sunt quod nullam
penitentiam assumere volunt Et ideo numquam au-
dire merebuntur Remittuntur tibi peccata Contra
quos dicit Leo super [illegible] Amaritudinem
caducis dulcedo pomi compensat, pericula
maris spes lucri delectat, dolorem me-
dicine spes salutis mitigat, qui de-
siderat nucleum frangit nucem Penitentiam
agat qui et in bono vult incommutabiliter
adherere Apo(calypsis) 2 Coniunge deo et susti-
ne ut crescat in novissimo vita tua
Ideo dicit apostolus Gal(atas) 6 Michi absit
gloriari nisi in cruce domini Tertio dico
quod crux penitentie habet stipendium valoris
preciosioris Unde de ea dicit Ciprianus
libro de laudibus penitentie sic O penitentia quid
de te referam, omnia ligata tu solvis, omnia
clausa tu reseras, omnia adversa tu mi-
tigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa
tu lucidas omnia desperata tu animas Et
propter hoc dicitur j Cor(inthios) j Verbum crucis pereuntibus
quidem stultitia est his autem qui salvi fiunt vir-
tus dei est Et ideo dicitur Apo(calypsis) 2 Sustinuisti
propter nomen meum et non defecisti Sed
videte quod sunt aliqui qui non obstante penitentie
tanta utilitate habeat, atque penitentiam
agere erubescunt et tamen peccare non ve-
rentur Contra quos loquitur Beatus Aug(ustinus)
super ps(almum) 70 Sunt multa quos peccare
non pudet O incredibilis insania
de vulnere ipso non erubescat, de ligatura
erubescatis Nonne vulnus vilius et
putridius est Confuge ergo ad medicinam
age penitentiam dic iniquitatem meam ego agnosco

et peccatum meum quod in me est. Tibi soli
peccavi quia tu solus sine peccato es. Et
iterum dicitur Eccl. 4. Non confundaris pro ani-
ma tua dicere verum. Est enim confusio addu-
cens peccatum et est confusio adducens gratiam
et gloriam. Ad beatam enim confusionem quia
homo confunditur peccatum suum confiteri et
priorem dignam facere est confusio que ad-
ducit peccatum. Sed confusio qua homo homini
peccati sui manifestatione et digne pe-
nitentie satisfactione illa adducit
gratiam in presenti et gloriam in futuro. Tamen
ergo duo primum est quod res quantumcumque dif-
ficilis et laboriosa si tamen est brevis
et compendiosa amabilis et graciosa ho-
norabilis et gloriosa utilis et fru-
ctuosa quod debet ad gaudium et compla-
centiam sustineri. Sed sic est quod crux hec
compendium laboris brevioris et in-
centivum amoris verioris et premium
honoris celsioris et compendium va-
loris potioris. Ergo non est mirum si
debet ad gaudium et complacentiam susti-
neri. Unde istas causas considerans advo-
catus noster Andreas ipsam cum gau-
dio sustinuit. Unde ad locum cum perve-
nisset ad locum ubi crux parata erat
videns eam a longe salutavit eam dicens
Salve crux que in corpore Christi dedi-
cata es et ex membris eius tamquam mar-
garitis ornata. Antequam in te ascenderet
dominus timorem terrenum habuisti. Mo-
do amorem celestem obtines pro voto
susceptus. Securus ergo et gaudens ve-
nio ad te ita ut et tu exultans susci-
pias me discipulum eius qui pependit
in te quia amator tuus semper fui et desi-
deravi amplecti te. O bona crux que
decorem et pulchritudinem de membris
domini suscepisti diu desiderata solli-
cite amata accipe me ab hominibus
et redde me magistro meo Christo ut per te
me suscipiat qui per te me redemit. Ergo

bene decore et congrue possumus
verba thematis prassumpta accipere. Pro-
posito sibi gaudio sustinuit crucem.
In quibus verbis tria considero ad istius
gloriosi apostoli commendationem. Caritatem prop-
Primo enim considero volun- ciore in dei
famulatus gaudentiori occupatione
quia proposito gaudio. Sublimiorem in dei appro-
Secundo dignitate cel- solatus poti-
assecutione quia sibi primo adaptatur
vocato Jo. 1. Tertio potiorem in crucis
acerbitate cruciatus diuturni
tolleratione quia sustinuit crucem. Ad
litteram per duos dies quibus vixit in cruce
20 milibus hominibus astantibus predicavit.
Solicitas promptior in dei famulatu
gaudentius occupata ipsum promovit
hodie ad gaudium placentis bonitatis
in dei fruitione. Ex in dei complatur a-
dignitas celsi- cius sublimata ipsum
promovit hodie ad fastigium precellentis
auctoritatis in mortuorum predicatione
apostoli enim cum Christo iudicabunt ut patet Luc.
22. Potior in crucis cruciatu di-
acerbitatis utius tollerata ipsum pro-
movit hodie ad premium patentis claritatis
in dei visione. Et quia finimus in adventu
in quo quilibet devotus debet se per penitentiam
et abstinentiam preparare ut digne filium
dei in mundum nascentem suscipiat ideo
duobus membris primis dimissis dicam
de tertio. Dico ergo quod commendat istum glo-
riosum apostolum acerbitas potior in crucis
cruciatu diuturnus tollerata que ipsum
promovit hodie ad premium patentis
claritatis in dei visione. Videtis ad
sensum quod quando aliquis desiderat aliquam
rem videre et non potest propter sui parvitatem
consuevit ascendere montem vel locum ali-
quem eminentem. Sicut de hoc habemus
Luc. 19 ubi dicitur quod Zacheus querebat
videre Jhesum et non poterat quia statura pu-
sillus erat et precurrens ascendit in
arborem sicomorum ut videret illum. Modo
res aliqua summe desiderabilis est visio

dei uel est tota merces btitudis
uel natiue v'ssita ad btitudine
hec e vita etna ut cognoscant te solu
dm vm zque misisti ihm xpm Joh.
.17. ho aut q'libet e statura pusillus
corpus eius quod corrupit aggrauat
aiam Sap. 9. Et io ho nullo pt ad
dei visione ptinge nisi p ascensu
ps Ascensiones in cor suo dis' iuxta lac.
in lo. qp po. Etenim bn dabit lacia i
deu. ino. vi ds dos in syon. Ergo
optet ascende. Videmus aut qp oia
q ascendunt aut ascendunt nalit ut
leuia, aut violent ut grauia et sic
e ad lram mastesu spuali. Aut
eni ho ascendit nalit p viã dino
tetur sn pctõ aliqua grauitate Sicut
xpus de quo d' Eph. qp ascendit
sup oes celos ut adimplet omia
Aut si habuit grauitate pcti eu grue
natualit descendat et solu acci
sitalit et violet descendat, oz qp
ascendat p via pnie p via crucis
Ista eni e violencia de q d' Mt. xi
Regnu celorum vim patit et violeti
rapiut illud quod exponens Jeds
dicit Grandis violencia q natos
in tra celu rape, et p strinutate acq
rere quod p natuaz no possumus
Ad lram eni eramus natua filij
ire Eph. p ista violecia ascedit
Jonatas pedibus et manibus rep
tas qnitptat' columba vemes ut
domu columbe, sigt xpm q fuit co
lumba carens felle pcti Sunt eciã
domu columbe qi domu spus sancti
q in ei in spe columbe descendit Mt.
3. Iste g licet posset ascende p
natuaz qz pctm no fecit nec e inue
tu dolus in ore eius eius. 1. pe. 2.
Tn ad dand exe nob et ne p ipo
aliqd' pctm habemus, ascende
voluit manibus et pedibus repta
do in cruce Et ete Armiger eius

Scus Andreas post eum qppe eum
verus e armiger eius qz sn rei
veritate gessit arma eius, et arma
crucis, et arma cal's, et arma scuts
Et ideo dictu intelligamus illud Apo. 7.
Vidi alteru anglm ascendete ab ortu
solis sig. di vivi Vn ipe de se ipo
dicit in Cant. 7. Ascedã in pal. et
app. fruc. eius Qp palma intelligit
crux qi ad lraz in cruce xpi fuit
palma Vn v'sificator In cruce sunt
oliua cedrus cypssus et palma Ite
palma e arbor victorialis Vnde anti
quitus victores in signu victorie por
tabat ramu palme Crux aut est
summe victorialis in ipa eni de dyabolo
dns triuphauit Palma eciã int' oes
arbores hz maxima difficultate in
ascensu, hz eciã maxima suauitate
in fructu Et ad lram ita e de cruce hz
eni in amplexu aspitate, sz in fructu
hz icopabile iocunditate Cant. 2. Sub
umbra illius que de s't. et fruc. eius
dul. gutturi meo Vn est illud lignu
quod affert fructus. 12. p menses singlos
de quo habetur Apok. vlt. Vere eni
crux nobis attulit fructus 12. con 12 me
ses sue defectus quos p pctm incre
ramus q faciebat corpus pcti Cor
pus pcti est habe Qz p tanto iste

Caput inflamatu p supbia	corpus
Aures surdas p inobedientiam	destru
Oculos turbidos p inuidiam	ctu e ge
Os fetidu i amarum p gulam	rito ergo
Manu aridã p auaritia	Scus an
Pectus frigidu p ca'ritatis carenciã	dreas ut
Ventre tumidu p impotentiã	per me
Pede lubricu p luxuriam	reret ad
Oculu excecatu p ignoranciã	premi
Affectu depuatu p malicia	um pa
Memoria torpente p negligenciã	ternis
Cor venenatum per iram	claritatis

i dei visione, ascendit crucem susti
nendo acerbitate pociore incurtis
amiciatu diuiciori tollerãde Vnde pe

Corpus pcti cu membris eius

Penitentia

dicit illud Gal. 2. Ut deo vivam xpo
confixus sum cruci Ad dictos 6 dictum
illud luc. 9. Qui vult venire post me
abneget se et tollat crucem et sequatur me Propositio
auctoritas et expositio In quibus verbis tangi
tur 6 conditiones necessarie ad veram penite
ntiam que fuerunt in isto glosato aplo
Primo autem oportet quod sit voluntaria non coacta si
quis autem vult / non denia ve
Secundo quod sit directa / nire post me
Tertio quod sit integra non dimidia abneget semetipsum
Quarto quod sustenta non importata quia tollat crucem suam
Quinto quod continuata non interrupta quia cotidie
Sexto quod sit ordinata non simulata vel
ficta quia sequatur me / Oportet ergo
Primo quod habeat dilectionem sine coactione Qui vult
Secundo quod habeat directionem sine declinatione quia venire post me
Tertio quod habeat additionem sine retentione quia abneget se ipsum
Quarto quod habeat sustentationem sine impositione quia tollat crucem suam
Quinto quod habeat continuationem sine interruptione quia quotidie
Sexto quod habeat rectam intentionem sine simula
tione quia et sequatur me Dico primo quod
penitentia debet habere dilectionem sine coactione / Unde
dicit Gregorius / Non placet deo coacta servitia
Deus enim de omnibus que dedit homini vult
precipue habere cor Prov. 23. Fili mi prebe mi
chi cor tuum Et ratio huius potest esse quia xpus
comparat hominem arbori Video homines
sicut arbores Marci 8. Arbor enim quanto
habet meliorem et strictiorem radicem tanto
habet meliorem fructum et sapidiorem ceteris
paribus Et ratio est quia tota arbor trahit
humorem a radice Tunc etiam fructus
est maturus et sapidus / quando arbor dat
eum gratis et sponte / sed quando non dat nisi
fortiter concussa vel confracta / signum est quod
fructus non est maturus nec perfecte sapidus
sed acidus et insipidus / Spiritualiter ra
dix vite spiritualis est cor Prov. 4. Omni cu
stodia serva cor tuum quia ab ipso vita
procedit Et ideo quanto cor est in deo magis
radicatum / tanto fructus boni operis est
ceteris paribus deo acceptabilior et me
lior Tunc autem est valde sapidus
quando arbor scilicet homo dat eum gratis spon
te et voluntarie / non concussus in
fimitatibus / non fractus tribulationibus
tunc fructus non producit gratis et perfectus
non est maturus nec dulcis sed acidus
et insipidus Osee 9. Fructus eorum
inutiles et acerbi ad manducandum et
ad nichilum apti Figura huius Jere
mie 24 dicitur ibi quod Jeremias vidit ficus bonas
valde et ficus malas valde que
comedi non poterant eo quod sunt male Fi
cus bone valde sunt penitentie voluntarie
accepte / Sed ficus valde male sunt
fructus penitentie involuntarie accepte / tamen
cor extimore non ex amore que penitentia
nullo modo acceptatur a deo Exemplum huius
2 Mach. 9. dicitur ibi quod Anthiochus
percussus qui in fruitate corporis compe
rat dominum tunc orabat deum / a quo
non erat misericordiam consecuturus / Quare / quia
iste non gratis protulit fructus penitentie
sed concussus et ideo fructus eius non
fuit acceptus Unde dicitur Luc. 3. Facite
dignos fructus penitentie Fructus digni
opera sunt voluntaria non coacta Et
ideo dicitur in psalmo Voluntarie sacrificabo tibi
no. t. q. b. e / Hoc fecit iste glosatus
Apostolus unde voluntarie crucem subiit
primo quod vellet eum de cruce depo
nere rogavit dominum dicens domine ne
permittas me de cruce deponi Hoc
dicit patet in vita sua et refert Augu
stinus de pena Unde ad litteram cum vellet
eum solvere nullo modo potuerunt ad eum per
tingere quia statim brachia eorum tre
pida reddebat Ut de illo intelli
gamus illud 2 Ma. 6. Ille glori
osissima morte quam magis quam odibi
lem vitam complectens voluntarie pergebat
nativitas e odiosa iudeis incredul

que est ita gaudiosa fidelibus
vox de hac dicitur etiam per prophetam Mal. 4.
Orietur vobis timentibus nomen
meum sol iustitie Solo tria puto quod
fuerunt in ista natiuitate ¶ de primo
Puritas sine corruptione oritur quia
Veritas sine opinione vobis ti. n. meum dicitur
Vertitas sine deuiatione sol iustitie dicitur
Ad litteram Sicut cantamus hodie
ortus est sol sicut radius a sole sine
omni corruptione Sicut sidus radium
profert. virgo filium pari forma / neque
sidus radio neque mater filio fit cor
rupta Ecclesiastici 24. Ego feci ut oriretur
in celis lumen indeficiens Ergo dicit
spiritus sanctus quod in virgine non solum veritas
sed superuenit Et ita prophetatum erat Ysa.
7. Ecce virgo concipiet et pariet fi
lium etc. Non quo non esset signum mi
si virgo etc. Sicut deducit Jeronimus
in explanatione super ysaiam ¶ De 2o
vobis timentibus nomen meum Ad literam
enim sicut dicitur pro. 18. Turris fortis
sima nomen domini ad ipsam currit
iustus et saluabitur Et ysa. dicit Non
erat timor in finibus meis quippe
est saluator meus Figuram valde pul
chram ysa. 7 refert hystoria / Cum
duo reges conspirauerunt venire contra iudam
et regem eius et iuda scilicet Rasin
rex Aram siue Sirie / et facee filius
romelie rex samarie / Et inerunt contra
eum regem suum consilia mala volentes
regem euellere et ibi nouum regem
constituere Unde textus dicit quod missus
est ysayas propheta ad regem iuda et
iuda Et dixit ei Noli timere et
cor tuum non formidet a duabus cau
dis titionum fumigantium istorum non
enim erit illud quod cogitauerunt nec sta
bit eorum consilium Et ut rex iuda et
iuda et populus dessor haberet certitudine
signum fuit datum a domino scilicet quod virgo
concipiet et pariet filium et vocabitur nomen

eius emanuel etc. Regnum iuda et
iuda potest dici prerissime regnum francie
in quo est vera nominis domini confessio
et ubi est visio pacis / quod est regnum
graciosum / regnum a domino benedictum Contra
istud regnum et regem eius videtur duo
reges conspirasse Rasin rex Aram qui
interpretatur secundum Jeronimum excelsus et
sublimis Unde significat regem superbum Et
videtur michi quod hic significat regem
Anglie Cuius est maior superbia quam se
contra dominum suum fuit erigere etc. Alius
rex est facee filius Romelie qui secundum Jeronimum
fuit de tribu effraym cuius rex fuit
ydolatra et compulit populum ad ydolatriam
volens eos diuidere a regno iuda Et iste
significat bauarum qui se gerit pro rege
romanorum et imperatore qui ad litteram scisma
fecit in ecclesia creando antipapam / et est
pro certo hereticus et condempnatus Isti ergo duo
conspirauerunt contra regem et regnum et
inierunt mala consilia volentes etiam
ibi ponere nouum regem / Unde dominus dicit
Regi meo qui est hic Noli timere et cor
tuum ne formidet a duabus caudis
titionum fumigantium istorum dicuntur Ti
tiones secundum Jeronimum quia finis eorum exustio
est Unde fumigantes propter verba iactantie
que emittunt Unde dicuntur caude secundum Jeronimum
quia parum durature Vel dicuntur caude
quia iuuat se malicijs paliat fran
dibus et deceptionibus maliciosis quibus
volunt cooperire pudenda eorum Et super hoc
datur insignum regi et regno virgo
concipies et paries filium Ad litteram virgo
dei genitrix que singulariter istud regnum
protegit et defendit Bene ergo securitas
est sine omni trepidatione Jer. 23. Ecce
dies veniunt etc. usque ibi Et hoc est nomen
quod vocabunt eum dominus iustus noster ¶ De
3o Veritas sine deuiatione sol
iustitie Justitia enim a veritate non
deuiat Et videte quod scriptura maxime

comenciat nasci in isto filio. Ysa. xl. Aperiatur terra et germinet salvatorem et iustitia oriatur simul. Et lxxi ps. Orietur in diebus eius iustitia et habundancia pacis. Unde sicut tempore antichristi erunt iniusticie et dissensiones etc.

Sic in ortu christi iusticia et pax. Et primo quod iusticia quia ista est preclarissima virtutum et per quam firmatur regnum et per iniusticiam transfertur et mutatur.

Et ideo princeps super omnia debet conari ut iusticia servetur. Et quia non potest omnia facere ut tales ponat ministros iusticie quales decet. Deut. i. Elige tibi viros quorum conscientia, sapientes quorum scienciam, et expertos quorum experienciam et quorum conversacio sit probata quantum ad virtutum eminenciam ne taliter sint corruptibiles sed oderint avariciam et tales induet populum omni tempore.

Et dicere circa quantum ad scripturam ad hoc quod sint permaneat bene iusticia multum requiritur ne sit solutus. Unde de Theodosio, ut credulus. Quia princeps qui libenter audit verba mendacii omnes ministros habet impios. Et quod habeat bonos collaterales quia ad levam non est sanus qui non habet latera sana. Orietur ergo in diebus eius iusticia et habundancia pacis. Unde Ysa. xxxii. Erit opus iusticie pax. Item Ysa. ix. Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis. Unde et quod dicitur quod princeps sit princeps pacis qui facit quod in eo est ut habeat pacem facit iusticiam. Sicut iste dominus rex fecit in ista gwerra et iste adhuc omnem viam bonam pacis acceptaret, licet alii et si dicant quod volunt pacem, quia viam pacis non cognoverunt etc. Unde videtur quod de nobis dicat illud Ysa. xxxii. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis, in tabernaculis fiducie in requie opulenta quam nobis concedat Christus. Amen.

Sermo de beato Johanne Ewangelista

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de hiis. Joh. xxi° ultimo. Cum considero de gloriosissimo apostolo et ewangelista Johanne quod secretorum ignotorum est avidus indagator, secretorum auditorum stabilissimus reservator, munerumque donorum aptissimus dispensator, meo iudicio de se ipso concludere potuit et dicere: Hic est discipulus illeque testimonium perhibet de hiis. Racio- na ipsum virum dei discipulum, utique de Christo et de omnibus eius presentem ipsius studium insinuat fervens desiderium discendi secreta que non noverat. Ideo dicitur: Hic est discipulus ille. Donat dulcaloquium docendi decreta que audierat. Ideo dicitur: qui testimonium perhibet. Explicat misterium scribendi que sub figura viderat. Ideo dicitur: de hiis.

Primum enim verum esse discipulum insinuat fervens desiderium discendi secreta que non noverat. Ideo dicitur discipulus. Recubuit enim discipulus in sinu Ihesu quem diligebat Ihesus. Joh. xiii. Ubi quoque abscondita et ignota didicit. Cap. a. Secundo testimonium de Christo ipsum verum insinuat donans dulcilloquium docendi decreta que audierat. Ideo dicitur qui testimonium perhibet. Testimonium enim perhibuit verbo dei. Apocal. i.

Sed et explicans misterium scribendi que sub figura viderat. Ideo dicitur de hiis. Testimonium enim perhibet ipsum Christi in hiis quoque vidit ubi supra. Et sequitur quod fuit ei dictum in fine capituli: Scribe ergo que vidisti et que sunt et que oportet fieri post hec. Misterium enim vii stellarum quas vidisti in dextera mea et septem candelabra aurea etc. De eo ergo non inmerito dixit: Hic est

discipulus ille etc. Unde et Ambrosius
Ambrosius contra arrianos de incarna
cione verbi c. 4. attendes secreta que
audiuerat, decreta que docuerat, mi
steria que reuelauerat. dicebat pe
trus dixit Tu es filius dei viui
non dixit Tu es creatura. dixit sed
Johannes sed adhuc non credidisti quia
non intellexisti misterium super sapien
tiam recumbentis. Repetiuit petrus Re
commendauit vtrumque xpistus. alterum
iudicio. alterum misterio. Illud esse ad
didit vt legeres quod in xpisto petrus
recumbebat. Et intelliges quod eius
caput in quo principale cum sensuum
archano quodam sapientie replebatur.
Ex quo patet quod quanto quis sacratius imi
tatur scilicet xpistum in morum perfectione
tanto altius sublimatur doctrinarum
cognitione tanto clarius illustratur
in horum ostensione. Videtur ad
primum quod hic discipulus humili obsequio
huic scilicet xpistum sequitur ardens. Adeo
dicitur hic est discipulus ille. Subtili
eloquio de hoc scilicet xpisto loquitur perfundi
tur dicitur qui testimonium perhibet. Utili mi
sterio legitur commodius ideo dicitur de hiis.
Dico ergo quod si queratur quis sacratius
iudei potest quod hic discipulus scilicet Johannes
humili obsequio. Unde hic est discipulus
ille quem spiritus sancti igne succensus ar
dens desiderio precucurrit citius
petro et prior venit ad monumentum.
Joh. 20. Cuius amor fundatus erat in
vera humilitate attendes vt verus
discipulus eius quia sui doctrina dicitur
Mt. 2. discite a me quia mitis sum et
humilis corde. De eius vero humilitate
scribit Augustinus super prima canonica
Joh. omelia prima dicens Videte Johannem
sanctum humilitate erat vir iustus erat
et magnus qui de pectore domini mi
steriorum secreta bibebat. Ille talis
vir non dixit Aduocatum me habetis

apud patrem. Sed si quis peccauit ad
uocatum habemus apud patrem scilicet xpistum iustum.
Maluit enim se ponere in numero peccatorum vt
habeat aduocatum xpistum quam ponere se pro
xpisto aduocatum et inueniri inter dampna
tos superbos. Circa quo xpistum imitabatur
in morum perfectione attendes illud apostoli
ad Ephe. 5. Imitatores dei estote sicut
filii carissimi. Est enim amor xpistiani
ad xpistum et discipuli ad magistrum causa
imitacionis et similitudinis. Unde
Lingonensis in sermone quodam quem fecit
de pastoribus ait Sicut cera mollis
fortius applicata sigillo recipit imita
toriam similitudinem cum formarum et fi
gurarum sigilli insculptarum quadam pul
critudine. Sic anima rationalis per amorem
contemplatiua ad deum fortius applicata non
equali sed cum summa imitacione similitudinem
eius pulcritudinis recipit et conformita
tem ad summa pulcritudine. nulla deest
pulcritudo. Ipsa enim dicat Pulcritudo
agri mecum est in anima per amorem contempla
tiva a summa pulcritudine impressa, non est
aliqua pulcritudinis absencia. Sed re
fulgebit in illa pulcritudo que est summa
imitacionem illam, et sequitur amor qui fa
cit animam deiformem, facit eam summe
sapientie participacione sapientem. Est ergo
dilectio totius veritatis magistra. Primo
ipse amor est ipsius veritatis notitia
Unde de ipsius veritatis amore dicitur pro nobis
xpistus in Johanne. Paraclitus autem spiritus sanctus
quem mittet vobis pater in nomine meo ille
enim docebit omnia etc. Hec commendat
alibi quod multi in viis domini ambulant
nec tamen in eis est plena notitia veritatis
summa sicut dicitur magister docet aliquem dis
cipulum aliquam totam artem puta rethori
cam, cum tamen adhuc restat et alia artis
principium vel medium nondum faciens artem
tamen. Hic et spiritus sanctus dicitur nos docere

via magna et volem eum esse scz
omem perititate. cum tam adhuc vsem
eam ipa artis primordia Augmenta
ta vero in nobis dilectione augmentat
et huius magne artis noticia Cum
vero in nos inplebit amor ut diliga
mus deum ex toto corde et ex tota aia
ut videlicet oes particula cordis nri co
usta sit in ignem totaliter ex finita hac
peregrinacoe que est in ppria tunc erit
videlz a huius magne artis noticia
consumata Efficit enim amor consu
matus decoris sponsum et sapiens plenitu
dinem madius consumacoe ꝗ pt esse in su
prema facie creature racionalis / Ex quibus
pz qz diligere deum pfecte facit hominem
deiformem et dei dat noticiam pfectiorem
et eciam pfectior noticia dei pfectiorem
arguit amorem Sapien. cap. 6. Cura
disciplne dilectio est scz dei contra ꝗ dicit
se nosse deum et mandata eius non custodit
mendax est. 1. Jo. 1. Hic aut discipulus
altius sublimat 2 doctrinalis noticia qa
subtili eloquio loquitur de xpo pfundius
Sicut dicit Crisosto ad secundam omeliam q
incipit p secundam particulam thematis
eo quod ꝗ testionum phibet Sic merito
dicatur de Sacto Johe ewangelista qd
idem dixit de Sacto Johe bapta in prin
cipio sui ewangelii Fuit homo missus a deo
cui n. e. Jo. hic ve ite ut te. ph. de lumie
Nam scimus qz verum est testimonium eius Cui

Ebriem est | Audit Augustinus super Joh
Eructuit sublimit | sermone primo dicens
Disseruit subtilit | Et Johes frates carissimi
Docuit utiliter | sunt de montibus illi

de quibus dictum est suscipiant mon
tes pacem ppto Montes enim excelsi ani
sunt de quibus est Johes cum ait In principio erat
verbum et verbum erat apud deum et deus erat
verbum Suscepit ergo mons iste pacem conte
platur divinitatem verbi Quare ꝗ excelsus
ꝗ altus iste factus mons iste / transcende

rat enim oia cacumina terrarum / transs
cendeat oes campos herbas / transce
derat altitudines siderum / transcede
rat denique oes choros et oes legio
nes angelorum / nisi enim transcendisset
omnia non pervenisset ad verbum per quod
facta sunt oia Non potes videre q
transcendebit nisi videas quo pve
nerit Queris enim de celo et de terra
ette quidem creata sunt Queris de
hiis que in celis sunt 2 de hiis q
in terra sunt 2 ipa multo magis creata
sunt Queris insup et de creaturis
spualibus utpote de angelis et de
archangelis thronis et dominacoibus
principatibus et ptatibus et hec oia
creata sunt Narrat hoc omnia cuncta
sunt ps ait dixit et facta sunt ipse
mandavit et creata sunt Et si facta
sunt p verbum quidem facta sunt Nequaquam
pvenit Johes ad hoc qd ait In
principio erat verbum 2 v. e. ap. deum 2 d. e. v.
nisi transcendisset oia q facta sunt
per verbum hec Augustinus Quia aptius de
hoc discipulo pt fieri questio q fit Eccl. p°
disciplina sapientie revelata est
et manifestata et multiplicacionem
ingressus illius quis intellexit
Ad quam rndet iste discipulus Eccl. p°
mens mea contemplata est multa et
didici dedique cor meum ut scirem
sapientiam atque doctrinam Nam melior
est sapientia cunctis opibus prov. 8. Hic
ergo discipulus est clarius illustrat
in una atque doctrinali oracione
Unde nusquam legitur commodius
ut dicit Crisosto ad tercia omelia Nam
de utilitate doctrine eius scribit petrus
damiani in quodam sermone que
fecit de sancto Johe ita dicens Johes
enim nos tante extitit caritatis ut divini
s2 tradidit sapientie et sciencie
clavibus / oes sacramentorum celestium

c

thesauros expendet et eterne vite di-
vicias quas solus accepat nobis
participando largietur ac fideliter ero-
garet | Aliud enim divine sapientie genus
quod apud Iohannem invenire non pos-
sis / que enim heretica pravitas / que ar-
riana perfidia / que iudeorum vesa-
nia vel vesana calupnia / que genti-
lium philosophorum versucia / que denique
fasmaticorum abhominanda fassura
beati Iohannis non est eloquio superata / eius-
que doctrinis evidenter attrita | Si enim
alii abiiciunt as veritatis obviunt ra-
tionibus volumina contra eum / illud Iohannis
accedit in medium / Iohannes occurrit
Iohannes silencium imponit / quociens
siquidem de vera humanitate ac di-
vinitate Christi. certamen contrabitur
que vero omnibus viciis parat quis
est materia dimicandi / protinus ad eum
Iohannis recurritur / Iohannis in pugna
patrocinium queritur / et sic mox cuncta
litigiosi certaminis iurgia conquiescunt |
Quid ergo mirum in doctrinis quod Iohannis
volumina sacrosancta non cernantur quod
in virtutibus quid in meritis / quod
beatissimus Iohannes incomparabiliter non
excellat Hec petrus Certe igitur
ut utili ministerio eius doctrina legitur
comodius | Nam ista discipulo scriptura
divinitus inspirata utilis est ad docendum
ad corripiendum | ad arguendum | ad eru-
diendum in iusticia / ut perfectus homo
sit ad omne opus dei bonum instructus |
.2. Thim. 3. Certe igitur qualiter glo-
riosissimus apostolus et evangelista suadet
certa perhibet testimonium Et me-
ritum ad mores quod agendum utiliter
meritum ad fidem quod credendum salubriter
meritum ad errores quod fugiendum cautius
dicat illud Ioh. 18. c° Ad hoc veni
in mundum ut testimonium perhibeam
veritati Concluditur describo concludendo

d

patuit ac dicere Hic est discipulus ille etc.
In quibus quidem verbis duo nobis de
isto evangelista proponuntur affectio in Christo
primo eius voluntatis tendens secunde
ideo dicitur Hic est discipulus ille
Secundo veritatis ostensio salsum valitens
valide ideo dicitur qui testimonium perhibet de his
Fervet desiderio cum Christo eloquio relinquit
quecumque preterita quo tamen testimonio
expellet vello fundit quecumque heretica
Testimonium enim veritatis illius fidele est
Ps. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis mirabilia testimonia
tua Prima de illo discipulo dicitur Ioh. 18.
Sequebatur ihesum petrus et alius discipulus
deque et frater Iacobo Matth. 4. Relictis
omnibus secuti sunt eum ¶ Dico primo
quod de Iohanne nobis proponitur voluntatis
affectio iter cum dicitur Hic est discipulus ille
Circa quod est advertendum quod licet cuiuslibet
discipuli sit / quod eius sit fervens deside-
rium discendi quae non noverat Et in
introductione est aliqualiter declaratum Tamen
cum verus discipulus debet quadruplici ex-
cellencia perfulgere / qua beatissimus apostolus
et evangelista Iohannes ceteris pre ceteris Christi
discipulis excellencius adornatus
est ideo pre ceteris Christi discipulis / discipulus
quem diligebat ihesus meruit nuncupari
Debet enim Christi discipulus ¶ debet
Throno presidencie sublimari enim Christi
Dono constancie roborari discipulus
Dono clemencie decorari et tenens
Bravio iusticie coronari locum disci-
pulorum Christi throno etc. Sicut melito de eo
dicitur quod et de david .2. Reg. 23.
Sedet in cathedra david sapientissimus
Prima debet sapiencia perfulgere Ideo Luc. 6.
discipulus sapientiam ceteros excedat ab ea
Ioh. 8. Si manseritis in sermone
meo vere discipuli mei eritis Et Matth. 10.
Estote prudentes sicut serpentes hec
est sapiencia est apprehendenda sicut amoris
collativa sicut sui regulativa ac primi

Divisio
Thematis

8a

directiua prudentia amplectēda ut
est enim h amoris collatiua scz amoris
dei qua amicos dei et pphetas constituit
et in aias sanctas se transfert Sap. a
Ideo d[r] vii. a Dic sapientie soror mea
es et prudentiam voca amicam meam tua
est etiā appetēda ut sui regulatiua
Prov. iiii. c Posside sapiam posside prudē
ciam Et sequitur Ne dimittas eā et
custodiet te / dilige eā et seruabit te / Sim
qualit est a xpo discipulis appetēda col
latiua amoris diui et regulatiua discipli
nāli admoret vndit Hugo de Sctō
victore in libello de instructione noui
ciorum dicens Vos inquit fres qui scola
discipline intrastis in lectione diuina pus
debetis qrere qd mores vros ad vtutes
instruat qz qd ad scīam acuat / Ad subti
litatem / magis quam velle instrui propter
scripturam qz quibus impediri / Cum
ergo scripturas diuinas legit / sollerter pspi
dite / quid ibi dictum sit ad excitandum in
vobis amorem dei / quid ad contemptum sclī /
quid ad cauendum insidias inimici / quid
ad bonos affectus nutriendos / et ad praua
desideria extinguere valeat / et qui
cor pro corruptionis ardore attendat / qz
disciplinam in ope / quid humilitate in
cogitacione / quid obedientiam in preceptis
quid paciencia in aduersis hic doceatis
tamd deniqz ad agenda bona sedulum
et ad mala cauēda doceat esse circumspe
ctum / Hec Hugo / apprehendēda a
est etiā h prudēcia discipulo a carpi
taute xpo discipulum ut proximi et
sibi sbditi ppli directiua Ideo Sap. d
dicit Sapiens populi sui prudentia dis
pona pplos et naciones michi erunt
subiecte Hac enim prudēcia maxime
indigent viri eccliastici et maxime plati
eccliie comuniti ut plebe eis subiecta
dirigere valeat et regulare / quin tamen de
per inicis et de totius consolacionis anima

anglia ex bonis hominibus deterruit
reparare Vt dicit quedam glo. sup id
ps deut. xxx Constituet tuos pplos
inter i filios isrl Habuit quosdam
electos alios uo psbros ordinare quos
prudencia atqz doctrina a xpiana ple
be hostes repelleret / in xpiana plebe
fidem instrueret / et ex xpiana ple
be celum repleret / Ne igit[r] apposito ni
mium digrediar videamus qualiter
iste discipulus prudēcia et eius effu
plicat extitit adornatus Sic vere
in sapia plenus ut de eo intelligat eccla
In medio eccle ap. os eius et xpus
potauit eum dicere quod scbr. x Esdre
Sapiens iunctus proximus et ppri
mus michi sedebis et cognatus
meus vocaberis / hic enim sapientia
proximus a ceteris fratribus et disci
pulis inuentus Vnde Ambo sup luca
Nemo audeo dicere tanta sublimitate
sapie maiestē dei nobis sermone
ppo reserauit / vtutes celorum transcendit
sicut Iohes cum verbum in principio repperit
apud dm / scz etia proximus ei sedit
cum super pectus domini in cena recubuit
et ad beaz eius cognatus extitit
hec aut sapia discipulum suum amicum
dei constituit / Vnde et de isto d[r] sur
gilauit hic e discipulus que dilige
bat ihus / Amor enim vim h3 vnitiuam
vnitiua et informatiuam
Ideo d[r]. 8. ethicorum / Et homo dz se hre
ad amicum sicut ad seipm et est alter
ipse / Qz qd iste gloriosissimus euangelista
fuerit alter xpus / innuit[r] cum a saluatore
toe d[r] Ecce filius tuus etc
Que vba recitans ysid. de ortu et
obitu sanctorum ait Iohes in loco
xpi xpo iubente successit / cum susci
piens matrem magistri discipulus par
post xpm alter quodammodo fuit filius
dilectus Ecce inquit filius tuus / Potat

c d da

xpus dicit vtrum famulus tuus et ne
potius tuus / s(ed) voluit dicere filius tu
us ut q(uasi) Johannes esset alter ipse / q(ui)a se
habebat ad eum sicut ad seipsum / nec
volebat ad eo ponere nomen ut de hoc
possit exponi illud p(rimo) Reg. 18. Conglu
tinata est anima Jonathe anime dauid
et dilexit eum quasi animam suam Ded
etiam prudentiam cognitionis dei prece
teris habuerat / discipulus xpi non co
gnoscentibus ipse cognouit et in eius
cognitionem etiam ipsos duxerit Unde
et Jeronimus 9 li(bro) p(rimo) contra Jovinianum Johannes
unus ex discipulis qui minimus traditur
fuisse inter apostolos et quem fides xpi
virginem reperit / virgo permansit et ideo
plus amatur a domino / et recumbens super
pectus domini ihu / et quod petrus qui vxo
rem habuerat interrogare non audet / illum
rogat ut interroget / Et post resurrectionem
nunciante maria magdalene quod dominus
surrexisset vterque cucurrit ad sepulcrum
sed iste peruenit / Cumque essent in na
ui et piscarentur in lacu genezareth /
Jhesus stabat in littore nesciebat apostoli
quem viderent / solus ille virgo virginem
cognoscebat / et petro dixit dominus est
Debet 2o quilibet xpi discipulus do
no constantie et fortitudinis roborari
Quemadmodum sicut dixit dominus luc. 21. Cum
audieritis prelia et sediciones nolite terre
ri ut dicit xpi discipulus / in multi
tudine videbor bonus et in bello
fortis Sap. 8 et p(rim)a pe(tri) 5. Aduersarius
vester dyabolus cui resistite fortes in fide Sed
cum fortitudo est appetenda vt / terrenorum

Terrenorum contemptiua
Aduersorum probatiua
Bonorum spiritualium receptiua
Est enim appetenda ut

contemptiua vnde
luc. 14. Nisi
quis renun
ciauit omnibus

que possi(det) non po(test) m(eus) e(sse) di(scipulus) / sed qui sunt
superflua et sue non competunt necessitati

Unde attendant viri ecclesiastici quod dicit
Crisostomus omelia sermone 18 super Mat. Time
ant clerici qui interius sanctorum quarum possi
dent tam iniqua egerunt ut stipendiis que
sufficere debent minime contenti / superflua
quibus egeni sustentandi forent impie sa
crilegeque retineant / et in vsu sue superbie
victum pauperum consumere non verentur
Est etiam appetenda ut aduersorum probatiua
Unde Seneca in quadam epistola Marcet
sine aduersario virtus Nichil enim infelicius
eo cui numquam aliquid aduenit aduersum non
enim umquam licuit ei seipsum experiri Guber
nator enim in tempestate et miles in acie
comprobatur Unde Judith 8. Abraham pater
noster per multas tribulationes probatus amicus
dei effectus est Sic ysaac sic Jacob sic Moy
ses et omnes qui placuerunt deo per multas tri
bulationes transierunt fideles Unde et
Gregorius 3. moralium loquens de Thobia ait
Celere est ut vir sanctus quanta virtute pol
leret ad innitendum cunctis innotesceret / quale
nobis exemplum reliquisset si temptatus
non fuisset | petenda ut bonorum omnium et
Quarto est ap | virtutum seruatiua Unde luc. 11.
Cum fortis armatus custodit atrium suum
in pace sunt omnia que possidet hinc et sanctus
Ambrosius li. 1. de officiis c. 36. Non est
mediocris nec distreta a ceteris animi virtu
tibus fortitudo que bellum cum virtutibus
gerat sed que se sola defendat ornamenta
virtutum omnium et iusticiam custodiat / et que
inexpiabili prelio aduersus omnia vicia de
certat inuicta ad labores / fortis ad
pericula / rigidior ad voluptates / dura
aduersus illecebras Ideo cuilibet discipulo
xpi dicitur quod scribitur Judith 10. Di
sce vbi sit tanta fortitudo Sed videndi
pres et domini nostri iste gloriosissimus
discipulus dono fortitudinis extitit ro
boratus qui temporalia spernere et pauperibus
erogare docuit / cum Cratoni philosophe
zameum lapidum preciosorum dare pauperibus

Patientia in aduersis

persuasit Nonne et diuitis ad visitatibus
et suppliciis est probatus quod venenum
propinatum a pontifice ydolorum pro fidei
defensione bibere non expauit / et feruen
tis olei dolium submintrauit / et in pathi
mos insula exulari minime formida
uit / quod legenti legenda patefiunt
Unde et licet persecutor eius sanguinem
non fuderit eius tamen animus martirio
non defuit dicente beato Jeronimo
super illud Mathei 20 Calicem quidem meum
bibetis Queritur quo calicem mar
tirii filii zebedei Jacobus videlicet
et Johannes biberit cum scriptura narrat tantum
apostolum Jacobum ab herode capite tru
catum Johannes autem propria morte finiret vitam
Sed si legamus ecclesiasticas historias in
quibus refertur quod et ipse propter marti
rium sit missus in feruentis olei dolium
et inde ad suscipiendum coronam xpi at
theleta processerit statimque relegatus
in pathmos insula sit Videbimus
martirium animo non defuisse et bibisse
Johannem calicem confessionis quem pueri
in camino biberunt licet persecutor non
effuderit sanguinem ¶ Sed dico 3o quod
xpi discipulus dono pudicitie decoratur
Et dico scienter dono quia sapientie 8 dicitur
Scivi quoniam aliter non possum esse continens
nisi deus dederit nobis michi preceptum
Est tamen xpi discipulus Unde Luce xi Sint
lumbi vestri precincti Super quo verbo Gregorius
lumbos enim precingimus cum carnis lu
xuriam per continentiam coartamus / Sed
iste gloriosissimus non tamen continentia sed etiam
virginitate cunctos discipulos precellebat /
Unde et meruit pre ceteris in domini cogni
tione eleuari tamen eminentiori et honorari
Et ideo propter duo premia dicebat Vigencius
omnibus prima super Johannem Nam tanta co
gnitionem verbi Johannes ascendere non potuis
set nisi prius per carnis integritatem

fieret deus Et dat exemplum dicit enim
radius oculorum meorum species rerum sen
sibilium colores quod non prius percipit sentire
quam se solaribus radiis immisceat Cum
quod tu ipsius sunt Ita sacerdos animus
rerum spiritualium omnium intellectum su
pernalium cognitionem non sufficeret accipe
nisi prius incomprehensibilis veritatis parti
cipationem dignus efficiatur Sic Catholicus
itaque theologus in diuinam eminentiam
veritatis particeps deum verbum subsiste
in deo principio hoc est dei filium in
deo patre permanere In principio erat
erat verbum et verbum etc. Intuere celum aptum
hoc est summe et sancte trinitatis et vni
uersaliter reuelatum mundo misterium
Animaduerte aquilam diuinum super filium
hominis ascendentem nobis videlicet
annunciatorem ipsum esse ante omnia
in principio verbum / et mox descende
tem super eundem filium clamantem quod
et verbum caro factum est Ob virginitatem
etiam pre ceteris meruit honorari Unde
canit nunc ecclesia quod virgo electus a
domino virgo in eternum permansit / qui
et priuilegio amoris pre primis ceteris
altius a domino meruit honorari
et tandem etiam brauio iusticie
premiari Unde potest dicere quod scri
bitur 2 ad Thimotheum 4 Bonum cer
tamen certaui / cursum consuma
ui fidem seruaui / de reliquo re
posita est michi corona iusticie
quam reddet michi dominus in
die illa iustus iudex / Quam coronam
nobis concedat Jhesus christus
dominus noster qui cum patre et spiritu
sancto viuit et regnat deus per
omnia secula seculorum Amen

Sermo de sancto Johanne euangelista

Testimonium
perhibuit
verbo dei Apok. 1 Cum ti

nuit verba predicta propositum sicut
verbum dei de tribus teste magne
primo quidem de quodam convenientie
et acceptabilitatis quia de Johanne
de quo dicitur Joh. ult. et in evangelio ho-
dierno qui est discipulus ille quem di-
ligebat Jhesus qui et recubuit in cena
super pectus eius testificatio divi-
Secundo de quodam ne excellentie
et maiestatis quia de verbo dei de quo
dicitur Joh. 1 deus erat verbum clare evidentie
Tertio de quodam testimonio et veritatis
quia de testimonio dato a Johanne de verbo
dei de quo dicitur Joh. ult. ad litteram hic
est discipulus ille qui testimonium perhibet de
hijs et scimus quia verum est testimonium eius. Modo
Si attendamus ad testem rationem convenien-
tie et acceptabilitatis inveniemus gratiam
testis enim est Johannes qui interpretatur in quo
gratia ut dicit Aug. super Apoc. licet
Johannes est nomen eius testificatio divine
Si recurremus ad excellentie et
maiestatis reperiemus et gratiam que est
et verbum dei de quo isto tempore legimus
istud Joh. 1 verbum caro factum est et habitavit
in nobis et v. g. e. g. q. u. a p. p. g. et v.
Si attendamus ad testimonium clare evi-
dentie et veritatis accipiemus et gratiam
Johannes enim de verbo dei hoc protulit testimonium
Joh. 1 quod de plenitudine eius scilicet
verbi omnes accepimus gratiam pro gratia. Ergo
hodie cum fiducia adeamus ad thro-
num gratie eius ut misericordiam conse-
quamur et gratiam inveniamus in au-
xilio oportuno ad Hebr. 4. Ad thro-
num quidem gratie eius id est ad virginem ma-
riam que thronus verbi dei in quo cor-
poraliter requievit et thronus gratie
divina sicut dicit Jeronimus in sermone
de assumptione Ceteris per partes gratia da-
tur Marie vero simul tota se infudit ple-
nitudo gratie Luc. 1 Invenisti gratiam
apud deum. Et dicit quod cum fiducia ho-

die accedamus ne eum hodie se negare
posset, sicut nec unquam potest se negare filio
Ipsa enim est mater et testis evangelii
ubi Joh. 19 Ad hanc dictum est scilicet Mulier
ecce filius tuus deinde discipulo ecce
mater tua. mater testificata scilicet verbi dei
ipsa certa est Math. 1 Cum esset desponsa-
ta mater eius. Super quo verbo Origenes
in omelia Mater inquit eius mater immaculata
mater incorrupta mater intacta. Mater ei-
us cuius eius. Mater dei unigeniti domini
et regis omnium plasmatoris et creatoris cunctorum
illius qui in excelsis sine matre et in terra
est sine patre illius qui in celis fuit in deitatis
sinu est dei patris et in terris fuit in corporis
susceptione in sinu est matris veri testimonium
Ipsa enim est mater omnis boni et in Eccl. 24
In me gratia omnis vie et veritatis, in me omnis spes
vite et virtutis, transite ad me omnes qui concu-
piscitis me et a generationibus meis implemini
Ergo hodie singulariter accedamus ad istud
thronum gratie ut gratiam inveniamus in au-
xilio oportuno. Quod ut facilius impetre-
mus dicamus devote Ave Maria gratia plena.
Testimonium perhibuit verbo dei. Videtur
michi quod ad hoc quod aliquis sit testis conve-
niens debet habere specialiter tria scientie
primo cognitionis et notitie claritatem firmitate
secundo intellectus et consilii puritatem Testis enim
tertio depositionis constantie et per- non est
bene conveniens nisi sit Et ideo aliquis
clarus in cognitione attestatione multo
purus in intentione repellitur propter igno-
firmus in depositione rantiam in intellectu
propter malitiam in affectu propter depositionem
variam in effectu. Et licet ista sint
clara de se pateant tamen et exemplum. Te-
stis enim primo debet habere notitie et cogni-
tionis claritatem debet enim testificari
de hijs que vidit et novit Actuum
22 dicitur Constitua te testem eorum que
vidisti. Et Mat. 26 dicitur quod cum quidam ad-
ducti essent testes contra Jhesum dicitur in textu
quod non erat convenientia testimonia eorum

divisio thematis

a

Et racio redditur quia ipsi perhibebat te-
stimonium quod eum audiuerat dicentem Ego
dissoluam templum hoc manufactum
et in tribus diebus aliud non manu-
factum edificabo. Ecce quod erat testimonium
inueniens propter ignoranciam in intellectu.
Sicut enim declarat beatus Iohannes ipse
hoc dixerat de templo corporis sui, ipsi
autem intelligebant de templo Salomonis.
Et ideo dicit Cassiodorus super illo psalmi
iii. Amputa obprobrium meum quod sus-
picatus sum et cetera iocunda. In hac sen-
tencia maximum vicium humanitatis exponitur.
Multi enim in obprobrium cadunt aliter
quam se veritas habet, sed suspicando, quam culpam
ipse desiderat amputari. Quoniam multos
enim malis sepe bonum testimonium damus
atque iterum de bonis mala dicimusque
facientes. Et nimis est ut verecundia irritat
quod ignorans aliquid asseueret, suspicio
eius sepissime probat incerta, que vero
non conueniunt christiano. Ideo dicitur Proverbiorum xii.
Labium veritatis firmum erit in perpetuum.
Qui autem testis est repentinus conci-
nnit linguam mendacii. Condicio 2a quod
oportet quod testis habeat intencionis
et consciencie puritatem. Si enim non habeat
puram intencionem sed habeat affectionem quomodocumque
corruptam a testimonio repellitur. Ideo
dicit Crisostomus in quadam epistola, quod in confessis
penitus et purus affectus testium queri-
tur. Et Tulius dicit quod in ferendo te-
stimonio quantacumque sit alicui auctoritas
propter coniunctionem affinitatis minor puta-
da est. Unde testis non debet esse pas-
sionatus amore vel odio, timore, do-
lore vel rancore vel aliqua inordinata
animi affectione. Sicut illi testes de
quibus dicitur in psalmo: Insurrexerunt in me
testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Unde
isti sunt testes qui dixerunt falsum testimonium
contra Naboth ut perderet vineam. 3 Reg. 21.

b

Condicio 3a quod oportet quod testis habeat
deposicionis constanciam et perseuerancie
firmitatem. Cum enim testis est vari-
us in deposicione, eius testimonium re-
pellitur. Unde propter hoc Dan. 13 Da-
niel conuicit illos presbiteros falsum
dixisse testimonium contra Susannam
quia iudices fuerunt varii in deposicione
quia unus dixerat quod uiderat eos
concumbentes sub scino, alius sub
prino. Modo uidetur nunc quod
beatus Iohannes euangelista in ordine
ad verbum dei excellenter luminosus
fuit primo ex visionis celsitu-
dine et reuelacionis magnitudine;
fuit singulariter graciosus ex [illegible]
rectitudine et incorrupcionis pulcritudine;
fuit utiliter speciosus ex explanacionis cer-
titudine, ex declaracionis limpitudine.
Ipse enim [illegible] liter archana
prospexit subtiliter deitatis,
dilexit sinceriter mandata sanctitatis,
conscripsit utiliter documenta veritatis.
Condicio prima quod beatus Iohannes euangelista
in ordine ad verbum dei fuit excellenter
luminosus ex visionis celsitudine et
reuelacionis magnitudine. Ipse
enim prospexit subtiliter archana
deitatis. De hoc loquitur Augustinus omelia
i super Iohannem dicens sic: Erat Io-
hannes iste [illegible] de montibus
illis de quibus scriptum est Suscipiant
montes pacem populo. Montes excelsi
anime sunt. Ergo de istis Iohannes erat qui
dixit In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum. Suscepit pa-
cem. Mons iste contemplatur diuinitatem
verbi. Qualis iste mons erat quam
excelsus, quam sanctus, quam altus. Trans-
cenderat enim omnia cacumina terrarum,
transcenderat omnes campos aeris, trans-
cenderat omnes altitudines siderum,
transcenderat omnes choros et legiones

angelos. Nisi enim transcenderet omnia
ista que creata sunt, non perveniret
ad eum per quem facta sunt omnia.
Non potestis cogitare quid transcenderet
nisi videatis quo pervenerit. Omnis
de celo et terra facta sunt, omnes de hiis
que sunt in celo et terra, et utique multo
magis ipsa facta sunt. Enumerat de
spiritualibus creaturis de angelis et
archangelis sedibus. dominationibus.
virtutibus principatibus. et ipsa facta
sunt. Cum enim enumerasset omnia, post
conclusit sic: Ipse dixit et facta sunt,
ipse mandavit et creata sunt. Si dixit et facta
sunt, per verbum facta sunt. Si autem per
verbum facta sunt, non potuit cor Johannis
pervenire ad id quod ait: In principio
erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum,
nisi transcendisset omnia que facta sunt
per verbum. Et Petrus Damiani in sermone
primo quem fecit de eo dicit: Redemp-
tor noster dilectum sibi spiritali prerogativa
discipulum ad declarandum sue divi-
nitatis eternitatem quasi orga-
num fecit, atque ut hoc suppleret quod
ad tempus ipse dispensative expresserat
sibimet vicarium dereliquit. Exple-
to passionis atque resurrectionis seu
ac ascensionis misterio, post quasi tredecim
fere annorum lustra, cum iam videlicet
homines liberiorem ad capescendam veri-
tatem haberent mentis obtutum, hic
consubstancialis et coeterno deo verbi pan-
deret sacramentum dicens: In principio
erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et
subdit: Prima igitur hic beatus apostolus
de deo inaffabili atque incomparabili ceteris
mortalibus loquitur. Unde factum est
ut non solum a grecis sed etiam a Lati-
nis undique theologus appellaretur.
Sed quia istud magis inferius
prosequemur, pertransimus ut de eo

dicitur et illud Ysaie lv. Testem populis
dedi eum ducem ac preceptorem gentibus.
Dicto secundo quod beatus Johannes fuit in ordine
ad verbum dei singularis, gratiosus existen-
tionis rectitudine, ex incorruptionis
fortitudine. Ipse enim dilexit sicut
mandata facientis. Ad literam enim sicut
Beda in prologo super evangelium Johannis
dicit: Ipse virgo electus a domino virgo
in evum permansit. Virginitate autem nichil
pulcrius, nichil iocundius et celestius.
Dicit enim dicat Beda in sermone de as-
sumptione Marie: Semper est angelis cog-
nata virginitas. Vivere in carne preter
carnem non terrena vita est sed cele-
stis. Unde in carne angelicam vitam ge-
rere vero maioris est meriti quam habere. Esse
enim angelum felicitatis est, esse virginem
virtutis. Cum hoc obtinere homo nititur viribus
cum gratia quod habet angelus ex natura. Sed
videte quod ex ista conditione tante puritatis
meruit habere postea sed ut esset tante lumino-
sitatis et claritatis. Unde Beda in home-
liario super Johannem dicit: Johannes sin-
gulari privilegio castitatis meruit ut
ceteris altius caperet simul et patefaceret
archanum deitatis. Et Crisostomus super Johannem
omelia prima dicit, quod Johannes animi sui pul-
critudine et intelligentia ipsum etiam
Christum attraxit ac spiritualem gratiam accessit.
Dicit enim litterarum hic compositam aureum ple-
ctrum sentem, ita preparans animam suam
dedit ut magnum quid et excelsum spiritus
sanctus resonaret per illud. Et Petrus Damiani dicit
in sermone primo de ista festivitate: Non
immerito tam profunda tamque superveniens
revelatio deitatis virgini debebatur
ut qui carnis sibimetipsi amputaverat
illecebras felici commercio spiritualis
dulcedine celestium epularum deliciis fer-
veretur. Ad tantum igitur gratie puritatis
est privilegium ut omnem transgrediens
creaturam illuc acie mentis attingeret
quo non propheta non patriarcha non denique

a

quis ab ipso mundi primordio cogno
sciatur in eterne positus aspexisse Et
subdit in eodem sermone Merito beatus
Johannes et precedentes omnes et subsequentes
divinorum scriptores voluminum gloria
singularis precedit eloquii / quem non
luxuria polluit, non libido corrupit
sed virginalis integritas perpetue incor-
ruptionis titulo decoravit / qui nup-
tialis copule thalamum deserens omnem
illecebrem carnalis ardorem in cele
stium deliciarum transtulit voluptatem /
Et Jeronimus dicit in prologo super Johannem quod
hoc virgini debebatur / ut incorrupti
verbi opus inchoans solus verbum carnem
factum esse / nec lumen a tenebris com-
prehensum testaretur / Et ei in apocalipsi etiam
incorruptibilis finis pro virgine reddet
dicente christo Ego sum alpha et o princi-
pium et finis Et origenes omel. i. super
Jo. expresse deducit / quod ad tantam altitu-
cognitionis ubi Johannes ascendere non
potuisset nisi prius fieret per carnis
integritatem deus Et dat exemplum
dicit enim quod sicut radius oculorum in omnes
species rerum sensibilium colores quod non
prius potest sentire quam se solaribus radiis
inmisceat / unumque tunc ipsis et in ipsis fiat
ita animus sacerdotis pura rerum spiritualium
omnem intellectum superantem cognitionem non
sufferet accipere nisi prius incomprehensibilis
veritatis participationem dignus efficiatur
habere / Factus itaque theologus in deum
transmutatus veritate / particeps deum verbum
subsistere in dei principio hoc est dei filium
in deo preter principiat / In principio inquit
erat verbum intuere celum apertum hoc su-
mo et sancte trinitatis revelatum mundo
insinuans / Quia adulte angelum dominum super
filium hominis ascendentem nobis videli-
cet annunciantem ipsum esse ante omnia in
principio verbum at mox descendente super

b

eum filium hominis clamantem et
verbum caro factum est / Patet ergo quomodo
altitudo contemplationis dependet ex
pulcritudine incorruptionis Et hoc
etiam testatur philosophus. In nullo enim
actu tantum absorbetur ratio sicut
in actibus venereis Sicut dicit
philosophus vii ethicorum Et ratio potest esse di-
dominus enim ad hoc quod oculus corporalis
sepius impeditur ne videat videlicet
humore nocivo visum prohibente
vigore proprio oculum deserente | Excellenti
fulgore nimio ipsum corrumpente | sensibilium
corrumpit sensum / modo humor no-
cens est humor carnalis concupiscentie
que visum prohibet / delectata est
enim divina contemplatio non datur carnali-
tibus aliena Sicut dicit Crisostomus super
beati mundo corde quoniam ipsi deum vide-
bunt Mathei v. Vigor proprius hominis est
celestia querere / sursum se tene-
re non deorsum ut iumenta / Vigor ergo
proprius oculum deserit quando omissis cele-
stibus animus ut iumenta in sterco-
ribus computrescat i. in fetore luxurie
vitam ducat Et hic enim verificatur
illud psalmus homo cum in honore esset
non intellexit compa. in. z. s. f. e. illis
De talibus dicebat Augustinus Thob. 6.
quod libidini sue ita vacat sicut
equus et mulus in quibus non est intellectus
Et fulgor nimius ipsum corrumpit
in tanta debilitate est in animo ut nulla
possit spiritualia si sola carnalia
cogitare Ideo dicit Augustinus primo libro
soliloquiorum Nichil ita censeo quod
magis ex arce deiciat animum virilem
quam blandimenta femine / corporumque
ille contactus / Beatus ergo Johannes ex
ista carnis integritate et animi
puritate tantum celsam ubi dominum me-
ruit claritate Unde sic dicitur i. Jo. i.
Ipsius ergo testificatur qui ipsius est

veritas. Dicto 2o q Iohs in or-
dine ad vbu dei fuit vtilit serio-
sus explanacionis certitudine, ex
declaracionis limpitudine. Ipse
eni cosc̄psit vtiliter documenta veri-
vt de eo dicamus illud Eccl. vlt
Cu esset sapientissimus docuit ppl̄m
et enarrauit que fecerit quesiuit
vba vtilia, et conscripsit sermones
rectissimos et veritate plenos. Vn
Origenes dicit de eo, q tantu nob
tradidit quantu natura huana cape
potuit. Et Ioh. crisostomus sup. 2
huius festiuitatis dicit sic. Iohs
ita nobis tante caritatis extitit, ut diui-
nitus sibi traditos sapie et sciencie
claues, cos sacros celestium thesau-
ros expandit, et eterne vite diuici-
as quas solus acceperat nobiscum
participando largit ac fidelit eroga-
uit. Quid eni diuine sapie et sciencie
quis quod apud Iohanne reperire no
possis, que eni heretica prauitas, que
arriana perfidia, que iudeorum ve-
sana calupnia, que gentilium phorum
versucia, que denique fasmaticorum abho-
minanda fassura, bti Iohannis elo-
quio no e superata. cuiusque doctrinis
eadem attrita. Si quis eni ab vnitate
veritatis obuiant nobis volumina
questionum, illico Iohs accedit impune
dum Iohs occurrit Iohs silenciu
verbosis imponit, quociens siquidem de
vera humanitate ac diuinitate xpi
certamen questionis aboritur, que videlicet
omnibus immicas patris quis e matris
diuinitati, protinus ad euangelium Ioh
curritur. Iohannis impugna patro-
ciniu queritur, et sic mox tocta lita-
gios certamus macula conquiescit. Quid
igit mirum in doctrinis quod Iohannis
volumina satisfacta no teneantur, q
in virtutibus, quid in meritis quod

beatissimus Iohs incomparabilis no excel-
lat. Et Origenes omel. 1 sup Iohannem. Ipsum
exsta placione et declaracione no solum
Iohannem beato paulo coparat sz etiam
ipsum sibi preponit dicens sic. O beate pau-
le raptus es ut tu ipse asseris in terciu
celu in paradisum, sz no es raptus sup
omne celu et paradisum. Iohs omne celu
conditum omne creatu paradisum hoc est
omnem humana angelicam creaturam trans-
greditur in tertium celu. O vas eleccionis
et magr gentium audisti vba q no licet
homini loqui. Iohannes intime veritatis
inspector vlt omne celu in paradiso pa-
dissoru hoc e in causa omnium audiuit vnu
vbu per quod facta sunt omnia, et licuit
ei illud vbu dicere hominibus predicare
quantu hominibus predicari pt, ita ut si-
dualit clamet In principio erat vbu
ut de eo dicamus illud quod scribit Eccl.
31. Splendidum in panibus benedicent
labia multorum et testimoniu veritatis illius
fidele. Ibi glo. i e. Rabani, q pa-
nem vbi fideliter dispensat et testimonium
veritatis no occultat in presenti et in futuro
benedicetur. Talis testis fuit Iohs de
quo dr in ps. 88. testis in celo fidelis.
Habemus ergo duo. Primo q testis sit
fidelis oportet q habeat cognicionis
notitie claritatem, intencionis et co-
sciencie puritatem, disposicionis constancie
seu perseuerancie firmitatem. Vt scilicet sit
Clarus in cognicione | Et primo probatum e
Purus in intencione | Habemus 2o
Firmus in disposicione | q beatus Iohs certa-
in ordine ad vbum dei | visionis celsitudine
fuit excellentissimus ex | reuelacionis magnitudine
fuit singularis gracie excitatus rectitu-
dine et incorrupcionis pulcritudine
fuit vtilis seriosus explanacionis re-
ctitudine ex declaracionis limpitudine.
Ipse eni perspexit subtilit archana dei
dilexit sinceriter mandata sanctitatis
conscripsit vtiliter documenta veritatis

a

Resumpcio thematis

Ut supra probatum est / Ergo conuenient
ut dicit verba thematis preassumpta
Testimonium perhibuit verbo dei / In quibus
verbis duo tanguntur / eructuauit
Primo quod Johannes bibit et / vinum mi-
re suauitatis. flagrancie odoris et
vtilitatis Testimonium perhibuit / Iste
enim ructus non processit animo infecto
animo suspecto Sed animo electo de
quo Cant. v. Bibite et inebriamini
carissimi Et io. eructauit cor suum verbum bonum
Sed quo Johannes nouit et magnifi-
cauit verbum eiusdem cum patre coeternitatis
coequalitatis / connaturalitatis / consubstancialitatis
essencie glorie et splendoris / sed distincte
personalitatis et proprietatis quod verbo dei
vix possumus sic distinguere / Videtur enim
michi quod Johannes Et verbum protulit
Et verbum extulit / omni acceptacione digne
Protulit verbum dignissimum Testimonium perhibuit
Extulit verbum omni dignacione et ope-
re plenissimum verbo dei / verbum prelatum sa-
pit hodie attendamus / lubenter sic inspi-
ratum diuinitus in nomine Testimonium perhibuit
Et suscipiamus verbum quando eternaliter
sed incarnatum humaniter in virgine
verbo dei / hodie presentem verbum
habemus quod clara honorificencia / debi-
ta reuerencia magnaque gloria prosequendum
per Johannem qui testimonium perhibuit
Videmus quo natum verbum tota anima to-
ta memoria tota intelligencia grata
beniuolencia diligendum per verbum dei
Testimonium perhibuit verbo dei Et ut bre-
uius prosequar totum simul / Et videtur
michi quod beatus Johannes fuit septies vo-
catus et ad septem officia et sic ut te-
stimonium perhibet verbo dei / in naui quoad
Fuit enim primo vocatus / nobile fasti-
gium apostolatus ut testimonium perhibet de
verbi conuersacione Mathei x et Joh. i
Fuit 2o vocatus in nupciali conuiuio
ad celebre procinium celibatus ut

b

testimonium perhibet de verbi incorrupcione
Unde Jeronimus in prologo super Johannem
dicit quod dominus volentem Johannem nu-
bere vocauit de nupciis / super alio
Fuit tercio vocatus in monte / ad iudicia-
le iudicium potestatis ut perhibet te-
stimonium de verbi glorificacione Mathei xvii
Assumpsit Petrum Jhesus Jacobum
et Johannem et transfiguratus est
ante eos etc Et sequitur Nemini
dixeritis visionem donec filius hominis
a morte resurgat / in crucis pati-
Fuit quarto vocatus / bulo ad humile
obsequium famulatus ut testimonium per-
hibet de verbi et matris eius prefectione
Joh. xix Cum vidisset Jhesus matrem
et discipulum stantem etc / lio ad
Fuit quinto vocatus in exi- / utile
exercicium doctoratus ut testimonium per-
hibet de verbi gubernacione Ubi enim
in pathmos insula relegatus scripsit
Apocalipsim ostendit quod Christus
ecclesiam regit dirigit et gubernat
Fuit 6o vocatus in ephesio ad singula-
re et desiderabile eloquium affatus
ut testimonium perhiberet de verbi diui-
na generacione Unde ibi scripsit euangelium
contra errores hereticorum et insurgen-
cium et dicencium Christum non esse ante
Mariam / attendentes in Christo solam
natiuitatem temporalem non considerantes
eternam quam a patre eternaliter processit
Fuit septimo vocatus in die extremo
ad delectabile premium inuiolabilis ut
testimonium perhiberet de verbi premiacione
Ergo bene ex septem vocacionibus in
septem locis factis / et ad septem offi-
cia et septem de verbo testimonia con-
uenienter testimonium perhibuit verbo
dei ut de eo exponamus quod
scribitur Joh. i Hic venit in
testimonium ut testimonium perhiberet de
lumine / In quibus verbis tria tanguntur

propter que probatur manifeste quod eius
est testimonium admittendum. Ad hoc
enim quod aliquod testimonium admittatur
requiruntur tria videlicet fide
primo quod sit homo bone conditionis et status ponat
secundo quod se non ingerat non interrogatus
tertio quod videat de facto enarratus
modo ut Johannes admitti debeat
primo premittitur eius conditio excelsa et nobilis hic
secundo exprimitur eius visio certa et celebris
propter quam suavissime familiariter et fi-
lialiter adoptatur quia testimonium perhibet
ipse enim spiritus reddit testimonium
spiritui nostro quod sumus filii dei ad Ro. 8.
tertio subiungitur eius certificatio vera
et stabilis propter quam constantissime
et irreprehensibiliter attestatur ut te-
stimonium perhibet de lumine id est ad licam
de verbo dei quod est lumine ad re-
velationem gentium et gloriam plebis tue israel de quo ysa. 60.
surge illuminare iherusalem quia venit lu-
men tuum etc. De quo in symbolo ni-
ceno: Credo in unum deum et in unum
filium dei unigenitum et ex patre na-
tum ante omnia secula deum de deo lumen
de lumine deum verum de deo vero. Ego pro-
sequar solum primum alia tamen intermitten-
do quoque causa brevitatis. Dico
ergo primo quod premittitur eius conditio
excelsa et nobilis propter quam singularis-
sime et specialiter denotatur hic.
Ad cuius evidentiam sciendum quod apostolus
ad ephesios dicit 4. quod christus dedit ecclesie
quosdam quidem apostolos quosdam prophetas
alios vero evangelistas alios autem
pastores et doctores ad consummationem
sanctorum in opus ministerii in edificationem
corporis christi id est ecclesie que est corpus
eius. Dicit dicat idem apostolus ad ephesios 1.
Christum enim dedit caput super omnem
ecclesiam que est corpus eius. Et
videtur michi quod illud quod christus dedit

aliis divisim dedit Johanni coniunctim.
Ipse enim fuit et apostolus et propheta et evangelista
et pastor et doctor. Et non solum hec
primo etiam angelus et angelicus et virgo
et martir. Unde apparet quod quicquid
est necessarium ad edificationem corporis christi
id est ecclesie totum fuit in Johanne. Unde
videtur quod eius conditio ostenditur excel-
sa et nobilis ut possit merito et sin-
gulariter denotari ex septem videlicet
primo ratione status apostolici cum suis aggre-
gatur. Apostolus enim est.
secundo ratione spiritus prophetici quo copiosi-
us illustratur. Propheta enim est. quo
tertio ratione gradus evangelici altius
sublevatur. pastor enim est et princeps
in tota asia minori. loquitur quo perfec-
tius informatur.
quinto ratione spiritus theologici
doctor enim est et perexcellentissimus theologus vocatur.
sexto ratione cultus angelici quo venu-
stius adornatur. Virgo enim est.
septimo ratione actus martirii quo constan-
tius roboratur. Martir enim est sicut
videbitur infra. Et de eo dicamus illud
matth. 5. hic magnus vocabitur in regno
celorum. Mirabatur enim eccli. 31. quis
est hic et laudabimus eum fecit enim
mirabilia in vita sua. Et possumus videre
quod scribitur actuum 18. vir eloquens
venit ephesum potens in scripturis
hic erat edoctus viam domini et fer-
vens spiritu loquebatur et docebat dili-
genter ea que sunt ihesu. Et videtur mi-
chi quod ex istis 7 conditionibus convenien-
tissime venit in testimonium ita ut
nullomodo possit a testimonio repelli. Quis
enim a testimonio repellat
virum apostolicum familiarissimum in conversatione
virum propheticum excellentissimum in revelatione
virum evangelicum altissimum in contemplatione et amatione
virum gerarchicum fructuosissimum in gubernatione
virum theologicum eruditissimum in cognitione
virum angelicum purissimum in exterioritate

Nota Johannis privilegia et 7

Ex tertio ratione status gerarchici quo sublimatur pastor enim est et princeps in tota asia minori

Dni ministrum constantissimi in fide confessione
et audacter dicit illud Joh. 8. Ego
sum qui testimonium perhibeo, et merito quia
Johannis 15. dixit Ihesus Johanni et aliis
apostolis Cum venerit paraclitus ille te-
stimonium perhibebit de me, et vos testimonium
perhibebitis quia ab initio mecum estis
Non prosequor, sed videtur quod beatus Johannes
habuit 7 privilegia in quibus ostenditur quod excel-
sit valde que merito singularissime et
specialissime demiratur Quare prosequar
et faciam finem | Perspicacitatis et
Primo quod intuitum aquilarum | eloquium abyssale perfudit
Secundo fastigium prophetalis claritatis
Tertio privilegium virginalis integritatis
Quarto indicium specialis caritatis
Quinto reclinatorium specialis maiestatis
Sexto misterium obsequialis filiationis
vel obsequii consortium matris et virginis
divinalis fecunditatis | singularis
Septimo exitum et obitum | felicitatis
Dico primo quod habuit intuitum aquilarum
perspicacitatis et eloquium abyssalis perfudit
Sicut patet hoc propheta Ezech. in illa visione
mirabili Ez. 1. Johannem aquile non
aucumque sed supereminenti comparavit dicens
facies aquile desuper ipsorum quatuor spe-
cierum, aquile comparat Apoc. 4. Non
autemque aquile sed volanti Unde dicit
Et quartum animal simile aquile volanti, ut de
isto suo volatu altissimo et visu lim-
pidissimo fere de sacris loquitur, Unde de
hoc loquitur Augustinus in omelia super isto verbo
Joh. 1. In principio erat verbum dicens sic, Vox
spiritualis aquile auditum pulsat ecclesie
exterior sensus transeunte accipiat sonum
interior animus maneat, penetret in-
tellectum vox alti nidi volatilis non
aerem corporeum vel etherea vel totius
sensibilis mundi ambitum supervolitans
sed omnem theoricam ultra omnia que sunt
et que non sunt tintinnabulis intime theo-

logie perius clarissime, superneque
contemplationis obtutibus transcendentes
dico autem que sunt que sive humanum
sive angelicum non omnia fugiunt sensum
que vero non sunt voco que perfecto
omnes intelligentie vires relinquunt
Supervolat itaque beatus Johannes
theologus non solum que intelligi aut
dici possunt verum etiam in ea que su-
perant omnem intellectum et significa-
tionem supervehitur extra que omnia
ineffabili mentis volatu in archana
unius omnium principii exaltatur
incomprehensibilemque ipsius principii
et verbi hoc est patris et filii unitatem
substantialitatem pure dinoscens evangelium
suum inchoat dicens In principio
erat verbum. Johannes beate neque
inmerito Johannes vocaris quod interpreta-
tur latine Cui donatum est. Cui
enim theologorum donatum est quod tibi
donatum est, abdita videre summi bo-
ni penetrare mysteria et ea que tibi
revelata ac declarata sunt humanis
mentibus ac sensibus intimare
Et subdit in eadem omelia Spirituale
petasum tintinnolum demum Jo-
hanne theologum quod omnem visibilem
et invisibilem creaturam superat deum
intellectum penetrat deificatusque
deificante se intravit in deum
Item dionisius in epistola quam sibi
misit cum esset in pathmos insula
et est epistola ultima vocat eum solem
evangelii, vocat etiam eum clarissimum
radium Vocat etiam doctrinam suam
veram theologiam Item beatus
Augustinus omelia 19. super Joh. in primo dicit
sic Verba domini nostri Ihesu Christi ma-
xime que Johannes evangelista comme-
morat quo sine causa super pe-
ctus domini recumbebat, nisi ut

secreta altioris sapie cuius ebi-
beret, et que amando bibeat ewn-
gelizando ructaret / ita secreta sunt
et profunde intelligentie / ut omnes per-
turbet qui peruerso sunt corde / et omnes
exerceat qui recto sunt corde Et sub-
dit in eadem omel. pretactus illud Jo. 1.
quecumque facit pater hec eadem et filius
facit similiter, ut ceteram dicat sic. Iste
Johannis ewangelista transcendit carnem trans-
cendit terram quam calcabat / transc-
endit maria que videbat / transcendit
aerem vbi alites volitabant / trans-
cendit solem / transcendit lunam / trans-
cendit stellas / transcendit omnes spiritus qui
non videntur / transcendit mentem suam
ipsa racione animi sui transcendens ista
omnia Et effundens super se animam
suam quo peruenit quid vidit In
principio inquit erat verbum et v. e. a.
d. et d. e. v. Et idem Augustinus omel.
17. super Jo. in principio dicit sic Notum
est non rudibus auribus cantatum ewan-
gelista Johannes velut aquila vo-
lare altius / caliginemque terre transcen-
dere, et luce veritatis firmioribus
oculis intueri Et idem Augustinus omel.
33 dicit sic / in quatuor ewangelijs vel po-
cius in quatuor libris primus ewange-
listis Johannes apostolus non immerito secundum spiritu-
alem intelligenciam aquile comparatus
multoque sublimius alijs tribus
ewangelistis erexit predicationem suam
et in eius erectione tua corda mea
erigi voluit / Nam ceteri tres ewangeliste
tanquam cum homine domino in terra ambu-
lant et de diuinitate eius pauca di-
xerunt Istum autem Johannem quasi pigeret
in terra ambulare sicut in ipso exordio
sui sermonis intonuit / erexit se
non solum super terram et super omnem ambi-
tum maris et celi Et super omnem etiam

exercitum angelorum et super omnem insti-
tucionem visibilium creaturam, et peruenit
ad eum per quem facta sunt omnia dicendo In
principio erat verbum et v. e. a. d. et d. e. v. Hoc
erat in principio a. d. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum
est nichil / Sunt tanta sublimitate principij
etiam cetera congrua predicauit / Et de
domini diuinitate quo nullus alius lo-
cutus est / hoc ructabat quod biberat /
non enim sine causa de illo ewangelista in
ipso isto ewangelio narratur quod Johannes vltra
quia in cena super pectus domini discube-
bat De illo ergo pectore in secreto bibe-
rat / sed quod in secreto bibit in mani-
festo eructauit ut perueniret ad omnes
gentes non solum incarnacio filij dei et
passio et resurrectio / sed etiam quid erat
ante incarnacionem vnitur patri / coeternus
patri generanti / equalis ei a quo missus
est / sed in ipsa missione minor factus
quo maior esset pater Et in eadem omel.
circa medium dicit sic dixi vobis fratres
quia Jo. iste ewangelista factus multum alte
volat Hic est enim mente contingere Hinc
in imo quatuor animalium Johannis aquile com-
paratur / alij enim tres ewangeliste ipse de terre-
nis .i. de hijs que in terra gessit dominus
ihesus xpus non recesserunt, de diuinitate
eius pauca locuti sunt tanquam in terra cum
illo ambulantes Venit aquila ipse
est sublimium predicator et lucis eterne
atque intime fixis oculis contemplator Di-
citur enim et pulli aquilarum a parenti-
bus sic probari. prius scilicet vngue sus-
pendi et radijs solis opponi qui firmiter
contemplatus fuerit filius agnoscitur
Si acie palpitauit tanquam adulterinus ab
vngue dimittitur Jam ergo videte
quam sublimia loqui debuit qui est aquile
comparatus De hoc etiam loquitur idem
Augustinus omel. 18 super Johannem et pulcre
de consensu ewangelistarum li. 1. c. dicens sic Tres
ewangeliste Matheus scilicet Marcus et Lucas

a

in hiis rebus maxime versati sunt quos Christus per humana miracula temporaliter gessit. Porro autem Johannes ipsam maxime divinitatem domini qua patri est equalis intendit. Eoque pectore suo eternaliter quantum in homine sufficere credidit commendare curavit. Itaque longe a tribus istis superius fertur ita ut hos videas quodammodo in terra et pervenisse ad liquidum celum unde acie mentis acutissima atque fortissima videret in principio verbum deum apud deum per quod facta sunt omnia, et ipsum agnosceret carnem factum ut habitaret in nobis. Et subdit: Johannes super nubila infirmitatis humane velut aquila volat, et lucem incommutabilis veritatis acutissimis atque firmissimis cordis oculis intuetur. Et .q. li. c. 9. dicit sic: Divinitatis Christi coequalis est patri secundum quam ipse et pater unum sunt a Johanne maxime commendata suscepta est, qui sicut aquila in hiis que Christus sublimius locutus est immoratur, nec in terram quodammodo unquam descendit. De hoc etiam loquitur Jeronimus in epistola ad paulinum .o. e. in fine et est in prologo super biblia dicens sic: Johannes rusticus piscator indoctus et unde illa vox obsecro: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demostenes eloquens ignoravit. Et c. a. dicit sic: Apocalipsis Johannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi, et pro merito voluminis laus omnis inferior est, in verbis singulis multiplices latent intelligentie. Et idem super Ezech. super illo verbo Facies autem aquile desuper ipsorum quatuor dicit sic: Aquila super alia est qui de nativitate referens spirituali quo pater in filio et filius in patre dicit sic: de qua nativitate rectissime dicitur Generationem eius quis enarrabit. Et in eodem p°

b

madio in commentario suo super Zachariam libro ultimo circa finem dicit sic: Johannes evangelista archana noverat misteria, qui ausus est dicere quod forte angeli nesciebant: In principio inquit erat verbum etc. Et ideo amatur a domino quia optimum habebat presidium et recubuerat super pectus Ihesu unde et hauserat sapientiam. Et idem li. 1. contra Jovinianum c. 26. dicit: Johannes vero qui aquila ad superna volat et ad ipsum patrem pervenit dicens: In principio erat verbum etc. Item Ambrosius de sacramentis li. 3. dicit sic: Omnes evangeliste, omnes apostoli preter proditorem omnes sancti, tamen sanctus Johannes qui verbo scripsit evangelium et electus a Christo maiore quadam tuba fudit eterna misteria, quicquid locutus est misterium. Et idem de incarnatione domini c. 2. dicit: Johannes utique piscator non utique ut quilibet piscator dixit: In principio erat verbum, sed quem humani piscatoris effectus gratia non pisces caperet sed homines vivificaret. Unde sanctum est quod dicit: sicut eius qui vivificandi ei tradidit potestatem. Piscator enim prius quos iam capiebat piscibus taciturnior erat et circa divina misteria magis mutus, qui vocis sue nesciebat auctorem, sed vivificatus a Christo vocem audivit usque humane verbum agnovit in Christo. Et ideo plenus spiritu sancto qui sciret principium non temporis esse sed super tempora, reliquit secula, ascendit spiritu super omnem principatum et ait: In principio erat verbum etc. Et c. e. dicit: Cum Johannes in hoc quod reclinavit caput super pectus Ihesu intelligitur quod in capite principale omnium sensuum sit, quod ipse archano quodam sapientie singulari exprobatur. Item Gregorius super Ezech. parte prima omel. 2. in principio dicit sic: Anima a

diuinitate verbi cepit digne per aquila
significatur. Johannes qui dicens In principio
erat verbum etc. dum in principium diuinitatis
suam intendit quasi more aquile
oculos in solem fixit. Et subdit: Ju
re locus aquile non infra sed desuper esse
describitur quia ad verbum patris dum apud
patrem esse denunciat super evangelistas
ceteros virtute contemplationis excre
vit, ad quibus et si simul de eius
deitate loquitur, hac tamen omnibus subti
lius contemplatur. Et subdit: Et si
aquila cum tribus aliis adiuncta quatuor
animalia esse memoratur, mirum est quo
desuper ipsorum quatuor esse describitur
nisi quia Johannes per hoc quod in principio verbum
vidit etiam super semetipsum transiit, ni
si enim se transcendisset verbum in principio
non vidisset. Diuina ergo et seipsum trans
gressus est, non tamen solummodo super cete
ros adiuncto etiam se desuper posuit quatuor
fuit. Et idem Moralium li. 31. c. 38. per
tractans illud Job 39. Numquid ad preceptum
tuum eleuabitur aquila dicit sic:
Johannes per aquilam signatur, quia volando
terram deseruit et per subtilitatem intelli
gencie interna misteria verbum videndo
penetrauit. Iste Beda etiam loquitur
de hoc in omelia super Johannes omeli
prima dicens sic: Non frustra beatus
Johannes dilectus domini discipulus in ce
na super pectus domini recubuisse
perhibetur, sed hoc typice docetur quod
celestis haustum sapientie ceteris excel
lentius de sacratissimo eiusdem pectoris
fonte potauit. Unde et merito in figura
quatuor animalium aquile volanti comparatur.
Cunctis quippe auibus aquila celsius
volare, cunctis animantibus clarius solis
infigere consueuit obtutus. Et ceteri
evangeliste qui in terra ambulabant cum
domino qui temporalem eius generacionem pre

et temporalia facta sufficienter exponentes pau
ca de diuinitate dixerunt. Hic autem quasi
in celo cum domino volans cum pauca de
temporalibus eius actis edisseret, etiam
diuinitatis eius potentiam per quam omnia
facta sunt sublimius mente volando et
limpidius speculando cognouit ac nobis
scribendo tradidit dicens: In principio erat
verbum. Et idem in commentario super Marcum
exponens illud Marci 3. quod vocauit
ihesus ad se Jacobum zebedei et Johannem
fratrem eius et imposuit eis nomina Boa
nerges dicens sic: Apte et perfecte filii to
nitrui sunt cognominati quorum unus
saliter Johannes evangelista celestibus in
tonans voce illa theologica quam nemo
prius edere nouerat emisit dicens In principio
erat verbum etc. usque Et verbum caro factum
est. Cuius quidem vocem tante virtutis
pondere quondam reliquit ut si aliquis plus
vel altius intonare voluisset, nec capere
capere mundus posset. Et de hoc etiam loquitur
Jo. Cris. super Jo. omel. prima dicens sic: Cum
tonitrui est filius, quod dilectus Christi, quod co
lumpna ecclesiarum que per orbem terrarum sunt et illius
qui claues habet celi, quod calicem Christi bibit
quod baptismo eius baptizatus est, quod re
cubuit super pectus domini cum presumpcione
multa, hic ad nos intrat non fabulas
confingens, nec laruis occultans caput, nec
in pulpito ascendens, nec saltatricem pe
de percuciens, neque veste ornatus aurea
sed intrat stola habens inenarrabile
habentem pulcritudinem, Christum enim indu
tus nobis pedibus calciatus apparet
speciosus in preparacione evangelii pacis
Evangelium quidem in habitu non oportuit
auro sed veritate contextum, sed profunditate
immensum, sed et dignitate supremum. Et
idem in eadem omelia dicit Johannes itaque
de celo loquens et tonitruo clariorem
vocem emittens omnem orbem terrarum
obtinuit et assumpsit ac boatu repleuit

a

Non enim asper et indelectabilis est iste
bonus sed omni armonica musica vo-
luptuosior ac desiderabilior ut eos
qui eum diligentia suscipiunt et custodiunt
non sit de reliquo homines esse et in ter-
ra manere, sed super omnia mundana stare
celum inhabitare, et in angelica regem
translatos esse. Nichil enim nobis huma-
num sed omnia spiritualia de abyssis in-
abditis illis spiritus sancti exhauriens
que et angeli primus voce diduxerunt
nobiscum. Item de hoc etiam loquitur be-
da simone. 8 super cantica dicens sic
Archana sue divinitatis unigenitus
qui est in sinu patris ipse enarravit Jo-
hanni evangeliste utique discipulo quem
diligebat ihesus conplacita enim deo fuit
anima illius digna prorsus nomine et
dote sponse, digna sponsi amplexibus
digna denique que recumberet super pectus
domini hausit Johannes de sinu unigeniti
quod de pectore hauserat ille. Item de
hoc etiam loquitur haymo super apocalypsim li. 3.
commentarii sui dicens sic, Certum enim est
quod sicut aquile volans ipse enim Johannes
qui irreverberatis oculis transcendens omnem
altitudinem celi et post choros ange-
lorum divinitate filii dei intuetur dicens
In principio erat verbum etc. Et idem dicit super
eodem verbo Richardus. Item de hoc et
loquitur pulcre episcopus dam. simone
2o que fecit de ista festivitate dicens
sic Omnis digne considerat de quanta humi-
litate Johannes piscator ad quante celsitu-
dinis culmen meruit sublimari, ita
qui olim una navicula contentus et
rethibus maris profunda simpliciter
scrutabatur, nunc illustrate mentis
radio secreta celestia penetrat, mi-
steria intonat, divini consilii homini-
bus occulta revelat, prophetica deprimit ora-
cula, apostolica tradit hominibus documenta

b

primo in speculando summe divinitatis
essentia, precedit prophetas, supergre-
ditur patriarchas, apostolos superat, po-
stremo totius humanitatis transcendit
ingenia, et illuc usque mentis acie
tendit, que vix et angelica valet
attingere creatura. Pax enim dei sic
dicit apostolus exsuperat omnem sensum
Ut illud sponse non immerito dicere vi-
deatur Introduxit me rex in cel-
laria sua exultabimus et leta-
bimur in te memores uberum tuorum
super vino. Et subdit in eodem ser-
mone. Ita divine sapientie sale omnis
beati Johannis videtur doctrina as-
persa, ut merito dicatur os dei lin-
gua spiritus sancti, cedrus paradi-
sy, lux ecclesie, orbis decus, preco celi,
lumen mundi, salus hominum, specialis
angelorum, lapis vivus, speculum lucis,
logotheta divinitatis, fundator
fidei, columpna templi, architectus vel
thabernaculi quod fixit deus et non ho-
mo, et cherubin iure perhibetur qui
sacre plenitudine ex christo redemptoris
pectore percepisse cognoscitur. Verum
enim nos quantumlibet effrenare contendimus
celsitudinis eius merita non equa-
mus. Cui enim divine laudis po-
ma meruit adeius digne merita
collaudanda humane lingwe fragi-
litas non assurgit. Ipse quippe est
laus eius qui illi et olim pauci tunc
factus est primum. De hoc etiam
ut accedat testibus 12o anni acceptare
dignissimus virgo maria loquitur
in epistola sua adignacium dicens sic
De ihesu que a Johanne audisti et
didicisti vera sunt, illa credas illis
inhereas, et christianitatis eius cepte
votum firmiter teneas. Ecce 3o per
testes excellentissimos quos Johannes ha-
buit istud primum et papinum privile-

quid videlicet intuitu aquilaris
perspicacitatis, et eloquio altissimalis
profunditatis. Unde merito possit dici
illa aquila de qua dicitur Ezech. 17. Aquila
grandis magnarum alarum, longo
membrorum ductu plena plumis
et varietate venit ad libanum
et tulit medullam cedri. Et illud
quod scribitur Ezech. 28. Tu signa-
culum similitudinis dei plenus sapientia
et perfectus decore in deliciis paradisi
dei fuisti omnis lapis preciosus operi-
mentum tuum. Unde merito dicat de se ipso
illud Joh. 19. Qui vidit testimonium
perhibuit et verum est testimonium eius et ille
scit quia vera dicit et ut vos
credatis. Et videte quod istud privile-
gium tantum fuit in Johanne quod in
isto non solum equatur petro immo ex-
cedit petrum. Petrus enim et si ex
verbo illo mirifico Tu es christus fi-
lius dei vivi Mt. 16. In quo in christo
duas naturas divinam scilicet et huma-
nam confitetur, meruit primatum super
totam ecclesiam obtinere, unde statim
sibi dictum est Tu es petrus et super
hanc petram etc. In quo verbo petrus
altissime volavit divina revelacione
cognoscens deitatem humanitatem
in christo in tempore fuisse coniunctam, tu
iohannes multo altius volavit propter
duo. Primo quod verba excellenciora
dixit et magis declarativa totius
divinitatis. Dixit enim primo verbi
ad patrem coeternitatem in principio erat verbum.
Secundo verbi apte distinctam proprietatem
et personalitatem quod verbum erat apud deum.
Tercio eandem verbi cum patre substantialitatem
quia deus erat verbum [illegible]
Quarto verbi quo ad omnia visibilia et in-
visibilia causalitatem effectivam
quod omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est
nichil. Quinto omnium factorum in verbo ydealem

exemplaritatem quod quod factum est in
ipso vita erat, primo creatura secundum verum
esse in verbo quam in se ipsa. Unde cognicio
eorum in verbo vocatur matutina et
eorum in se ipsis quem vespertina. Item ubi
Sexto factorum in verbo permanentem stabilitatem
quod quod factum est in ipso non solum creatum sed
in ipso vita erat. A verbo in omnia bonitatem
Septimo diffusam quod vita erat lux hominum etc.
Unde quelibet creatura non est nisi quedam bo-
nitas divina participata. Et verbi propriis
Octavo inspiratam Johanni claritatem
quod fuit homo missus a deo cui nomen etc.
Nono assumptam a verbo humanitatem quia
verbum caro factum est. Verbi benigni-
Decimo curam nobis tatem quia ha-
bitavit in nobis et vidimus gloriam eius etc.
Undecimo consecutam ex hoc nobis plenam
utilitatem quod plenum gratie et veritatis.
Secundo quod petro sic confessum est dicere
Tu es christus filius dei vivi, quod etiam
confessi sunt multi alii, sicut Marthe
Johannis xi. Sed Johanni ita confessum est
dicere In principio erat verbum etc. quod nunquam
post nec ante alicui alteri confessum
est dicere. Sed dico quod primo platoni. Un-
de dicit Aug. 10 de civi. dei c. 29. dicit
se audivisse a sancto Simpliciano Me-
diolanensi episcopo quendam platonicum dixisse
se platonem predicta verba In principio
erat verbum etc. usque ibi, et tenebre ea
non comprehenderunt, scripsisse in libris suis.
Unde dicebat illud Evangelium aureis
litteris conscribendum et ponendum in ecclesiis
in locis eminentissimis proponendum.
Sed quia posset forte responderi quod ille
platonicus mentitus fuerat, sancto Simpli-
ciano volens iactanter commendare ingenium
suum platonem Idem Aug. 7 confess.
c. 9 dixit quod hoc legerit ipsemet in
quibusdam libris platonicorum ex gre-
ca lingua in latinum versis. Et ideo
in octavo libro confess. c. 2. Sed victori-
nus quidam rethor urbis rome et do-

Nota

a

ctissimus senex et peritissimus omnium
liberalium artium qui etiam christianus mor-
tuus transtulit in lingwa latina ex
greco ea que portati erant de egypto tamen
tamen dicit quod omnino sub eisdem verbis
legerat in platone sicut legitur in verbo.
Et dicit ulterius Augustinus quod non legerat ibi
usque ad illud verbum Et verbum caro factum est
Sed videtur michi respondendum sicut re-
spondet Thomas parte prima questione 32
articulo primo in solucione primi argumenti
dicit enim quod plato non cognouit verbum
ut erat persona propria et distincta a patre
Sed solum ut verbum dicitur racio ydealis rerum
per quam deus omnia condidit que appropriatur filio
Johannes autem verbum annunciauit sicut
est quod verbum ut est persona distincta a patre
et spiritu sancto philosophi enim non cognouerunt
propria personarum sed magis appropriata Vel dicen-
dum quod platonici dicebant sub deo aliam
substanciam quam vocabant intellectum vel mentem
Johannes autem posuit eandem substanciam patris et
verbi nec ipsi etiam viderunt personam spiritus sancti
quam tamen sicut supra dictum est optime de-
clarauit Johannes Vel dicendum quod sicut deus lo-
cutus est per os asine Numeri 22 Sic
deus veritatem suam per os gentilium vo-
luit reuelare Non quidem ut ipsi dicta ve-
ritatis sicut est intelligerent sed ut parum
etiam in testimonium fidei ignorantes proferrent
Sic ergo Johannes protulit que nullus alius ante
vel post secundum verborum intellectum nec propter hoc
Johannes simpliciter prefertur petro qui sic
dicit Origenes omelia prima super Johannem
est et dicitur vertex apostolorum Sed in hac condi-
cione prefertur Et sicut non fit iniuria
christo cum dicitur aliquid sublimius de-
promisse per discipulum quam per se ipsum et
aliqua alia maiora fecisse miracula per
apostolum petrum quam per se ipsum cum umbra
petri multos infirmos legatur sanas-
se et non umbra christi Actuum 4 Sic
ipsemet predixerat Jo. 14 Amen amen

b

dico vobis ~~opera~~ qui credit in me opera
que ego facio et ipse faciet et ma-
iora horum faciet Sic nec fit iniuria
petro si Johannes prefertur in verbis si Jo-
~~hannes idem prefertur~~ cum petrus eidem
prefertur non solum in statu sed etiam in
signis et miraculis corruscacionis Et
videte quod forsitan causa fuit quod pre-
cessit in verbo quia alcius perscrutatus
est de verbo quam ceteri cum enim
de verbo sub nomine verbi dicta erat
patet intuenti scripturam Et forte nunc
alicubi ante Johannem clare pronunciatum
est nisi forte Ecclesiastici 1 ubi dicitur Fons
sapiencie verbum dei in excelsis licet enim
alii ewangeliste et christus met trinitatem
distinxerit sub nominibus patris et filii
et spiritus sancti tamen sub nomine verbi non ex-
presserunt licet sicut dicit Augustinus 7
de trinitate c. 2 Eo verbo quo filius et
eo filius quo verbum tamen sub nomine verbi
Johannes expressit et in principio sui ewangelii
Et in epistola sua canonica prima c. 5 dicens
Tres sunt qui testimonium dant in celo pater
verbum et spiritus sanctus et hii tres unum
sunt verbum quidem quod non est inherens et
subsistens non accidentale sed substanciale
non nocionale sed essenciale consubstancialitate
Augustinus dicit filius propter et coequalitate
Augustinus splendor propter coeternitatem sicut splendor est
coeternus soli ergo propter similitudinem et
Augustinus ymago equalitatem Ut merito
dicat Johannes quod dicebat christus de
se ipso Jo. 18 Ego in hoc natus sum
et ad hoc veni in mundum ut testimonium
perhibeam veritati id est ad literam verbo quod dixit
Ego sum via veritas et vita Johannis 14
Et videte quod tantum perhibuit testimonium
veritati quod solum de ipso verbo in se
et de archanis trinitatis Non solum quod
frequenter allegatum est in principio erat
verbum etc. In primo etiam plura alia dixit
Sicut deducit Augustinus de consensu
ewangelistarum li. 1 Sicut est illud

Ego et pater unum sumus

Ego et pater unum sumus Joh. 10 Et
et illud Qui videt me videt et
patrem meum Et illud Non credis
quia ego in patre et pater in me est Joh.
14. Et iterum et illud Quod dedit mihi
pater maius omnibus est Jo. 10 Et
et illud Joh. 5. Quecumque pater facit
hec eadem filius similiter facit Et etiam
de spiritu sancto Joh. 14. Cum venerit
paraclitus quem ego mittam vobis a patre
spiritum veritatis qui a patre procedit Sicut
et illud Ille me clarificabit quia de
meo accipiet Ibidem Sicut et
illud Solvite templum hoc et in tri-
duo reedificabo illud In quibus verbis
sicut deducit Aug. li. 1. de consensu
evangelistarum clare ostendit quod ipse
met fuit doctor et causa domus
sue Quod alibi non ita expresse legi-
tur Et multa alia / tamen de sponsa
ubi ecclesia plura super alios protulit
glosa quod fuit in ea synagoga
primo felici commercio transmutata
quod testatur miraculum mutacionis
aque in vinum Joh. 2. morientis
Item quod fuit de latere Christi in cruce for-
mata solus enim refert Joh. 19. quod
unus militum lancea latus eius
aperuit et continuo exivit sanguis
et aqua Unde fluxerunt ecclesie sa-
cramenta Sicut enim de latere Ade
obdormientis formata est Eva Ita
et de latere Christi morientis formata
est ecclesia Sicut deducit Aug. super
Joh. omel. ... et ponit in glo. ibidem
Item quod est per baptismum regenerata
Unde de ista regeneracione pulcram dispu-
tacionem agit Christus sicut et Nicodemi
Item quod est per Christum desponsata Joh. 3.
Qui habet sponsam sponsus est etc.
Item quod est per sacramentum eukaristie co-
piosissime impinguata Unde plura
de isto sacramento agit Joh. 6. quam alii alios

Item quod est per Christum illuminata Unde Joh. 9.
refert miraculum de illuminacione ceci nati
in qua significatur genus humanum
Item quod est per penitenciam eciam a peccatis que
consuetudo reddit fetida reintegrata est
sicut significat illa resuscitatio Lazari
quam ponit Joh. 11. qui iam fetebat quia
quadriduanus erat / aut infirmitatis
Item quod propterea non est quasi seu imbecillitatis
contempnenda sed per oculis amplectenda Joh. 4.
locutus est ad mulierem samaritanam quam multa
magna misteria audire meruit Sicut
qui biberit ex hac aqua etc. / clemencia
Item quod est specialiter dei munere informata
Sicut Joh. 8. ubi refert de muliere in
adulterio deprehensa quam misericorditer
liberavit / Christo et per Christum ecclesie est potestas
Item quod eciam in temporalibus non humanitus
sed divinitus est collata Cum Apok. 19 dicit
quod Christus habeat in vestimento et in fe-
more scriptum Rex regum etc. Joh. 18. dicit
Regnum meum non est hic et regnum meum
non est de hoc mundo Et Jo. 6. fugit
cum voluerunt eum facere regem nolens ha-
bere humanitus quod habebat divi-
nitus / est verbis et doctrinis singulariter
Item quod informata Cum alii evangeliste
magis circa miracula ipse magis inten-
dit circa verba Christi sicut apparet in ser-
mone quem Christus fecit in cena qui
incipit a xiii. c. usque ad xviii.
Item quod est spiritu sancto gubernata
cum Joh. 20. recitavit illam inflacionem
quam fecit Christus in discipulos dicens
Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis
peccata etc. / est soli petro universaliter
Item quod commendata cum refert Joh. ultimo
quod Christus ter dixit Petro Pasce oves
meas / non huius vel illius gregis sed ubique
omnes / est de resurreccione ex pluribus
Item quod apparicionibus certificata Unde ipse
plures apparitiones et magis experimenta-
les refert quam alii alios sicut de Tho-
ma qui intulit digitum sicut cum comedit
et bibit cum discipulis Joh. 20. et 21.

a

Item quod est per caritatem et dilectionem
mutua unita et copulata Sicut patet in
epistolis suis Canonicis Item quod est in no
vissimis temporibus tribulanda Item
quod est ab omnibus tribulacionibus li
beranda Item quod est post tribulaciones
premianda et coronanda Sicut de istis verbis
apparet in apocalipsi Ut merito dicat verba
que ego locutus sum vobis spiritus et
vita sunt Et racio quare sunt verba eius
spiritus et vita potest esse ista applicando
magis ad mores Considerabam enim quod
verbum Johannis
Sonuit scilicet de verbo
Habuit scilicet a verbo
Tremuit scilicet sub verbo
Viguit scilicet in verbo
Prima ergo verbum sonuit
scilicet de verbo propter quod est maioris
excellencie et dignitatis
Prima verbum Johannis
habuit scilicet a verbo
claret quod est firmoris existencie et veri
tatis Verbum Johannis tremuit scilicet sub verbo licet
quod est amoris modestie humilitatis et so
brietatis Verbum Johannis viguit scilicet
in verbo patet quod est valoris leticie et iocun
ditatis complemoris affluencie et utilitatis
Ut sic verbum Johannis et imitatorum eius exem
plo meum verbum sit verbum
Inclinatum altum et nobile quia de verbo
Solidum verum et stabile quia a verbo
Pauidum grave et humile quia sub verbo
Placidum dignum et utile quia in verbo
Ut sit verbum utile Ut non sit in verbo
Gloriosum propter primum
Virtuosum propter secundum
Graciosum propter tercium
Fructuosum propter quartum
meo vilitas sic
est in illis qui
loqui nesciunt nisi
de carnalibus
deliciis amplectendis
de temporalibus diviciis congregandis
de vanis ecclesiasticis multiplicandis
de pravis moribus captandis
Qui enim de
terra est
de terra
loquitur Jo. 3.
Quomodo potestis vos bona loqui cum
sitis mali Ex habundancia enim cordis
os loquitur Bonus enim homo de bono
thesauro etc. Math. 12 dicit quod qualis est
unusquisque talia dicit et operatur

Et Aug

b

debet enim esse de verbo ad verbum sicut
illi de quibus dicitur Luc. 2. qui loquebantur
ad invicem Transeamus etc. et vi
deamus hoc verbum Et sequitur vi
dentes cognoverunt Cave 2° sit etiam
in verbo meo falsitas sicut est in multis
detractoribus falsis commendatoribus
et occultis indicatoribus Sicut est
etiam in omnibus doctrinis que sunt
ab homine non a verbo Est enim deus ve
rax omnis homo mendax ad Ro. 3. Hec
verba fidelissima et vera Cave 3° etiam
sit in verbo meo vanitas sicut est
in multis qui extollunt se
Vel de genere nobilitate
Vel de sciencie profunditate
Vel de virtutibus et vite bonitate
Vel de diviciarum pluralitate
Vel de obtenta non forte suis
meritis
scilicet aliunde
dignitate
Verbum
autem sub
verbo hu
mile est et sobrium Actuum 26. Verba
sobrietatis et veritatis eloquor Utinam
verba prelatorum hodie ita tremerent sub
verbo quod non tremerent sub tyrrannis
Sed potius verbum eorum sicut verbum helie
sicut facula ardet Eccl. 48. Cave
quarto etiam sit in verbo meo curiositas
et infructuositas sicut est hodie in
multis qui non querunt scire docere aut
loqui utilia sed curiosa non fructuo
sa sed infructuosa non edificativa sed
inflancia non proficua sed subtilia Legitur
de verbis Johannis dici potest illud Joh. 6.
Verba vite eterne habes Verbum ergo Jo
hannis quia fuit de verbo a verbo sub
verbo in verbo Ideo eius verba spiritus
et vita sunt Jac. 3. Qui non offendit
in verbo hic perfectus est vir Ut meri
to ipse dicat illud quod ponit in principio
canonice sue Quod fuit ab inicio quod audi
vimus et vidimus oculis nostris quod perspe
ximus et manus nostre contrecta
verunt de verbo vite et vita manife
stata et vidimus et testamur et

c

anunciamus vobis vitam eternam que
erat apud patrem et apparuit nobis /
Et considerate bonum testem qui habuit
fidei noticiam specularem qua nichil
certius quod audiuimus Fides autem est
ex auditu Ad Ro. 10. Et ista fidei
numquam potest esse falsa vnde origenes omelia
prima super Johannem pertractans illud
Jo. 20 quod currebant duo discipuli pe
trus et Johannes · sed Johannes precucur
rit citius petro Sed petrus prius
introiuit in monumentum / dicit
quod per petrum significatur fides per
Johannem intellectus / Et licet intellectus
videatur precurrere petro fide, tamen quia
scriptum est ysa. 7. nisi credideritis
non intelligetis necessario precedit fides
in monumentum sacre scripture / deinde se
quens intrat intellectus / cui per fidem
preparatur aditus vnde dicit augustinus
primo de tri. c. 7. mentis humane
acies ita inualida in tam excellenti
luce non figitur nisi per iusticiam fidei
nutrita vegetetur Ubi enim de
fecerunt sanctitates sanctitatis / Acce
dit enim ad cor altum et exaltabitur
deus / Habuit ergo Johannes fidei noticiam
euidentem quam nichil certius quod
audiuimus / certam facilem qua nichil
facti eiusdem clarius / quia quod
vidimus oculis nostris propter experimen
ci experienciam manualem qua nichil
verius quod manus nostre contrectauerunt etc.
verbi influenciam salutarem quo
nichil vtilius quia de verbo vite vidi
mus et testamur / quo nichil dulcius
dei presenciam corporalem quia anunciamus
vobis vitam eternam que erat apud
patrem et apparuit nobis Ad Titum
2. Apparuit gracia dei saluatoris
nostri etc. Et 3o Apparuit benigni
tas et humanitas etc. Et patet primum
priuilegium Johannis Dico 2o quod beatus
Johannes habuit 2m priuilegium scilicet sa

d

pientie propheticalis claritatis Dicitur enim
in prologo super apocalipsim Inter alias scri
pturas noui testamenti liber apocalipsis
prophetico nomine censetur quia aliis est
excellencior prophetis / Dicitur enim noui
testamenti prestat veteri / euangelium legi
(?)ita et prophecia propheciis veteris testamenti
quia de christo et ecclesia magna ex parte iam
expleta sacra demonstrat / Et eciam ideo
quia ceteris vniuersaliter ista triphariam data
est prophecia simul scilicet de preterito presenti et futuro /
Ad cuius confirmacionem auctorem occurrit
eciam auctoritas mittentis et deferentis
et accipientis / Mittentis scilicet trinitatis
Et deferentis scilicet angeli Accipientis
· i · Johannis Et quia eadem verba ponit Ri
chardus et Jeronimus primo libro contra Jouinianum /
· c · 10 · petrus apostolus est, et Johannes
maritus et virgo Sed petrus tantum apostolus
est Johannes autem apostolus et euangelista et
propheta Est apostolus quidem quia scripsit ad
ecclesias / ut asserit scilicet tres epistolas canoni
cas Euangelista quia librum euangelii
condidit / propheta quidem quia in pa
thmos insula in qua fuit a domi
tiano principe ob domini martirium re
legatus / vidit apocalipsim infinita misteria
continentem Item petrus damianus
in sermone 2 huius festi sancti Johannis
circa principium confirmans se predictis verbis
dicit sic Johannes fuit apostolus in epistolis
Euangelista in euangeliis / propheta in
apocalipsi / propheta inquam non qualiscumque propheta
sed mirabilibus atque similitudine aliquis
Johannes plus quam propheta / nam quia prophete
officium est futura predicere non presencia
demonstrare Dicitur beatus Johannes baptista
ideo ceteris prophetis eminuit quia dominum
digito quem prophetauerat ostendit Unde
et iste Johannes euangelista plus quam propheta
non est qui preter omnem consuetudinem
prophetalis semetipsum conspexit in spiritu
et plurima reuelacionum celestium
sacramenta dum aquile volatis sublimis

a

vidit semetipm veraciter recognouit
Et ipemet dicit Apoc. p° Beatus qui
legit et audit vba pphetie huius ut
de eo dicamus illud Joh. 6. hic est vere
ppheta / Omnia aut pphetia ideo merito
phibuit testioni vbo dei prima sic
dr Actuum. 10 huic scilicet vbo dei oes pphete
testioniu phibent ¶ Dico 3° q beatus
Johes habuit privilegium scilicet premium v-
ginalis integritatis / Qm aut virgo fuit
virgo phatum est sup in 1° membro intro-
ductionis thematis / Qz q ista virgini
tas fuerit in eo singularis et pcipua post
virgine maria loquitur petrus dam
smoe p° de eodem circa fine dicens sic
Huius inomnibus sanctis semper sit an-
gelice mundicie contubernalis et cogna
ta virginitas, beatus aut Johes tanto re-
liquas virgines supat, quanto virginitati
beate marie pseduliatas ac ppetue
custodie merito appinquat / a qua vide-
licet sola pceditur q fecunditas virgi-
nalis que est in maria nullis est omino
meritis comparanda Et no solum q fe
cunda est, sed quia deifica, virgine eum
parere nouum ac singulare est dum uo
parere ita omem nouitate singularit
exsupat Ita omia que inianda sunt
excedit, atq oia incopabilr supemi
net, ut nec mente concipi nec lingwa
aliquatenus valeat explicari Qz sicut
venerande matris virginis beati virginitas Jo-
hanis virginitatis cedit Sic ipse pcelso
rioso eius contubinio ceteros a mundi pn̄a
pio virgines excellit Et Jerom. li. 1. con
Jouinianu c. 20. dicit Exponit virgi
nitati quod nupcie sunt no poterant
Et et breui smone multa conphen
dam docetq cuius privilegii sit Johes
ymo in Johane virginitas a domino virgi-
ne, mater virgo virgini discipulo co-
mendatur Ubi Jerom. ex intencione
psequitur q Johes ex virginitate ha

b

buit privilegium et clarioris cogni
tionis, et amplioris dilectionis et
virginis matris comendationis, et re
cubitum maioris dignationis, et cer
titudinem incorrupcionis ut de eo dicamus
quod scribitur Mathi. xi. hic est de quo
scriptum est Ecce mitto angelum meum
hic enim accepit benediccionem a dno
et misericordiam a deo salutari suo, qz hec est generatio
dnm ut sit ille angelus de quo scribitur
Apoc. ult. Ego Jhesus misi angelum
meum testificari vobis hec in ecclesiis
¶ Dico quarto q beatus Johes habuit
quartum privilegium scilicet indicium spalis
caritatis De hoc loquitur Anshelmus
oracione 36. loquens ad beatum Johanem
et dicens sic Sancte et beatissime
Johes altissime ewangelista dei
tu ille Johes pcipue dilectus deo
inter tam pcipue dilectos eius, ut
supeminens dilecto tibi sit ppriu signum
inter eos hoc et venerabile vbique vbi
sit mencio de discipulo quem diligebat
ihesus intelligeris Johes ¶ Qz tunc
occurrit dubium quo textus in
deatur dicere q petrus plus dili
gebat xpm Joh. ult. Symon Johis
diligis me plus hiis quem xpus
iustissimus q dicit Ego diligentes
me diligo, ergo magis diligente
magis diligit / Plus poterat dilige
Johanem minus diligentem quam petrum
plus se diligentem Posset enim si
dicere petrus illud 2. ad Cor. 12.
Plus te diligens minus diligor
q.d. no decet tuam iusticiam Et hanc
qonem mouet Aug. omil. ult. sup
Johanem / Cui respondet ibidem q nec
alicubi in scriptura legitur nec petrus
plus dilexisse, nec Johanem plus di
lectum fuisse, licet cum interrogaret
xpus dixerit petro Diligis me plus
hiis, unum tn̄ eminencie nec ca

petrus respondit quod plus diligeret Qz dixit Tu scis domine quia amo te Hoc etiam petrus poterat de hoc respondere quia licet sciret quantum ipse diligebat non tamen sciebat quantum alii diligebant Cum autem xpus dixit interrogative non enuntiative non oportet esse verum sicut illud Joh. 6. Numquid et vos vultis retrorsum abire Et Mt. xi Quid existis in deserto videre hominem mollibus vestitum etc Et arundinem vento agitatam etc Quartum numquid et legitur quod xpus magis dilexit Johannem sed solum dicit Johannes de seipso quod eum diligebat Ihesus non preteritis sed inter ceteros unum Qz ista responsio non placet Augustino probat enim ex intentione quia cum xpus interrogavit petrum diligis me plus hiis noluit respondere quod plus aliis diligebat Et cum dixit de Johanne quod eum diligebat Ihesus non dixit solum inter ceteros unum sed magis inter ceteros ipsum Et ideo videtur dare unam aliam responsionem scilicet quod Johannes plus diligebatur Qz quod dictum est petro diligis me plus hiis intelligebat de omnibus aliis apostolis excepto Johanne Qz nec ista responsio videtur michi esse congrua quia ex illa maiori re[...] dilectione petrum proposuit universalis ecclesie regimini Et absit quod ista proposuerit aliis apostolis et non Johanni Et ideo Augustinus respondet aliter scilicet quod per petrum significatur vita activa per Johannem contemplativa Activa autem magis videtur diligere quia magis pro dilectione laborat contemplativa autem magis diligit licet minus diligat quia numquam in diligendo laborat Et in hac ratione stat Augustinus Qz nec ipsa videtur michi sufficiens Tum quia mystica Tum etiam quia qui magis diligit melior est Teste autem xpisto Luc. 10 contemplativa melior est quam activa dicit enim Optimam

partem elegit scilicet Maria Et ideo respondetur aliter quod xpus nullam facit iniustitiam petro si magis dilexit Johannem quam eum licet petrus plus diligeret eum Qz hic fecisset scilicet iniustitiam si non dilexisset petrum quantum petri dilectio merebatur Unde dicit Mt. 20 dicitur non facit iniuriam illi qui portavit pondus diei et estus qui dedit illi qui solum una hora laboraverat tantum quantum sibi Dicitur nec petro si tantum dilexit eum quantum merebatur tamen alium non ex meritis sed ex gratia amplius diligebat Et sic ut habetur dicitur ab aliquibus quod petrus sit melior quia plus diligebat ~~et sicut habetur dicitur ab aliquibus~~ Qz Johannes felicior quia plus diligebatur Qz nec ista responsio placet michi licet enim de potentia absoluta deus hoc posset nec iniuriam alicui faceret nec conqueri posset tamen secundum suam ordinatissimam iustitiam et diligentes diligit et magis diligentes magis diligit Et ideo respondeo aliter dico enim quod aliquis quandoque dicitur magis diligere et magis diligi propter effectum caritatis et simplicitatis Et sic forte petrus et plus dilexit et plus dilectus est Alio modo dicitur aliquis plus diligi quo ad quid scilicet quo ad aliquam singularem et permanentem virtutem et sic Johannes plus dilexit et plus dilectus est propter donum virginitatis Unde Jeronimus expresse tenet li. 1 contra Jovinianum quod non erat causa quare Johannes plus diligebatur nisi propter virginitatem propter quam habuit quoque alia privilegia ut dictum est statim supra Unde concludendo possumus dicere quod petrus plus dilexit et plus dilectus est quantum ad usum caritatis Johannes non quo ad privilegium virginitatis et quo ad usum familiaritatis Unde petrus carior Johannes familiarior In petro caritas In Johanne castitas amabatur Johannes tenerius petrus constantius et ferventius diligebat Qz istam responsionem videtur non acceptare Augustinus in omelia predicta Ymmo dicit quod in

a

scriptura sacra non legitur de Joha
nis virginitate Sed Augustinus respondet ipse
Johannes evangelista ultimo capitulo dicens quod multa
alia fecit ihesus que non sunt scripta
in libro hoc Unde non oportet quod omnia
vera in scriptura sacra scripta sint / Quod
autem Johannes virgo fuerit omnes alii do
ctores expresse dicunt / Et credo quod nisi
fuisset virgo / Christus custodiam virginis nunc
commisisset / Utrumque ergo sit tamen Johannis
etiam caritas maxima fuit Dicit enim
dicit Augustinus omelia prima super canonica Jo
hannis Ubi humilitas ibi caritas Et
subdit Videte ipsum Johannem servantem
humilitatem Certe vir iustus erat et
magnus / qui de pectore domini mysteria
sacra bibebat / Ille qui de pectore domini
bibendo divinitatem eructavit In principio
erat verbum et verbum erat apud deum etc. Ille talis vir
non dixit advocatum me habetis apud
patrem Sed si quis peccaverit advocatum
inquit habemus / non dixit habetis / nec
me habetis dixit / nec christum habe
tis dixit / sed et christum posuit non se Et
habemus dixit / non habetis Maluit
se ponere in numero peccatorum ut haberet advoca
tum christum quam ponere se advocatum pro christo
et inveniri inter dampnandos superbos / Fratres
ihesum christum iustum habemus advocatum ad
patrem ipse est propiciacio pro peccatis nostris Hoc
qui tenuit heresim non fecit / Hoc qui te
nuit / scisma non fecit / Unde enim facta
sunt scismata ut dicunt homines / Nos
iusti sumus ac dicunt homines / nos sancti
ficamus immundos / nos iustificamus impios
nos petimus nos impetramus Johannes
autem quid dixit Si quis peccaverit ad
vocatum habemus apud patrem ihesum christum
iustum Completus etiam caritate dicit Dam.
in primo sermone / Sic divinitus Johanni
concessum est ut tota cor eius esset ca
fratres caritatis gratia repletum ut sacro
sanctum corporis eius templum velut ca

b

minus quidam divini videtur in
cendii / quod profecto in quibuslibet
scriptis eius patenter agnoscitur in
quibus utique per omnem fere paginam
quasi per quasdam rimas caritatis va
pores effundere / caritatis videtur
ardoribus estuare / Modo enim patres
nominatim ad caritatem provocat / mo
do filios sed filiolos quasi tenere di
ligens appellat / modo provectis etatis
robustis infantes / modo iuvenes / mo
do sigillatim commonet adolescentes
Modo etiam mulieribus epistolas desti
nat castas ad cautelam fidei ut stu
dium sincere dilectionis invitat / Hic
itaque venerabilis caritatis ardore
succensus hinc illincque omnia etatum
incrementa perlustrat / Hos humane con
dicionis ordines oculo curiose solli
citudinis investigat / et tanquam argus
undique oculatus factus totus humanum genus
sinu ulnis eterne dilectionis am
plectitur / atque ad receptaculum sui
thesaurum tamen unumquemque sigillatim
attrahendo conatur Amor quippe
domini quo eum pre ceteris mortalibus
plus dilexit / et hoc ei pondus sin
cere dilectionis exhibuit / ut nimirum
plus amaret / quo plus amabatur
et qui primus erat in pectoris arce
papinus in cena fiet caritate Unde
in morte eius discipulis verba ista
quasi continue inculcabat / Diligite
vos filioli alternatim ut invicem
Et cum discipuli tederent quare to
ciens hec repetebat Audivit hoc esse
preceptum domini / quod si solum fiat suf
ficit Ut deo dicamus illud 2 Mach.
ultimo Hic est fratrum amator etc. Et
illud Mat. 3 Testimonium habuit pla
cuisse deo Ut deo accipiamus
per Testimonium eius fidele sapientiam
prestans parvulis / C Dico quinto quod iste
Johannes habuit quintuplum privilegium
scilicet reclinatorium imperialis

maiestatis vel recubitus supra-
lis dignitatis. Ad litteram enim ipse
recubuit super sinum et pectus ihesu
sicut dicitur Jo. 13. et Jo. ultimo. Tale
autem recumbatorium nullus umquam aliquis
sanctus legitur habuisse. Et videtur
quod textus Jo. 13. dicat quod recubuit
in sinu. Et ibidem satis cito post dicit
quod recubuit super pectus dicit Johannes
ultimo. Quod utrumque fuerit duo recu-
bitus vel unus solus ita quod inter uo-
catur sinus inter pectus videtur
expresse determinare Crisostomus omelia 1a super
Jo. Ubi etiam asserit, quod non ex recubi-
tu super pectus meruerit scire quis
erat traditurus Christum. Multis tamen sit
hoc certum quod ipse recubitus sicut dicit
Beda super hiis verbis non solum fuit
presentis amoris indicium sed etiam futuri
rei signum, quod saliret inde vocem su-
mere qua saliret per quemadmodum auctibus
seculis inaudita emitteret dicens
In principio erat verbum etc. Et glossa mar-
ginalis Johannis ultimo super illo verbo re-
cubuit in cena super pectus eius dicit
sic In pectore ihesu sunt omnes thesauri
sapientie et scientie absconditi, super quo
recubuit Johannes quem maiore certis
sapientie et scientie singularis munere
donat, in quo significatur quod archana
divinitatis secretis esset in scri-
pturis. Et Ambrosius ancipitus libro primo
super Apocalypsim dicit In Johanne preprius
amor Christi conveniente probatur quem in
tantum dilexit ut hunc super pectus
suum strictis amplexibus contineret
quatenus ubertim potibus divini verbi
fonte saciatus archana secretorum
rimaret. Petrus autem dampnum huiusmodi
primo de isto festo probatus quo cum re-
cubuisset in sinu ihesu, et Christus di-
xisset quod unus ex discipulis erat eum
traditurus, et nullus audet interro-
gare quis esset Petrus innuit Jo-

hanni de quo diceret, Christus autem dixit
ei Cui intinctum panem porrexero ipse
dicat sic. O amabile atque incomparabile
vicarium tocius devocionis christiane presidendi
esse verbum profertur in medium, et totum
tacet ac sub silencii sui censura re-
primitur senatus apostolorum. Tacita suspensi
magistri presidentis videbatur auctoritas
ut sub districti se compesceret beata apostolorum
concio, disciplina hesitat ambiguitate
atque intus se invicem oculorum nutibus
quodammodo interrogantes aspiciunt nec tamen
lingwa proferre quod gestiunt,
vel domini consulentes magistrum non presumunt.
Tacet petrus, tacet claviclavius celi
tacet denique lingwa que claves sortita
est celorum, celum simul et terram ligat
et solvit. Tacet magister ille cui inferi
porte non prevalent colligandi animas atque
solvendi obtinet principatum. Silet
Andreas qui ipsi fratri ad fontem vite
primus fuit. Non loquitur Thomas qui
viam se nescire professus eundem esse viam
veritatem et vitam ipso referente cognovit.
Non presumit os aperire Philippus qui
dudum prius sibi poposcerat ostendi, profunda mi-
steria individue trinitatis audivit, os
tacet, os dubitat, et lateter inquirit
non quidem prolacione verborum sed tamen nutibus
oculorum. Quod cum res domini subhac am-
biguitate pendet nec nodum conspiracionis du-
bietatis absolvet, tandem Johannis patro-
cinium queritur, et sic ad rei dubii noti-
ciam pervenitur. Ille nimirum condiscipulorum
ipse persona suscepta consultor. Atten-
dit quod de ampliori familiaritatis
atque dileccionis prerogativa confidit. Sunt
considerandum est fratres mei quanta de-
vocionis instancia beatum Johannem quem
flagitare debeamus auxilium, quod si-
bimet interrogatorem et ipsum apostolum peter-
eunt, quantum apud iustum iudicem pro peccato-
ribus potit est et pro ipsis celestibus cu-
rie senatoribus invenit, et quod advoca-
tus factus est summis, quod humilitas est

implorandus a nimis. Ut de eo
dicamus illud Act. 4 Hic est qui fuit
in ecclesia cum angelo ad beatum magni
consilii qui loquebatur ei qui accepit verba
vite dare nobis. Unde de eo et aliis
apostolis dictum est Actuum 4 quod virtute ma-
gna reddebant apostoli testimonium resurrectionis
domini nostri Ihesu Christi. Dico 6o quod beatus
Johannes habuit 6m privilegium scilicet
ministerium obsequialis familiaritatis vel
obsequium et consortium matris et virgi-
nalis fecunditatis. Ad hoc cum Joh.
19 Christus matrem suam virgi-
nem virgini commendavit. Et certe hoc fuit
magnum privilegium quod rerum quam inter pu-
ras creaturas plus diligebat Johanni
commendaret. Ut ipse virgo matrem virgi-
nibus ille recubitus in pectore salvatoris
ille divinus ardor quem ex archana verbi
inspiratione concepit ita burum libidi-
num fomenta detersit. Et corpus eius
tamquam vivea spiritus sancti templum a cunctis
estuantis luxurie squaloribus defe-
catum renovaret archangelo Gabrieli
ad custodiam matris domini socius adhi-
beretur ut ille celestis paranymphus
intacta virgine invisibiliter custodiret
et iste Johannes forinsecus flagitatus
femine obediencie sue misterium exhi-
beret. Et sic iure illud quod celi et terre
dominus est in suo conspectu celestis
a terris parte incorruptos cives haberet.
Et certe istud privilegium ondit eum fuis-
se valde magnum quia non solum deputata
est sibi custodia matris Christi, immo quadam
inestimabili eius factus filius est
et ipsa eius mater. Unde Petrus Damiani
in primo sermone huius festivitatis sic dicit
Nemo in re videtur Johanne maior
meritis quod speciali quadam gloria super est
salvatoris. Et in 2o sermone dicit quod
verba illa Ecce mater tua et Ecce filius
tuus quandam efficaciam habuerunt et

tactus fuit nullis verbis effectus quod
beatus Johannes non solo filius putatus est
nomine. Sed propter verba illa dominica quandam
maius necessitudinis sacramentum apud
beatam virginem meruit obtinere. Et
subdit Consideremus itaque dilectis-
simi quante glorie Johannes credendus
est qui per quandam adoptionis archa-
num misticum et filius virginis et
frater est salvatoris. Et forte ex
ista auctoritate sumpsit exordium opinio
quedam que dixit quod beatus Johannes
per ista verba fuerat factus verus
filius naturalis beate virginis, quam opi-
nionem non credo veram. Relationes
enim filiationis et maternitatis nullo modo
eveniunt nisi precedat vel concomi-
tetur actus generationis per quem mater
genuit et filius quod genitus est.
Sed hic posset oriri dubium satis
pulcrum utrum videlicet fuerit ma-
ius in Johanne quod sibi Christus matrem virgi-
nem commendavit utraque enim mater est
et Maria et Ecclesia utraque casta virgi-
nea munda utraque perpetue virginitatis
signaculo premunita. Processit ex
Maria Christus, processit ex Christo latere
ecclesia. Ex Maria voluit nasci pro
ecclesia dignatus est mori. Pro utraque
autem parte multa possent allegari sed
pertranseo. Sed hoc dico quod sicut diversis
considerationibus Maria precellit ecclesiam
et Ecclesia Mariam, quia de ecclesia
est etiam ipsa Maria. Habet enim se
per modum excedentis et excessi. Sic
potest dici de Petro et de Johanne
ut merito dicat virgo Maria de Jo-
hanne illud Psalmo Ambulans in via
immaculata hic michi ministrabat. Et
ideo merito potuit exhibere testimonium sicut
ille qui familiariter assistebat. Unde quia
ipse cum angelo Gabriele matri
virgini assistebat, angelus sibi dixit

Apok. 19. Conservus tuus ego sum
et fratrum tuorum habentium testimonium
ihesu. Ut sic dictum intelligamus quod
scribitur ysa. 8. Liga testimonium signa
legem in discipulis meis. ¶ Decimo
septimo et ultimo quia sanctus Johannes ha
buit septimum privilegium scilicet exi
tum et obitum eterne felicitatis. Unde
Joh. ult. Cum petrus interrogaret
xpm de Johanne hic autem quid. Re
spondit ei ihesus. Sic eum volo ma
nere donec veniam. Quod preclarus
petrus damiani dicit sermone 1° Jam
ad illa beate migrationis mirabilia
novitas que non moveat, que fe
licissime consumationis gloria non ob
stupescat, cum cum mirabiliter vixit
mirabiliter obiit. Et qui non quem ad
hominibus vitam duxit, non quam vita
hominum consuevit morte. Et Jeronimus dicit
in prologo super Johannem cum ipse Jo
hannes ita a dolore mortis fuit
extraneus, sicut a corruptione car
nis fuit alienus. De isto autem eius
transitu multa diversi senciunt. Quidam
enim dixerunt eum adhuc vivere et
ab antixpo debere occidi una cum
helya, quod videtur sentire Theo
philus super isto verbo dicens Non ne
gavit xpus Johannem mortuum nam
quicquid oritur moritur. Sed dicit
Sic eum volo manere donec veniam
id est volo eum vivere usque ad finem mundi
et tunc pro me martirium pacietur.
Et hanc opinionem etiam recitat Augus
tinus ult. super Johannem unde dicit
quod aliqui dicunt eum adhuc vivere
in sepulcro et ibi dormire. Unde
dicunt quod ex anhelitu ipsius adhuc
dormientis terra ibi scaturire et ebu
lire perhibetur. Alii vero dicunt ipsum
iam mortuum sed sicut de moyse le
gitur Deut° ult. quod mortuus est
moyses et sepelivit eum in valle

terre moab, et non cognovit homo se
pulcrum eius usque in presentem diem. Sic
de Johanne dicunt quod licet sepulcrum eius
inveniatur, tamen corpus eius occulta
quadam divina dispensatione occultatum
est. Et merito esset idem miraculum
in Johanne quod in Moyse. Utrique enim
lux mundi, utrique mandatorum celestium ba
iulus, utrique divini consilii revelator.
Ac tamen si phas est dicere Johannes prevalue
rit. Moyses enim minister extitit legis,
Johannes predicator gratie. Moyses precepta
tradidit quibus peccata puniuntur. Johannes
baptismum beatissimum prius contulit quo omnia
crimina delentur. Moyses annunciator
est umbre, Johannes minister est veritatis. Moy
ses dixit domino Si ~~dixit domini~~ inveni
gratiam in conspectu tuo ostende michi faciem
tuam. Sed protinus audivit Non poteris
videre faciem meam. Non enim videbit me
homo et vivet. Johannes vero deum incarna
tum non solum vidit et audivit sed etiam
manibus contrectavit. Et non solum deum
hominem factum carnalibus oculis vidit
sed et ipsum verbum quod erat apud patrem
per quod facta sunt omnia illustrata di
vinitus mente conspexit. Moyses tabernaculo
preerat quod nubes operuerat ita
ut aliquando nec ipse moyses potuisset intrare.
Johannes autem melioris tabernaculi custos
factus beate marie minister extitit quam
non corporea nubes obtexit sed spiritus sanctus
visibiliter obumbravit. Item moysen man
na est data populo israhelitico populo. Johannes
non multo gloriosius sed manna etiam in
sepulcro. Unde sanctus Jeronimus in sermone de
assumptione dicit, quod in sepulcro eius non
nisi manna invenit, quod et scaturire cer
nitur. Et de istud multorum argumentorum
fuisse singularis felicitatis, ut in
sepulcro quod consuevit esse domus
vermium panis nascatur angelorum. Alii
vero dicunt quod corpus eius iam est in celo
glorificatum et gaudet gloria beate resur
rectionis. Quod licet Jeronimus in ser
mone de assumptione reliquit sub dubio

a

Et etiam Aug in omel vlt super Johe

Item Aug in quadam sermone q legi
tur tpe pascali de martiribus q inci
pit dignum et congruum est fratres
Videtur expsse dicere Johm iam corpis
resurrectione gaude Unde concludit
sit / Johis aptis exemplum habemus que tu
mulus susceptum claudere potuit / custodire
non potuit Nam depositum corpus pdidit
non assumpsit Hic enim clausis tumuli fo
ribus gratia resurrectionis ablatus e ut
constaret sepultura nec invenit sepul
tus Denique cum sacerdotes honorandi
causa corpus eius inquirent reserato
aditum tumulus non potuit reddere que
suscepit / Hostias ergo sceleratus suas salua
tor suscitat cum resurgit Et de hoc vi
detur aliq congruencia / Beata enim
genitrice creditur qr iam resuscitata
regnat in celo Videtur ergo congruum
qr non sit in resurrectione maie et Johis
diversitas qbus tanta fuit unanimitas
conversationis in ijs vita / Preterea si beatus Johes
non resurrexisset cur in eius tumulo corpus
non lateret / cur honore careret
que ceteri apli habent et eorum corpora di
noscuntur / Neque tamen sit de hoc credendum qr
fuit in eius obitu singularis felicitas
Et qr a dolore mortis extraneus / et qr in
eius sepulcro manna invenitur Et qr
singulariter ei dixit xpus Sic eum volo
manere donec veniam / Veniam inquit non
mittam Non mittam videlicet aliqua
superna virtute non angelica ptatem q
huius misterij ministerium fungatur officio /
que obediencie huius exequatur effe
ctum Ipse pmemetipsum veniam Ipse
egredientem animam in glorie mee thalamo
te suscipiam quam in carne manentem
divinitus illustrabam / Veniam ergo igitur
ut eum vinculo carnis absoluam / Ve
niam ut eum ad glorie mee consortium trans
feram / Veniam ut a laboribus eius di
gne remuneracionis premium reddam / Pro
deducit pulcre ... dam. in sermone 2°

b

Qz dicatur multi quod tu dicas qr
eius transitus fuit singulans felicitatis
cum omnes alij apli et non ipse fuerant
[illegible] consummati / Martiribus autem
debetur aureola Dicendo qr beatus
Johes vere fuit martir Hinc Mt 20
dixit ei et Jacobo fratri suo xpus
Calicem quidem meum bibetis Qui ca
licem bibit vere martir fuit Et
de non immerito martir fuit qui
pro xpo in ferventis olei dolium missus
fuit / qui venenum pro xpo bibit mor
tiferum / qui crucem domini pro sui cor
poris afflictionem et pro xpiano compassione
diu vivendo portavit / qui volunta
tem et animum habuit pro fide xpi co
ntemnens martirium sustinendi Unum vi
dete qr sicut Aug. deducit in
sermone de Innocentibus Martir
caliquis efficiat / facto et animo et
sic fuit Stephanus / Animo sz non
facto et sic Johes / Facto sz non animo
et sic fuerunt innocentes Et qr mar
tire id est equus testis Ideo licet ut Ste
phanus isto tpe mortuus fuerit sz
magis tercia die Augusti ut etiam Jo
hanes / ut etiam Innocentes / tamen ut
verbum dei istis temporibus incarnatum
testimonium haberet ab omni genere mar
tirum / fuerunt ista tria festa conti
nua nativitati xpi Ut merito de
nostro Johanne dictum intelligamus
quod dr .i. Jo. vlt / Tres sunt qui te
stimonium dant in terra Spiritus Sanguis
et Aqua / Spiritus .i. Johes totus spi
ritualis totus angelicus totus vir
gineus Aqua .i. Johes doctrinalis
totus plurimalis totus cherubicus
et totus aquus / aqua sapientie salu
taris / Sanguis .i. Johes totus trupha
lis / totus mirificus / totus purpu
reus / totus sanguineus Ut de
eo dicamus illud .i. Joh v / Hic
e qui venit per aquam et sanguinem
non in aqua tantum / sz in aqua et sang

wine Unde et ipse Johannes de scripto
dicit Apoc. j° Ego Johannes frater vester
particeps in tribulacione et paciencia
regni fui in insula que appellatur
pathmos propter verbum dei et testimonium
Jhesu Christi Et concludendo sermonem
dicam vobis quod dicit Petrus dam
ianus in sermone primo simonis Johannes tam
sublimis tam excellentissimi deo
dilecti fratres carissimi laboremus
precepta servare et eius vestigia inqui
tum possumus ducente divina gracia sub
sequamur incedere. Quod si nos eius Johannis
virginitatem in carne habere non possu
mus quia post naufragium secunda re
stat tabula studeamus florere virtu
tibus ut sit virginitatis amisse dis
pendium optime compensamus. Non
igitur nos avaricie candor incan
descat, non iracundie nos furor impel
lat. Non in nobis flamma libidinis
estuet. Non turpis cogitacio sepulta
pultura anime nec coram deo sperium se
dat. Non nos crapule saturitas eun
dacia in superbia erigat. Non tena
citas misericordie viscera a pauperibus
claudat. Vigeat in nobis perpetua
castitas. humilitas. paciencia. sobrietas.
iusticia cum pietate. veritas cum ma
suetudine. Inter hec itaque fratres
carissimi ceterarumque dona virtutum ca
ritas que mater est omnium in sacrario
nostri pectoris semper teneat princi
patum. Deus enim sicut Johannes dicit
deus caritas est. Et quia per caritatem dei
filius descendit in virginem per eam
nos exaltet ad perhenne glorie clarita
tem. Qui vivit et regnat in trinitate
perfecta unus et verus deus per
omnia secula seculorum Amen

Sermo de Circumcisione domini

Vestitus erat veste asper
sa sanguine et vocabatur
nomen eius verbum dei Apoc.
19. Compositum verbum dei de verbo dei
possumus dicere quod dicebat ille Ful
gencius in quodam sermone nativitatis
eius verbi. Cupientes aliquid de solempnitate
eius diei narrare simulque considerantes
illud unum verbum de quo dicere volumus nul
la invenimus verba quibus sufficienter aliquid
dicere valeamus. Est enim hoc verbum quod
non desinit prolatum sed quod permanet na
tum non transitorium sed eternum non factum a
deo patre sed genitum. Et non solum genitum
sed eciam unigenitum. Et subdit Cuius di
gne ut sufficienter loqui potest homo de eo
Mortalis de inmortali visibilis de invi
sibili mutabilis de inmutabili opus de
opifice de creatore creatura principes de
invicto temporalis de eterno humilis de altis
simo plasmatus de limo de illo qui omnia
creavit ex nichilo Cum est inenarrabi
lis potencia que nos gratuita bonitate
fecit. Nunc minus est inenarrabilis gracia
qua nos omnipotentissima misericordia sal
vavit. Omnipotencia non dicimus qua
verbum quod in principio erat et apud deum erat
et deus erat fecit quod non erat. Gracia
non qua verbum caro factum est venit que
et salvum facere quod perierat. De quo in ps
scribitur Annunciate de die in diem salutare
eius. Et quod verbum potest nobis dare verbum
dicamus sibi quod dicit Augustinus Soliloquiis
anime ad deum c. 2. ubi dicit sic. O verbum
quod facta sunt omnia, sine quo factum
est nichil. verbum quod es ante omnia an
quod nichil. verbum creans omnia sine quo
nichil. omnia verbum reges omnia, sine
quo nichil omnia. verbum, per quod dixisti in
principio fiat lux et facta est lux. Dic et
nunc fiat lux et facta est lux. lux et
videam lumen quo cognoscam quia
non est lumen. quia sine te nichil nisi
tenebre. lumen et lumen tenebre pa
ritur. et sit sine tua luce adest er
ror adest vanitas non est veritas. non
est discrecio. adest confusio. adest igno
rancia non est sciencia. adest cecitas non
est via. adest mors non est vita adest

mores Et subdit O domine verbum, o deus
verbum, qui es lux per quem facta est lux, qui
es via veritas et vita, in quo non sunt
tenebre error vanitas neque mors. Dic
verbum domine, dic fiat lux ut videam
[illegible] lucem et vitem tenebras, ut
videam viam et vitem invium, ut vi-
deam veritatem et vitem vanitatem,
ut videam vitam et vitem mortem.
Illumina domine lux mea, illuminacio
mea, salus mea quem timebo, dominus
meus quem laudabo, deus meus quem
honorabo, pater meus quem amabo, spon-
sus meus cui me servabo. Illumina
domine lux mea illuminacio mea, salus
mea quem timebo, dominus meus quem lau-
dabo, deus meus quem honorabo pater
meus; illumina michi ceco tuo qui
in tenebris et in umbra mortis sedeo,
et dirige pedes meos in viam pacis
per quam ingrediar in locum admirabilis
tabernaculi usque ad domum dei. Da
ergo lumen in corde, verbum in ore, aperi
sacrarium scripturarum secreta, et profunda
misteriorum regni tui visceribus meis
imprima. Quod ut facilius impetremus
matrem invocemus verbi que protulit verbum
et concepit verbum, protulit quidem verbum
Luc. 1 fiat michi secundum verbum tuum. Con-
cepit verbum, verbum quod erat in principio apud
deum, quod verbum factum est caro de car-
ne eius secundum verbum suum, non verbum prolatum
ut transeat sed conceptum ut maneat, car-
ne videlicet indutum non aere, verbum quidem
incarnatum audibile auribus sed visibile oculis,
palpabile manibus, gestabile humeris,
non verbum scriptum et mutum sed incarnatum
et vivum, hoc est non mutis signis mor-
tuis in pellibus exaratum, sed in forma
humana suis castis visceribus vivaciter
impressum, non mortui calami depic-
tione sed spiritus sancti [illegible] operatione,
verbum inquam non declamatorie predicatum
aut figuraliter significatum, aut yma-
ginatorie representatum, sed silenter inspi-
ratum, personaliter incarnatum, corporaliter

intricatum sicut declarat Bernardus omelia
super missus est. Ad inveniendum hunc
verbi devotissime recurramus di-
centes Ave maria etc. Vestitus
erat veste aspersa sanguine et
vocabitur nomen eius verbum dei Apoc.
19 Videtur michi quod hodie sancta
ecclesia solempnizat de tribus recolit
primo enim octava nativitatis unde
in oracione deus qui nobis nati sal-
vatoris diem celebrare concedis octa-
vam. Dies autem octavus sicut
et primus est celeberrimus atque sanctus
sicut dicitur levit. 23. agitur
secundo memoria circumcisionis Luc. 2 Ca. Sanctus Luc.
sancto et in ewangelio hodierno postquam
consummati sunt dies ut circumcideretur pu-
er etc. Et hoc sequitur ad primum quia
Gen. 17 Infans octo dierum circum-
cidetur. Tercio nominis impositur
tercio nominis quia in ewangelio vocatum
est nomen eius ihesus. Et hoc sequitur
ad duo prima quia octavo die nomen
imponebatur sicut patet Luc. 1. Et quia
ista tria simul reddunt istam diem ce-
lebrem et solempnem non congrue possem solum
Ideo pro istis tribus recepi verba the-
matis prescripta ad licentiam dicta de
benedicto filio dei Vestitus erat etc.
Et sic alia introductione videtur
michi quod in istis verbis tria tanguntur
primo hominis assumpcio in supposito divi-
nitate. Vestitus erat veste assump-
cio. Secundo sanguinis effusio in tanta huma-
nitate veste aspersa sanguine
Tercio nominis impositio ex dulci be-
nignitate quia vocabatur nomen
eius verbum dei gloriosi nominis
In primo proponitur admiranda ma-
nifestacio in veste humili Vestitus erat
In secundo veneranda compassio preciosi san-
guinis aspersio in carne fragili veste aspersa sanguine
In tercio amplectenda indicatur virtuo-
sa nominis impositio ope preciosa
voce innarrabili quia vocabatur ab eterno
scilicet nomen eius verbum dei. Quia

hodie ihus quod vocatum est ab
angelo prius quam in utero conciperetur
Luce 2° videte humilitatis indicium
In primo singulare vestitus erat talē ve
In 2° attendite caritatis incendium veste sanguine aspersa
In 3° suscipite benignitatis et bonitatis
suffragium salutare quia vocabatur
primo nomen eius verbum dei, secundum mundum
ihesus Videte primo inductivum
humilitatem suam exemplo stuporis vestitus erat
caritatem suam modo attestativum ardoris
inflammativum ardoris veste aspersa sanguine
benignitatem suam sono collativum dulcoris
vocabatur etc. Et videte tria mi-
rabilia hodie hensibilis declaratur
primo enim incorporeus vestitus erat aspersa
2° inpassibilis vulneratur veste sanguine
3° ineffabilis nominatur et vocabatur
nomen eius verbum dei lem augu-
videte ergo incomprehensibilem statum car-
nis angustiis primo declaratum servi
insigniis quia vestitus erat
videte impassibilem vulneratum cru-
entatum peccati indiciis veste aspersa sanguine
videte ineffabilem nominatum claris
preconiis quia dei hominis et angelorum
et vocabitur nomen eius verbum dei
Dico ergo primo quod tangitur hominis
assumptio in suppositi unitate vel
admiranda proponitur gloriosi nominis ma-
nifestatio in veste humili ut attenda-
mus humilitatis indicium singulare
quia humilitatem suam exemplo inductivum
stuporis, incomprehensibilis enim conan-
gustatur carnis angustiis, decla-
ratur sive manifestatur servi insigniis
vestitus erat Unde de hoc loquitur
Augustinus et accipit de Gregorio Nazian-
zeno in quodam sermone nativitatis
dicens sic Omnia et inexquisita co-
pago, o nova et inaudita commixtio
deus qui est a quo erat fit creatura, qui imen-
sus est capitur, divites constituens pau-
per efficitur, incorporeus carne ve-
stitur, sermo tacescit, videtur inpas-
sibilis, palpatur inpalpabilis, comprehe-
ditur incomprehensibilis, inmortalis occi-
ditur, quem celum et terra non capiunt in presepio
angusto collocatur, incarnatur sine
nominatur in seculo qui est ante secula Christus
ihesus heri et hodie ipse idem in secula
heri dixi propter mortalitatem, hodie
propter eternitatem, Inde ergo hodie locuti
sunt celi, congratulati sunt angeli, pastores
convidati, magi invitati, reges turbati
martires coronati, demones effugati,
Et Bernardus super omne 2a super missus est
In partu virginis nova et mira conspicit
qui diligenter inspicit, ibi enim agnoscitur
longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo
subdita, profunditas plana, Ibi agnoscitur
lux non lucens, verbum infans, aqua sitiens,
panis esuriens videas si attendas po-
tentiam regi, sapientiam instrui, virtutem
sustentari, denique deum lactantem sed an-
gelos reficientem, vagientem sed miseros
consolantem, videas si attendas tri-
stari letitiam, pavere fiduciam, salutem
pati, vitam mori, fortitudinem infir-
mari, Sed quod non minus mirandum est ipsa
intervenitur tristicia letificans, pavore
confortans, passio salvans, mors vivifi-
cans, infirmitas roborans, Et idem Bernardus
in quodam sermone de vigilia nativitatis
dicit sic O nativitas illibata sanctitate
honorabilis mundo, amabilis hominibus
collati magnitudine beneficii investiga-
bilis angelis sacri profunditate misterii
in omnibus admirabilis singulari excellentia
novitatis ut puta que nec primam similem
visa est nec habere sequentem O partus
solus sine dolore, solus nescius doloris
corruptionis ignarus, non reserans
sed consecrans virginis uterum templum,
O nativitas supra naturam sed pro natura mira
cuius excellentia superans sed reparans vir-
tute misterii, fratres generationem istam
quis enarrabit, angelus nunciat, virtus
obumbrat, supervenit spiritus sanctus
virgo credit, fide concipit, parturit virgo
virgo manet quis non miretur Ecce
cantat mater ecclesia puer natus

a

est nobis Et subiungit Caritate dno
catticu nouu qr mirabilia fecit / Et
videtur michi quod ista benedicta assup
tionem tam mirabile tam gloriosa
tam ineffabilem tam fructuosam
tam acceptabile tam graciosam specia
liter describit Apostolus ad phil. 2. Oste
dens quod humanitas ibi habet rom
habitus siue vestis diues sit Hoc sen
tite in vobis quod et in xpo ihesu / qui
cum in forma dei esset / no rapina
arbitratus est esse se equalem deo /
sed semetipsum exinaniuit forma serui
accipiens in similitudine hominum factus e
et inuentus habitu ut homo / Videamus
euidencia sacra quod circa istam assupcionem
benedictam errauerunt specialiter Iudeus
Arrius / errauit Manicheus / errauit
Eutices et Nestorius sed dissimode /

Nota bene

Iudeus negando in xpo diuinitatem
dicebat sibi Ioh. 10. Tu homo cum sis te
ipsum deum facis | nec in filio assu
errauit Arrius po | nente etiam quo
ad diuinitatem adprerem in equalitate
dicebat enim filium minorem patre
errauit Manicheus dicendo xpm no
assupsisse veram carnem sed fantastica
errauit eutices ponendo humanitatem
quasi fuisse absorptam a diuinitate
errauit Nestorius ponendo duplicem
personalitatem in xpo sicut duplex natura
Sed hos confutat Apostolus in hiis verbis
primo enim ostendit quod in xpo contra iu
deum fuit maiestas et excellencia
deitatis unde dicit Cum in forma dei esset
Secundo quod in xpo contra Arrium fuit imme
sa et gloria equalitatis qr no rapi
na arbitratus est esse se equalem deo
Tercio quod in xpo fuit contra Maniccheum
veritas et substancia vere humanitatis qr for
mam serui accipiens | fuit contra Nestoriu
Quarto quod in xpo | et euthicem distin
ctio naturarum sed unitas personalis ydemp
titatis qr in similitudine hominum factus
habitu inuentus ut homo Dico ergo
primo quod contra iudeum ostendit quod in xpo

Contra Iudeum

b

fuit excellencia et maiestas deitatis
qr dicit in forma dei Ad litteram id
dicit in natura dei / quod pt ostendi
in deo multiplici ex scriptura sed no acci
pio nisi sex textus veteris testamenti
Primus e ysa. 7. Ecce virgo concipiet
et pariet filium et vocabitur nomen
eius emanuel Emanuel autem inter
pretatur nobiscum deus Item ysa. 9.
Puulus natus e nobis et vocabitur nomen
eius admirabilis consiliarius deus fortis
Item ysa. 35. Dicite pusillanimes
confortamini et nolite timere / ecce deus
vltionem adducet retribucionis deus ipse
veniet et saluabit nos Item Ba
ruch. 3. Hic e deus noster et no estimabitur
alius absque illo / hic adinuenit omnem
viam discipline et tradidit eam Iacob
puero suo et israel dilecto suo / post
hec in terris visus e et cum hominibus
conuersatus e Item daniel. 7. Ecce
in nubibus celi filius hominis veniebat
Quinto Mich. 5. Et tu bethleem effra
ta nequaquam minima es in milibus iu
da / ex te enim exiet dominator in israel
et egressus eius ab inicio a diebus
eternitatis Multa etiam alia textus
sunt et adducit multos Aug. in
illo sermone Conuenio vos o iudei
qui e in libro de simbolo contra iudeos
et paganos Ideo iste Saluator
quando ebrei no potuit interrogatus
si esset filius dei viui electi Respondit
Tu dixisti Quarto ad Gal. 4. Ubi venit
plenitudo temporis misit deus filium suum
factum ex muliere factum sub lege
ut eos qui sub lege erant redimeret
Nouissime enim locutus e nobis in prophe
tis / sed locutus est nobis in filio
quem constituit heredem vniuersorum
per quem fecit et secula / qui cum sit
splendor glorie et figura substancie por
tansque omnia verbo virtutis sue
Ad hebre. 1. Ideo dicit Apostolus ad
Coll. 2. In xpo habitat omnis plenitudo

dinitatis corporalit ¶ Dico 2º q
contra Arriu ondit xpus aplus
xpi imensitate et glie coeqlitate
qr dicit no rapinam arbitratus
est esse se equale deo no em
sm diuinitate minor e pre sm qz
idem e cu eo Sm Joh. 10. dicebat
Ego et pr vnu sumus sm Fulge
ciu in smone natiuitatis dei fi
lius et si alius in psona no tn alius
in natura, sz et apud pre, et ad
pre, semp de pre, et in patre et
apud prem cu quo illi e vna nalis
imensitas Semp cu pre de quo est
illi vna nalis eternitas Semp de
pre de quo illi e naturalit eterna
natiuitas Semp ad pre cu quo il
li e vna nalis eqlitas et vna di
uinitas Et videtur michi racio
quia equalitas attenditur sm
qualitate molis vel vtutis In
deo autem no e qntitas molis sed
vtutis Ergo vbi est eade vtutis
qntitas ibi e equalitas eadem hoc
autem e in pre et filio in qbus oia
absolute sunt vnu, nec e ibi distinccio
nisi in relatoibus oppositis que for
malit no dicunt pfectonem Ergo vna
equalitas Et nota hic racionem
Augustini Si no genuit filiu eqle
aut qr no potuit, aut qr noluit etc
Et hoc dicebat ipse filius dei Jo. 7.
patrem suum dicebat deum equalem
se faciens deo in pplo, qm quibusin
nubibus equabitur deo filius et dei
in filiis dei ds q glorificatur Et vi
q impossibile est aliquem esse deum et
aliquo esse minorem, cu quis ai
mi conceptu sit q ds est id quo
maius aliquid cogitari no potest
Et videte q no solum filiu dicit
equalem pri, sz dicit q hoc esse eum
est rapina arbitratus Super quo dicit
Aug. de vbis apli q qr sic dicebatur
tur ex natura ideo no ex rapina
Et econtra autem de primo angelo qui
appetiuit equalitatem dei ysa. 14. Super
astra celi exaltabo solium meum et similis
ero altissimo Ruina g° no habebat
p natura sz voluit p rapina Id circo
meruit ruina quia subditur ibidem
Verumtamen in infernum detraheris in "profundum laci" p fundo
Eze. 28. Trade eos in tumultum et ra
pinas Et quia hodie ad literam multi
clerici et religiosi dignitates et hono
res ecclesiasticos q sibi no debentur ex natura
vtutis appetunt p rapina, p violencias
sz ptes et intrusiones tirannorum et p
multas alias vias illicitas Id circo me
rentur ruina Unde de ipsis bonis
pastoribus et sponsis ecclesie loquitur Bern.
smone 86. super Cantica ptractans id
Cantic. 3. Inuenerunt me vigiles q
custodiunt ciuitatem dicens sic Vtinam boni
vigiles quos saluator in euangelio mistos
pnunciat, sz cu venerit eos inuenerit vi
gilantes O boni vigiles q nobis dor
mientibus vigilant, qui racionem p aiabus
nris reddituri q boni custodes etc De
malis autem loquitur Bern. smone 77
super Cantica dicens Nos tales hodie sz
multos dissimiles inuenimus no enim
os amici sponse, quos sibi sunt et inde
assistere cernimus et qui eam ut vol
go aiunt qui adextre videtur pauci
enim admodum sunt etc De talibus dr
ysa. 33. Ve qui pdaris nonne pdabe
ris, cu consumaueris depdacionem depda
beris etc In ps. Rapinas nolite con
cupiscere Et ysa. 3. Vos depdati estis
vineam meam et rapine paupis in
domo vra Et Eze. 34. Facta facti sunt
greges mei in rapina et oues mee in de
uoracionem Ecce ego super pastores ¶ Dico
3º q aplus ostendit contra Manicheu
q in xpo e veritas et sba nre huanitatis
qr dr, sz semetipsum exinaniuit ~~accipiens~~ formam
serui accipiens i. ad literam veram nram
Sm dicit Aug. in quodam smone natiuitatis
ptractans illud formam serui accipiens
Non dimittens quod erat sz accipiens
qd no erat, forma domini ipse custodita
ita suscepit hominem ut finaliter maiestati

Contra Manicheu

a

honorem sed in ipse eius nit homines consolacio simul utrumque monstravit in passionibus hominem, in virtutibus deum. Ideo dicit propheta in psalmo homo natus est in ea et ipse fundavit eam altissimus. Causa autem ista assumptio sunt convenientissima nostre redemptioni deducit satis diffuse ubique. Contra ceteros deducit Bernardus in sermone de annunciacione dicens sic. Rex ille dives et pdives exinanitus est, excelsus humiliatus, immensus abbreviatus, et ab angelis minoratus est. Verus denique deus et dei filius incarnatus est. Ex quo fructu. Nempe ut omnes eius paupertate locupletentur, eius humilitate sublevent, eius minoritate magnificentur, eius incarnatione adherentes deo incipiamus esse unus spiritus cum eo. Patet ergo quod congruum est huius misterium perquod sumus locupletati perquod sumus sublevati, perquod sumus deificati. Unde ad maiorem gloriam dicit Apostolus ad Hebreos 2. Nusquam angelos apprehendit sed semen abrahe apprehendit in qua natura minoratus est paulominus ab angelis. Dicit Bernardus ibidem. Et accipit de Christo. Et iohannes ipsemet dicit Johannes 14. Pater maior me est. Quod intelligi non potest secundum divinam naturam ergo secundum assumptam.
Aliam congruitatem tangit Leo papa in sermone Nativitatis dicens. Talia proprietate utriusque substantie in una eademque persona, suscipitur a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab eternitate mortalitas etc. Et Augustinus in libro suo de Cathezizandis rudibus tangit aliam dicens. Anima amore illius qui amore tui in uterum descendit virginis et ibi amore tuo amori suo copulavit, humiliando se, sublevando te, coniugendo lumen sue eternitatis limo tue mortalitatis. Manichens autem qui reputas indignum quod Christus in fe mina nasceretur et reputas quod totus

b

macularetur, si in matris visceribus moraretur ipsum non habuisse carnem veram sed fantasticam dixit. Quem pulcre confutat Augustinus in libello contra heses dicens sic. Frustra manichee conaris adversari prophetis. Ecce Apostolus dicit de filio suo quod factus esset ei ex semine david secundum carnem, qui erat factus est, deus erat, homo factus est. Suscepit humanitatem, non amisit divinitatem. Factus est humilis, mansit sublimis. Natus est homo non destitit esse deus. Natus est parvulus latet deus magnus quem libenter amplectitur deum. Natus non abhorret virginis partum, dicit tibi deus creator hominis, filius hominis quid est quod te movet in mea nativitate. Ego homo non sum libidinis conceptus cupiditate, ego matrem de qua nascerer feci. Ego viam in ea actinctori preparavi atque mundavi. Hanc quam despicis manichee mater mea est sed manu fabricata est mea. Si potui fatigari cum eam facerem potui inquinari cum ex ea nascerer. Dicit Christus meo illius non est corrupta virginitas. Sic in carne mea non est maculata maiestas. Qui solis radiis cloacarum sordes siccare novit, eisque inquinari non novit. Quanto magis splendor lucis eterne, in quo nichil inquinamenti occurrit quocumque irradiavit mundare potest ipse pollui non potest stulte. Unde sordes in virgine matre, ubi non est concubitus cum patre homine. Unde sordes in ea que nec in concipiendo libidine nec pariendo est passa dolorem. Unde sordes in domo ad quam nullus habitator accessit sed solum ad eam fabricator eius et dominus venit. Vestem quam non habebat induit, processit ex ea quam sicut invenit clausam reliquit sicut ille solus natus est inter mortuos liber. Sic istius ex qua natus

est matris pudor solus ē integer/
Eua inobediens meruit penā/ Ma-
ria obediens consecuta ē gr̄iam/ Illa
gustando p̄hibitū maledicta/ Hec
credens angelo benedicta/ Illa nobis
mortē contulit h̄ vitā peperit/ Et vi-
detur michi q̄ tales heretici sunt etiā
naliter et visibiliter confutandi/ Vide
enim q̄ aīa intellectiua tota in toto
et tota in q̄libet p̄te est ——— Unde
tota in capite/ tota in manibus/ to-
ta in oculis/ tota etiā in intestinis/
Ubi ergo sunt feces ibi ergo aīa/ Et tamen aīa
a fecibus nō coinquinatur/ Quanto ergo
ds inquinari potuit in ope suo in vgīe
benedicta/ Unde Ambr. omel. 2. sup
missus est/ Deum hominem decebat na-
tiuitas/ nō nisi de virgine nasceretur
talis et congruebat virgini partus
ut nō pareret nisi deum/ Proinde fa-
ctor hominum ut homo fieret nasci-
turus ex homine talem ex omnibus
debuit sibi eligere immo condere sibi ma-
trem/ qualem sibi nouerat placitu-
ram/ Voluit itaq̄ esse humilem/
de qua mitis et humilis corde na-
sceretur/ Voluit et vgīnē de qua ima-
culata imaculatus p̄cederet macu-
las omnium purgaturus/ Ipsā enim
vgo in partu/ vgo an partum/ v-
go p᷒ partum/ Sz diceres/ sicut ego
audiui interrogatem vnum q̄ p̄ modum
factus ē maximus hereticus/ et
adhuc dicitur viuere/ Unde habes ex
scriptura q̄ fuit vgo p᷒ partum/ Sin-
cerunt enim quidā heretici ipam filios
ex Joseph p᷒ dominum partum habuis-
se/ quod valde horrendum ē audire
Unde Ambr. dicit in omel. sup missus
est/ q̄ xp̄us voluit magis de suo
ortu aliquos q̄ de matris pudore
dubitare/ Sciebat dubitaturos ortus sui
fidem miris mirys instruendam
Dicebat enim teneram esse vgīnis

verecundiā/ et lubricā famā pudoris/
Sz video hereticos et dico q̄ habeo ex textu
Luc. 1. Ubi dixit maria angelo quomodo
fiet istud quoniam virum nō cognosco. i. me
nō cognituram deuoui/ et sic contra votum
fecisset et peccasset/ quod de vgīne
in quam sp̄us scūs superuenit/ & qua
vtus altissimi obumbrauit/ et in vtero
sanctificauit. nephandissimum est et hor-
ribilissimum cogitare/ quod etiā de ea
dicit p̄pheta Ezech. 44. dicens sic/ por-
ta h̄ clausa erit et nō aperietur & vir
nō transibit p̄ eam/ q2 dns̄ deus ingressus
est p̄ eam & semp erit clausa/ Quod autem
p̄ talem portā intelligatur membra illa
p̄ que homo ingreditur dicit expresse Job
3. c. quia nō conclusit hostia ventris
q̄ portauit me &c/ Ideo vides q̄
etiā si scriptura nō haberet tamen ecclia p̄dicat
hoc & docet/ cuius tanta ē auctas q̄ etiā
Augus dicit contra ep̄lam fundamenti q̄
nō crederet euangelio nisi eum ad hoc auctas
ecclie commoueret/ Et etiā p̄t videri hereticos
q̄ nō oīa vera in scriptura continentur
cum etiā Joh vltimo dicitur Multa alia
fecit ihūs que nō sunt scripta in libro hoc &c
Accepit ergo formā serui dicens illud ps.
Seruus tuus sum ego et filius ancille
tue marie sz que dixit Ecce ancilla
domini fiat &c Luc. 1. Unde dicit illud
1 ad Cor. 9. Cum essem liber seruum
me feci ut oēs lucrifacerem/ Immo sicut
dicitur Job. 3. paruulus et magnus ibi sunt
seruus et liber &c/ In p̄s. Simul in vnum
diues et pauper Iste est seruus de quo
ysa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum
electus meus &c Dico certo q̄ apl̄s
contra euthicē & nestorium ondit q̄ in xp̄o
ē dualitas naturarum sz vnitas personalis
vel proprietatis Dicunt enim in diuinis ē vna
natura et tamen supposita Ita econtra in
xp̄o ē natura diuina et natura humana
que constat ex duabus naturis sz ex
spūali et corporali/ aīa scilicet et corpore
Et p̄pter hoc dicit apl̄us habitu inuentus

Contra Euthicē Nestoriū

a

ut homo, quod quo intelligatur Aug'
dz. q° ind q°ne. a9 declarat satis subti
liter | dicit enim sic q habitus quasi dicit'
discipline perceptio usu roborata atque
firmata | Alio° d' habitus corporis sm
qd' dicimus alium alio ul lucculen
tiorem ul valenciorem | Tercio d' ha
bitus id quod membris nris extri
secus accomodamus sicut vestis ar
matura calciamentum et cetera huiusmodi |
Habitus
Et videtur michi q Aplus accipit
hic habitu sicut phus | Dicit phus enim quasi
est in decimato predicamento sz in p°
spe qualitatis que e habitus ul disposicio
et hoc sive sit habitus aie sive corporis
Cuius e predicamentum p se, quasi p9 putu
Sz sm q dicit Aug9 | Quomodocumque accipia
tur habitus semper e accidens q sic acci
dit alicui rei ut eu possit hre et non
habe | sicut pz de sapia, de robore, de
veste | Talia aut accidencia que q̃dam
dicitur habitus | sunt in quadrupci gne | q̃dam
enim sic accidunt nobis q non mutantur
a nobis s3 ipa mutant nos in seipsis de
gra et incorrupta manencia | sicut sapia
iusticia sic accidunt homini q mutant eum
et faciunt de stulto sapiete et de iniusto
iustum etc | Tamen ipa non mutatur | Quedam
sunt alique que sic accidunt q mutant et
mutantur sic cibus q' mutatur in ca
batum et mutat ipm de languore in
robur etc | Tercio sunt aliq' que nec
mutant nec mutantur | sicut anulus
in digito, q nisi subtilit' attendatur
nec mutat nec mutatur | Quartum e q non
mutat s3 mutatur ipa | sicut vestis q
plicata ul deposita non hz formam suam
suscipit cum deponit' induit' at membris
induit' | Et isto quarto mo dei filius inve
tus habitu ut ho | Non enim assumptus e
ho ut commutaret' in melius et ab eo for
maretur ineffabiliter excellencius atque congruencius
q vestis ab homine eum induitur | Et
istud genus habitus greci sicut dicit Aug'

b

vocant scema unde greci hnt, sce
mate inventus ut homo | qd' nos dici
mus habitu .i. veste hic e ille ho
de quo d' .i. ad Cor. 15. Secundus est
de celo celestis unde videt' michi
q recte humanitas in xpo vesti compar'
Tum q' vestis vestito conformatur
Tum q' vestis vestito sustentatur
Tum q' vestitus in veste manifestat'
Imago humana natura fuit in xpo
multo excellencius formata Iterum
q' est in supposito verbis sustentata
non in p° supposito suppositata Iterum
q' p eam est deitas manifestata p
eam visibile deum cognoscimus ideo
vesti congruissime comparatur | Et ppt
hoc d' ad hebr. ^decor^ luc. 9. Vestitus eius
albus pfulgens Unde leuit. 16. d'
Tunica linea vestiet' Sz de hoc ex
ponamus illud quod scribit Apoc. 1.
Vidi in medio septem candelabrorum
aureorum similem filio hominis vestitum
ponde et precinctum ad mamillas zo
na aurea | Ubi tangunt' tria que
nobis attulit ista benedicta nativitas
convertendo sermonem ad mores
Primo ois securitatis et confidencie in
mutabile fulcimentum q vidi in medio
septem candelabrorum aureorum
Secundo ois honestatis et decencie irre
prehensibile documentum vestitum podere
Tercio ois puritatis et continencie incompa
rabile ornamentum q precinctum usque ad ma
millas zona aurea Vel sic
describit enim locum | titudinis et a
describit obiectum | moris Vidi
describit habitum | in medio septe
locum mire gratitudinis | candelabrorum etc
Obiectum magne celsitudinis et honoris
similem filio hominis | tudinis et
habitum magne pulc | decoris vesti
tum podere etc Dico primo q
ista nativitas nobis attulit ois se
curitatis et confidencie invisibile ful
cimentum q' vidit in medio septe

candelabrorum aureorum etc. per tot
septem enim candelabra aurea vniversalis
ecclesia demonstratur per septenarium enim
vniversitas designatur prout dicit
Remigius Haymo Rabanus et
Rychardus super isto verbo Ecclesia au-
reis candelabris comparatur. Aurum
enim per ignem probatur et malleis extendi-
tur et vel candelabri forma producta
instrumentum ignis et luminis efficitur.
Sic ecclesia temptacionibus probata
tunsionibus persecucionum extenuata
igne sapiencie celestis ardet, et ope-
ribus caritatis lucet. Candelabra super tres
pedes stabiliuntur, et ecclesia super sancte
trinitatis fidem fundatur. Et quod per
ista candelabra intelligatur ad
literam ecclesia patet ibidem in Textu Apoka-
lipsis dicit enim septem candelabra se-
ptem ecclesie sunt, que est vna iuxta illud
Canticorum 6. Vna est columba mea vna
est perfecta mea. Vel septem dicuntur propter
septiformem graciam spiritus sancti qua
regitur et tenetur. In medio autem
istius ecclesie vidit filium hominis quod
ad literam Christus qui ecclesie sue presidet
et presidendo eam protegit in medio
electorum est suorum iuxta illud Matthei 18.
Vbi fuerint duo vel tres congregati
in nomine meo ibi sum in medio eorum.
Et Richardus predictus hoc sic dicit
Christus in medio suorum est ut omnes ad
ipsum respiciant et de plenitudine eius
accipiant vniversi. In medio est quod sic
quosdam per graciam respicit ne tamen aliis
in necessitate desit. In medio est quod omnes electi
pupillus recta cogitacione per intellectum
speculatur et eum prioribus continue
tuetur. In medio est quod sic bonus con-
fert gloriam malos ut dampnet per pe-
nam. In medio est quod omnes equaliter cogno-
scit et merita singulorum ponderat
et discernit. In medio est quod ipsam ecclesiam
ab omnibus tirannorum et hereticorum persecu-

cionibus protegit et defendit. Et ideo
videtur mihi quod qui omnia facta sua
voluit facere in medio. In medio duorum
animalium bouis et asini id est in medio
populi gentilis et iudaici nasci
voluit; per bouem enim quod est animal immolaticium
populus iudaicus qui multum talibus
vacabat sacrificiis designatur. Per asinum
autem quod est animal immundum populus genti-
lis figuratur. De quo dicit propheta populus
quem non cognovi seruiuit mihi, in au-
ditu auris obedivit mihi. Voluit
eciam in medio doctorum inveniri. Voluit
in medio discipulorum minister effici. Voluit
in medio latronum crucifigi. Voluit
post resurrectionem in medio discipulorum videri.
Voluit sicut lapis angularis in me-
dio poni ut coniungeret vtrumque parietem
iudeorum scilicet et gentilium. Vt merito dica-
tur hodie ecclesie illud Ysaie 12. Exul-
ta et lauda habitacio Syon quia magnus
in medio tui sanctus Israel. Nostra enim
Sicut magnus doctor per dictionem
Sic magnus mediator per nostram reconciliacionem
Sic magnus educator per nostram nutricionem
Sic magnus pastor pro nostra gubernacione
Sic magnus director per nostram peregrinacionem
Sicut magnus consolator in nostra tribulacione
Sicut magnus protector per nostram defensionem
Et tandem in ecclesia resurrectionis sic magnus
premiator per nostram glorificacionem. Quomodo autem
specialiter ecclesiam protegit et defendit ita
ut sit ei omnis securitatis et pacis inui-
abile fulcimentum loquitur Crisostomus in quodam
sermone de pentecoste dicit sic. Propter
ecclesiam vnigenitus filius dei factus
est homo. Et sicut dicit Paulus, qui proprio
filio suo non pepercit ut ecclesie mederetur
sanguinem filii effudit. Propter ecclesiam
hic sanguis irrigat ecclesiam et ideo
plantaria eius marcessere non possunt, nec
amittunt folia arbusta eius, non te-
nentur tempestatum qualitate, sed spiritus sancti
ea gubernat gracia, et ideo non senescit
non contabescit et nullis impugnatoribus

a

no opprimitur Sancti ab initio impug-
nerunt ecclesiam ad fidem femina iacen-
tur sed nec arma contra eam commota sunt
Sed quanto plus impugnabatur tanto
clarior reddebatur Et subdit Ubi
sunt nunc qui audebant ecclesie contrariari qui
novella erat in nullo potuit ledi /
Et nunc que usque ad celum pervenit esti-
mas eam posse superari / et tunc cum xii
essent apostoli nullus eos potuit superare /
Sed pauci homines totum ceperunt mundum /
et nunc quando terra et mare et orbis terrarum
inhabitabiles regiones et civitates
et omnes fines terre pietate repleti sunt
(delere / vincere)
putas eam te posse tenere / sed non potes
porte inferi non prevalebunt adversus eam /
Facilius enim celum extinguari potest et terra
perire quam aliquid mali pati ecclesiam Ipse
enim ihesus loquitur Celum et terra transibunt
verba autem mea non preteribunt / Que verba
Tu es petrus et super hanc petram edi. ec.
me. et por. inf. non p. adu. ea / Impu-
gnabis quid ecclesia non quid vincere po-
teris / tempestates suscipit sed non demer-
gitur · iacula in ea mittuntur sed non
confoditur / machinamenta preparantur
sed turris non eliditur / porte enim infe-
ri non prevalebunt adversus eam / testan-
tes testantur hoc qui sunt aspectaculi qui
impugnaverunt et nemo prevaluit / et re-
pugnatores eiusdem trucidati et obli-
vioni sunt dati / Ecclesia autem quotidie
virtutibus augmentatur / Ubi nunc claudius
ubi augustus ubi nunc Tiberius / no-
mina sunt mundi horum autem nec / Et
qui ecclesiam impugnaverunt io et me-
moriam perdiderunt Ecclesia autem clarior
resplendet et fulget / quia enim lux splen-
det crescit et procedit et usque ad perfectum
diem Ideo dicit Apostolus ad ephesios 5
Cristus dilexit ecclesiam et tradidit semet
ipsum pro ea ut illam sanctificaret mundans la-
vacro aque in verbo vite ut exhiberet
ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem ma-
culam aut rugam aut aliquid huiusmodi

b

sed ut sit sancta et immaculata Ergo pos-
sumus dicere Si deus pro nobis quis
contra nos Ad Romanos 8 qui etiam proprio filio
suo non pepercit sed pro nobis omnibus
tradidit illum Et subdit In omnibus
superamus propter eum qui dilexit nos Ideo
dicebat psalmista in persona ecclesie / Dominus
michi adiutor non timebo quid
faciat michi homo / Dominus michi
adiutor et ego despiciam omnes inimicos
meos / De hoc habemus pulcram fi-
guram 2 Machabeorum 2 ubi dicitur quod
ille lisias cum 80 milibus
peditum et equitatu magno et 80 ele-
phantibus venit ut demoliretur urbem
Sed dicit textus quod apparuit filiis
israel precedens eos eques in veste can-
dida / armis aureis / hastam vi-
brans / tunc omnes simul benedixerunt mi-
sericordem dominum et convaluerunt animis
non solum homines et bestias ferocissimas
sed et muros ferreos parati penetrare
Ibant igitur prompti de celo habentes
adiutorium / et prostraverunt ex hostibus
xi milia peditum / et equitum mil-
le sexcentos et universos alios in fu-
gam verterunt / Et videtur michi ad
literam quod iste eques precedens in ve-
ste candida esset benedictus dei filius
non in humanitate nostra assumpta de
quo dicitur Ezech. 9 Unus vir in
medio eorum vestitus erat lineis
Nota hic hystoria de Juliano
imperatore apostata quomodo mercuri-
us miles qui pro ipso fuerat mortu-
us pro fide xpi iussu beate virginis
suscitatus / ipsum Julianum hasta
vibrans in exercitu interfecit / et quo-
modo ille sanguinem in manu recipi-
ens et in aerem proiciens dixit
Vicisti galilee etc ¶ Dico 2o quod
ista nativitas attulit omnis hone-
statis et decencie irreprehensibile
documentum quod sequitur Simile filio

homis vestitu pode. Sz primo de
scribit obiectu sue celsitudinis et
honoris. quam celsitudinem et hore
confessus e petrus mt. 16. Vbi int
rogas eos ihus Tunc dicit homines
esse filiu hominis Rndit petrus Tu
es xpus filius dei vivi Ex qua rn
sione meruit petrus audire Et
ego dico tibi qr tu es petrus etc Et
Aplus ad phil 2o vbi sup allega
tu est sz in similitudinem homi fa
ctus ppt duo sic dicit primo qr lz
verus homo et vera natura huma
na habeat tn no sicut in alijs ho
minibus supposita natura humana
in pprio supposito sz in alieno qr sup
posito vbi. Scdo qr in alijs hominibus
natura humana fuit pcti obnoxia
Exemplu ad natura filij ire Ad eph 2.
Sz in xpo natura humana fuit sine
pcto Et ita loquitur Aplus ad Ro 8.
dicens mittens filiu suu in similitudinem
carnis pcti Vnde ppt istam similitu
dinem dicit pphta Zach. c. 3. quod
ihus apparuit indutus vestibus
sordidis quod pctas Gregorius 20
li. mor c. 16. dicit sic Sordidis
vestibus indutus e ihus qr humanis
alienus ab omni pcto tn vestitus
pode. i. veste thalari usqz ad pedes
in quo signatur ois honestatis et
decentie irreprehensibile documentu
3o de vestitu
Adhuc evidentia sciendum qr vestis
inventa est ad tria et tegumentu
primo in opimentu nuditatis
Scdo in fomentum caliditatis
de modernorum amictu
Tercio in ornamentu honestatis Sz
hodie pro dolor nihil de istis Homo
quidem tunc no in opimentu ul tegumentu
nuditatis immo astricte et curte
sunt qd etia qn sedent pudenda
et venda coopire no pnt Con qd
dr Apok 3. vestimentis albis idua
ris ut no appareat confusio nuditatis

tue Sciant attendent quod maledictus
fuit Cham qui noluit coopire pudenda
pris Quanto aut maledicendi sunt isti
qui etia ppria coopire nolunt Scdo ut
hodie vestes in fomentu caliditatis
qui etia manicas suptunicales ita cur
tas faciunt qr etia de brachio qr nihil
coopire pnt qui etia manus in sinu
pone no pnt immo frigore urgente in
capucio eas involuunt immo etiam ita
strictas faciunt qr nec camisiam subtus
pone possunt immo etia hodie ut scandalizare
possunt. No sicut illi de qbus dr puerb ult
Non timebit domui sue a frigoribus
nivis Omnes domestici eius vestiti
sunt duplicibus Vnde et ds fecit primis
parentibus tunicas pelliceas sz calidas
Tercio ut eas sibi voluit in ornatu ho
nestatis dr enim in 2o li. reg. 10. c. cum
tu david misisset nuncios ad regem filiorum
Amon ad consolandum eos sup patris ite
ritu dicit textus qr ille volens eos
multum vituperare pscidit vestes eorum
usqz ad nates et tn hodie ipi eas fa
ciunt usqz ad nates quod e in opprobrium
et vituperium Sciant aut clerici et re
ligiosi saltem sicut Aplus dicit 2 ad
cor 5. no nudi sz vestiti inveniamur
veste humilitatis in opimentu et tegumentu
veste caritatis in fomentu Vel sic
veste castitatis in ornamentu inveni
reurre vestis alba castitatis et mun
primo camisia dicte longanimitatis
Scdo tunica longa et pseverantis iusti
3o zona firma equitatis et tie
quarto suptunicali caritatis et gratie
quinto cappa tot tegente pfect clementie
Sexto capucio tegente caput in quo sunt
sensus omnes claritatis et intelligentie
Septimo calciamentis que fiunt de pelli
bus aialium mortuorum humilitatis
et considerationis voluntarie nre fragilitatis
et miserie qr ul mortui ul cito mo
riturum Vn Apok 3. dr qui vicerit
sic vestietur et no delebo nomen eius

nota de modernorum amictu

nota

a

de libro vite / et confitebor nomen
eius coram patre meo et angelis eius
Unde et Ihesus oblatus ab eo vestibus
sordidis vestitus est mutatoriis Zach
3. Qui hic dicitur vestitus podere i.
veste talari usque ad pedes de qua dicitur
Sap. 18 quod in veste poderis quam ha-
bebat totus erat orbis terrarum et parentum
magnalia. Quia in Christo enim ad literam sicut
dicit Apostolus ad Col. 1. qui est ymago dei
invisibilis primogenitus omnis creature
quia in ipso condita sunt universa in celis
et in terra visibilia et invisibilia Et subdit
Quia in ipso complacuit omnem pul-
critudinem inhabitare / Augustinus ergo glosans
quod in veste poderis aaron erat descri-
ptus totus orbis terrarum et parentum ma-
gnalia Sed istud est vestimentum de
quo dicitur Apoc. 19. quod habebat in vesti-
mento scriptum Rex regum et dominus dominantium / Ad
literam loquitur de filio dei secundum humanitatem
Unde videtur michi quod ista vestis est
figurata per illam vestem seu tunicam ta-
larem et polimitam quam fecit Iacob
Ioseph filio suo Gen. 37. Sicut enim
talaris quia vestis poderis que significat
perseverantiam in bono / sed sicut polimita
quia omnium virtutum diversitate decorata / Et
signanter vocat eam vestem poderis que
erat vestis sacerdotalis / Christus enim
verus sacerdos secundum ordinem melchisedech
carnem suam pro nobis obtulit hostiam sanctam
in odorem suavitatis / que vestis usque ad
talos pertingit quia Christus suos usque ad
mortem dilexit Unde Iohannes 13. dicit
Cum dilexisset suos in finem dilexit eos /
Vel talaris dicitur quia nichil est quod ad
veritatem nature humane pertineat quod as-
sumptum dimiserit Unde Ambrosius Iantiptis
super isto verbo dicit sic loquens in persona
Christi Dicit novo more ex virgine na-
tus sum Dicit novo ordine deus homines
vestitus sum Laodicea quod ista na-
tivitas attulit omnis puritatis et candi-

b

necnon incomparabile ornamentum
quod sequitur quod vidit eum precinctum ad
mamillas zona aurea / Ad cuius
evidentiam sciendum quod salvator noster volens
differentiam ponere inter novum et vetus
testamentum Mt. 5. c. dicit sic Audistis
quod dictum est antiquis non mechaberis /
Ego autem dico vobis quod qui viderit mulie-
rem ad concupiscendam eam / iam mechatus
est eam in corde suo / quasi dicat quod
vetus testamentum cohibeat manum non
animum Novum autem testamentum cohibet
non solum manum sed etiam animum Et ideo
premisit Christus / quod nisi habundaverit iu-
sticia vestra plus quam scribarum et phari-
zeorum non intrabitis in regnum celorum
/ Et recte videtur michi quod in veteri
testamento legimus dominum apparuisse
precinctum ad renes Unde Dan. 10.
dicitur / Unde et ecce vir unus ve-
stitus lineis et renes eius accincti
Sed in novo testamento non solum
precinctum usque ad renes sed etiam usque
ad mamillas Christus apparuit / quia
non solum munditiam et puritatem
corporis sed etiam munditiam et pulcritu-
dinem cordis et mentis / et ipse ob-
servavit et in aliis voluit obser-
vare / Unde Mt. 5. dixit Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt
Et ideo Mt. 23. dure reprehendit phari-
zeos dicens Ve vobis scribe et
pharizei ypocrite quia mundatis quod
de foris est intus autem estis ple-
ni immunditia omni / similes sepulcris
dealbatis que a foris apparent ho-
minibus speciosa / intus vero plena sunt
ossibus mortuorum et omni spurcitia
Et pro certo hoc non posset hodie dici
multis / quia forte propter verecundiam mun-
danam / vel quia non adest oportuni-
tas / vel ex causa alia foris continent
intus tamen per malas concupiscentias
sordent et ardent / In quibus etiam pes

sima apparet forsan intra pectus
abhominatio. Iuxta illud Ezechielis
octavo capitulo parietem fodiamus. Quia Christus
non pectus ad mamillas natus est
ut ruinat etiam cogitaciones illicitas
refrenandas. Et ondet omnibus puritatis
et continentie comparabile ornamentum.
Et io. Apoc. 17. vidit quod exierunt an-
geli septem vestiti lino mundo et can-
dido et precincti circa pectora zonis au-
reis. Humanitas ergo assumpta est Christi
vestimentum quo operitur et cordis et
mentis et carnis puritas, sicut zona
qua semper precingitur. Quia videte ad
literam quod zona consueverunt se homines
precingere circa pectus. Quia hodie cingunt
se recte ad renes in hoc ut videatur
indaizare et utinam. Et si nollet se
cingere spiritualiter ad mamillas quantum
ad cogitaciones pravas, saltem precingent
se ad renes quantum ad operaciones malas,
ne alios inficiant per exemplum, et se et
etiam presentia deingravarent.
Ideo dicitur Luce 12. Sint lumbi vestri precincti.
Quia videte quod textus dicit valde signanter
quod erat precinctus ad mamillas. Iste sunt
mamille de quibus dicitur Cant. 4. Quam
pulcre sunt mamme tue. Et sequitur
duo ubera tua sicut duo hinuli ca-
pree gemelli qui pascuntur in liliis.
Lilium enim ad literam in scriptura significat ca-
stitatem. Ratio sicut lilium integrum
manens redolet manibus confricatum
fetet. Sic castitas redolet illi-
bata sed fetet deo et hominibus vio-
lata. Lilium etiam habet granula aurea quod
non est equa ponderatio anime continentis
sicut nec aurei et cetera metalla.
Quod habet sex folia ista granula conservantia
anima secundum Greg. super Cant. Sex sunt

que incorruptam servant casti-
tatem scilicet

victus sobrietas	solitaria conversatio
vestitus asperitas	cultus honestas
sensuum custodia (?) caritas	vitatio oportunitatis et persone et loci et

temporis. Et quia inter ceteros apostolos Iohannes
duas has mamillas scilicet puritatem mentis
et puritatem corporis habuit. Ideo solus
in cenam ad mamillas Christi sive super
pectus eius recubuit. De quibus adeo
suxit quod dicere meruit. In principio erat
verbum etc. Et si altius intonasset totus
mundus eum non intellexisset. Vel possu-
mus dicere quod iste due mamille in Christo
sunt illa duo ubera de quibus dicitur Cant. 1º
Meliora sunt ubera tua vino fragran-
tia unguentis optimis. Quia ad propositum
Bernardus Sermone 9. super Cantica dicit sic
duo sponsi ubera duo in Christo sunt ingenite
mansuetudinis argumenta, scilicet quod
et patienter expectat delinquentem
et clementer suscipit penitentem. Be-
nignitas ergo dulcedo suavitatis exuberat in
pectore domini Ihesu. Longanimitas videt
in expectando, et facilitas in condona-
do, sic scriptum est longanimis et multum
misericors. Iste ergo sunt mamille in quibus
isto tempore debemus lactis dulcedine ex-
primi. De quibus dicitur Ysa. 60. Mamilla
regum lactaberis et scies quia ego dominus
salvans te et redemptor tuus fortis
Iacob. Et subdit, et ponam visitacionem
tuam pacem et prepositos tuos iusticiam.
Non audietur ultra iniquitas in terra tua
et vastitas et contricio in terminis tuis, sed
et occupabit salus muros tuos et por-
tas tuas laudacio. Non erit tibi am-
plius sol ad lucendum per diem, nec
splendor lune illuminabit te, sed erit tibi
dominus in lucem sempiternam et deus tuus in
gloriam tuam. Et subdit. Ponam visitacionem
tuam pacem. Ad literam cum venit et vi-
sitavit nos oriens ex alto ad diri-
gendos pedes nostros in viam pacis.
Et io cantaverunt angeli hodie. Gloria
in altissimis deo. Et in terra pax ho-
minibus bone voluntatis. Et subdit
bene, hominibus bone voluntatis, quia Christus
quantum ipse est dedit omnibus pacem
et eius vicarius quantum ipse est predicat
per omnia pacem. Sed pax ista non suscipitur

a

nisi ab hominibus bone voluntatis Se
quitur etiam et propositos tuos iusti
tiam / xpus cum in natiuitate tua
singulariter iusticiam voluit ut in ipso
Orietur in diebus eius iusticia et
habundantia pacis Et ysa. 45. Rorate
celi desuper et nubes pluant iustum
aperiatur terra et germinet saluatorem iusticia oriatur
simul etc. Et ysa. xi. Orietur in diebus
eius iusticia et habundancia pacis
Egredietur virga de radice yesse
et flos de radice eius ascendet etc.
Et sequitur Et erit iusticia cingulum lum
borum eius Et mal. 4. Orietur ti
mentibus nomen meum sol iusticie Et
Je. 23. hoc est nomen quod vocabunt eum
dominus iustus noster Sequitur Et occupabit
muros salus et portas laudatio Et
quod erit nobis deus noster in gloria Bernhardus
in sermone de vigilia natiuitatis dicit
sic / vos qui in puluere estis expergiscimini
et laudate Ecce venit dominus cum salute
venit cum vnguentis / venit cum gloria non
enim sine salute venit ihesus nec sine
saluacione xpus / nec sine gloria verbum dei
Siquidem ipse salus / ipse vnctio / ipse
gloria Ergo respondete perditi venit
ihesus querere et saluum facere quod perierat
Conualescite morbidi venit xpus qui
sanat contritos corde vnctione misericordie sue
Exultate quicumque estis grandia cupi
scetes descendit ad vos filius dei
ut vos regni sui faciat coheredes Ad
nos concedat qui est benedictus in secula
seculorum amen Sermo in festo Epy
phanie domini

Reges coram ministrabunt tibi / ysa. 60. secundum hebraicam biblias et secundum alias 61
no est ms In principio sermonis nostri
pro diuina gratia impetranda recurra
mus ad illam virginem gloriosam que
sedem Sui Bernh. omil. 2 super missus
est circa finem Est preclara et eximia
stella super hoc mare magnum et spa

b

ciosum necessario subleuata micans meritis
et refulgens exemplis dicentes Aue
Maria etc. / Augustinus in quodam ser
mone pro festiuitate sic ait Post
incubatum virginei partus quo ve
rus diuino munere plenus saluo
pudoris signo deum hominem effu
dit nec obsistat tribuli latebras
et presepis angustias in quibus infini
ta maiestas membris contractioni
bus stabulabat / dum pendet ad vbera
et vilium patitur inuolumenta pannorum
repente nouum de celo sydus effulsit
et dissipata caligine noctis coruscat
in diem ne dies celaretur in nocte
Hec sunt Augustini verba / magna
patet erga nos clemencia redemptoris
qui post tenebras ignorancie nostre
de fide assumpte humilitatis et infirmitatis
in sua natiuitate illustrauit / hodier
na die de fide sue deitatis et ineffabilis
maiestatis per signa euidentissima
mentes fidelium dignatus est infor
mare / Sicut enim noluit ad vnum si
dei solidatorum quam que erat deitatis
sic nec ostendere que humanitatis
Et per hoc verum deum verum hominem in
vnica personali ipse ypostasi se proba
ret que etiam in isto sacratissima die
ut predictum est obseruauit Nam diui
nitatis eius dedit testimonium stel
lam presagio vaticinio diu ante pro
mulgata creare ex elementali materia
ut ducit lux diuina ab aliis differen
tem / ab oriente usque in Bethleem
incedentem vbi erat puer cum matre
tem / et pacto ostensionis officio in
patentem matrem deuotorum sui
creatorem per omnia demonstrantem Cum
etiam expressius deitatem designat quod
qui reges potentia stabiliti sapiencia
preediti diuiciarum copia et nobilitate
inclti cum cultu latrie velut regem
non mundanum sed celestem adorans

muneribus veneratur. Una secundum
quod ait Aug. in sermone. Cum
multi nati atque defuncti essent reges
iudeorum, nunquam quemquam eorum ~~regem~~ ado-
randum magi quesierunt, quia nec
quemquam eorum de celo loquentem didi-
cerunt. Sed talem natum esse didice-
rant in quo adorando se salutem
que secundum deum est consecuturos minime
dubitarent. Et idem in sermone 13. An-
geli annunciant et pastores glorificant,
celi enarrant et magi desiderant.
Reges formidant, videri demirant,
Gentes adorant, frustrantur senectes
coronatis infantes, admirantur
credentes. Que est ista? Sed quid is-
humilis celsitudo | minus et humilius
infirma fortitudo | quam quod Aug.
parvuli magnitudo | ad propositum conde-
scribit sic dicens. Non enim erat ei
tunc adulacio humana famet, non membris
purpura, non capite dyadema refulge-
bat, non pompa famulatum, non
terror exercitus, non gloriosorum fama
preliorum. Hos ad eum viros ex remotis
terris tanto voto supplicaturos at-
traxerat. Iacebat enim in presepio pu-
er ortu recens, exiguus corpore,
contemptibilis paupertate. Sed magnum
aliquid latebat in parvo, quod illi ho-
mines primicie gencium, non terra por-
tante sed celo narrante didicerant. Et
Aug. in sermone hum. ondens humilitatem
dicebat. Deus ecce in templo sacro suo
est et vos eum queritis in vili stabulo
in matris gremio. Ergo rex ipse est
et ubi aula regia, ubi thronus,
ubi curie regalis frequencia? Nunquid
aula est stabulum, thronus presepium,
curie frequencia Joseph et Maria?
Quomodo insipientes ita facti sunt viri sa-
pientes? Cur adorant parvulum despicia-
bilem tam sua etate quam paupertate suorum?
Et idem in eodem. Ingreduntur stabulum,

inveniunt puerum pannis involutum, non
illis sordet stabulum, non pannis offenduntur,
nec scandalizantur lactentis infancia.
Hec ille. Et Leo papa sermone 4. Vide-
runt itaque magi et adorant puerum
de tribu Juda, de semine David secundum
carnem, factum ex muliere factum sub
lege quam non solvere venerat sed imple-
re. Viderunt et adorant puerum quantitate
parvulum, aliene opis indigum, fandi
impotem, et in nullo ab humane infan-
cie generalitate dissimilem. Subtegu-
mento igitur tante humilitatis Reges vi-
dentes honorem latentis divinitatis de
tam remotis mundi partibus ad obsequium
et ministrandum ipsi sancto puero hodier-
no die venerunt, quod longe ante sancto
instigatus spiritu previderat Ysa. propheta
dicendo verba presumpta. Reges eorum
ministrabunt tibi etc. In quibus verbis
duo breviter tanguntur quibus regum
condiciones generaliter describuntur. | tatis
Primo enim tangitur inesse dig | Pemi-
nencia fastigii celsioris cum dicitur
Reges eorum. Et Prov. xiv. d. In
multitudine populi dignitas regis. Do-
minus quia reges gencium dominantur eorum
et qui maiores sunt potestatem exercent. Mt. 20.
Secundo tangitur inesse pietatis clemencia
obsequii sanctioris cum subditur: ministrabunt
tibi. Scribitur Prov. 20. Misericordia et veri-
tas custodiunt regem et stabilitur clemen-
cia thronus eius. Et iste clementissi-
mus rex dei filius dicebat. Benedictus
Luc. 22. Ego in medio vestrum sum sicut
qui ministrat, quia filius hominis non venit
ministrari sed ministrare et animam suam po-
nere pro multis. Mt. 20. Ecce secundum ista digni-
tas et preminencia. Ecce humilitas et
clemencia. Et has regales condiciones
ostendunt nobis tam reges adorantes et
offerentes, quam rex adoratus et pro nobis
oblatus. Iste enim parvulus rex per
magos adoratus et pro magnificencia glo-
riosam regibus oblatus ostendit nobis

Thematis introductio

a

Primo hodie celsioris fastigii pemi-
nencia dignitatis imense ad regem ge-
nitum ad cuius natalicium diuinitus sunt
vocati | ostendit summoris obsequii cle-
Secundo | mencia pietatis intense, et
hoc ad regum sacrificium fuit dictum obse-
quium tante maiestati Et primum probatur
Mt. 2. et in ewangelio hodierno Cum
enim natus esset ihesus in Bethleem Iu-
de ecce magi venerunt ab oriente ie-
rozolimam dicentes Ubi est qui natus
est rex iudeorum Vidimus stellam eius in
oriente et venimus adorare eum Ecce
qualiter ad natalicium eius isti reges
sunt vocati Ex quo manifeste appa-
ret istius paruuli regis inesse digni-
tatis
pemiencia fastigii celsioris, cum tanti
reges de tam longinquis partibus ve-
nerunt, et ante eum se humiliter inclina-
uerunt Unde in ewangelio hodierno
dicitur procidentes adorauerunt eum Super quo
verbo Augustinus O infancia cui et astra
subduntur cuius est iste magnitudinis rex
et superne glorie Ad cuius pannos et an-
geli excubant et sidera obsequuntur, re-
ges trepidant, et sectatores sapiencie ge-
nuflectunt Stupeo cum video pannos
et intueor celos Estuo cum conspicio in
presepio mendicum et super astra regem preclarum
rum Et Ambrosius super lucam Illum paruu-
lum quem tu qui vilem quasi infidelis estimas ar-
bitraris Magi ex oriente venientes
tam longo spacio sequebantur, et pro-
cidentes adorauerunt Regem appellant
et resurrecturum fatetur, offerunt de
thesauris suis aurum thus et mirram
que sunt ista vere fidei munera

Aurum regi | Unde reuerendi domini
Thus deo | videte mirabile sapienciam
Mirram defuncto | istorum magorum in
Aliud cum rege sit insigne | verbis, in actibus
Aliud diuine sacrificium potestatis | in muneribus
Aliud hoc est sepulture | Dicit eum Ergo
Verbis quidem magi dixerunt Ubi

b

est qui natus est rex iudeorum Vi-
dimus stellam eius in oriente Acti-
bus uero quia cum vidissent eum adorauerunt
et nec tarda est in eis fides aduenior/ quia
apparens/ humilia quidem viderunt et
altissima intellexerunt Muneribus
uero quia aurum thus et mirram simul
obtulerunt Quibus illud quod propheta
uerat factus propheta Reges tharsis
et insule munera offerent reges ara-
bum et sa. do. ad. Et adorabunt eum omnes re-
ges terre et omnes gentes seruient ei
Et ad rei veritatem ista prophecia hodie
in parte impleta est, quia ad literam isti
Reges quando donis variis stella
duce venerunt ad adorandum hodie
istum regem paruulum regnabant in
partibus Tharsis Arabie et Sab-
ba Sicut dicebat propheta diuinitus
inspiratus Sed nondum perfecte hoc ado-
rat eum omnes reges terre, nec omnes gentes
seruiunt ei, quod tamen oportet fieri an
diem iudicii secundum quod videtur innuere
Augustinus in epistola quadam ad quendam
episcopum de die nouissimo ubi dicit
Antequam veniat finis mundi oportet
impleatur Euangelio christi vniuersis
orbis quod si putat venerabilitas
tua iam per ipsos apostolos factum fuisse
non ita esse certis documentis probaui
Et sequitur quod, cum dicit Apostolus In
quid non audierunt et enim in omnem
terram exiuit sonus eorum et in fi-
nes orbis terre verba eorum Quamuis hec locucio
videatur esse preteriti temporis Verbis tamen
quod futurum erat dixit, non quod
iam factum est atque completum quale
est illud Foderunt manus meas et
pedes meos etc. quod tamen longe
post ea nouimus factum esse Et subdit
quibusdam interpositis Dico ergo prophete ve-
ritas mori non potest, necesse est ut omnes
gentes quotquot fecit adorent eum
anima sicut scribitur Ezech. 2a. Erit
rex vnus omnibus imperans Modo

aliqualiter descendo ad mores Vide-
tur michi quod sicut colligitur ex
sacra scriptura Quicumque imperans aliis
volt bonum regem esse quod habeat tres con-
diciones videlicet (iuriis ample-
ctetur
clemencia)
Primo quod habeat in consiliis sapienciam
Secundo in iudiciis fulciet iusticiam
Tercio in remittendis penis et iniuriis clemenciam Primo dico
enim quod qui bonum volt regem esse quod habeat
in consiliis sapienciam unde Sap. 6. Rex
sapiens stabilimentum populi Et per oppositum
Eccl. 10. Rex insipiens perdet populum
suum unde Boetius Omnia enim in tecto rex
fatuus sedes in solio Et non incongru-
enter facit hanc comparacionem Quia
sicut Simia quanto plus ascendit
tanto magis apparet eius turpitu-
do nates Sic quanto magis elevatur
stultus tanto evidencius manifestatur
sue indignitates unde petrus Ra-
venensis in quodam sermone Crimina
ante dignitatis adepcionem satis co-
medabiles extiterunt Sed super candela-
brum constituti lucem in tenebras et
famam in infamiam convertunt Melius
pleriisque adhuc fuisset latere sub modio
quam ad infamiam candelabrum ascen-
disse adhuc enim turpitudo eorum sub
paupertatis latet obscuro nisi eos
dignitas divulgasset Evenit hoc
et tam honore infamia Quanto peccan-
ti sepe paratur Sed si persona subli-
mis delinquerit in eius infamiam
lingwe omnium convertuntur Secundo dico
quod qui bonum volt regem oportet quod in iu-
diciis fulciet iusticiam Sap. primo Di-
ligite iusticiam qui iudicatis terram Et
ista est virtus que decet quemcumque quam
secundum alios regem Est enim secundum philosophum pre-
clarissima virtutum et neque Esperus
neque Lucifer est ita admirabilis Prov.
16. Abhominabiles regi qui agunt impie
quoniam iusticia firmabitur solium Et nimi-
rum si iusticia firmatur solium quia hoc quod

sectatur iusticiam nichil habet timere dicente
Augustino Si enim iustus sum nichil timeo
Nemo me tollere potest Iustus enim confidit
ut leo Et Isidorus de summo bono libro 3.
c. 48. dicit, quod qui recte utitur potestate for-
ma iusticie factus magis quam ordinis instit-
uitur iste nulla prosperitate erigitur, nulla ad-
versitate turbatur, non innititur propriis
viribus, nec a domino recedit cor eius
Verum est quod sicut status regentis per iusti-
ciam firmatur et stabilitur Sic per iniusti-
ciam destruitur et transfertur Vide Eccl. 10.
Regnum de gente in gentem transferatur
propter iniusticias et iniurias et diversos do-
los Unde glossa Hoc verum omnium gencium te-
statur historie caldeorum persarum Gre-
corum et eciam Romanorum Adhuc propter
prevaricacionem et cecitatem iudeorum translatum
ad gentes eorum Quare aliud Aufere-
tur a nobis regnum dei et dabitur genti
facienti fructus eius Et enim ipse quod qui
saeviter iniusticias vel iniurias facit
nomen regis seu regentis amittit
dicente Isidoro 3. de summo bono c. 48. quod
recte faciendo regis nomen tenetur
et peccando amittitur Prov. 18. Rex iustus
erigit terram et vir avarus destruet
eam Et nimirum quia secundum Ieronimum Avaricia
modum ignorat, et cum omnia devoraret
nesciat penitus saciari, esuriet semper
et inops est, et dum fecalibus dentibus
omnia regna discerpserit tunc se ad-
huc esse ieiunam horribilius confitetur
Et certe nullus potest bonum regem si vicio ava-
ricie sit infectus, nec eos alie virtutes
isto vicio in ipso existente laudes prosunt quod
valde pulcre ostendit petrus damianus in epistola
seu tractatu quem fecit ad episcopos Cardinal-
cium sive primi capituli sic dicens Cum quo-
niam dictum ut scriptum est non erit innocens
Et alibi dicitur Avaro nichil est scelesti-
us, quid superbis terra et cinis Nichil e-
niquius quam amare pecuniam Dura magis
certe petrus et nimis formidolosa

Avaricia

a

(nichil est)

sententia Vt enim est auaro scelestius, non ergo patriarchis melior, non prefertur innocentis, equatur hereticis, assimilatur ydolatris apostolo dicente Auaricia que est ydolorum seruitus Sit ergo quilibet castus sit sobrius, sit indigentibus alendis intentus, hospitalitati deditus, ieiunet vigilet, die nocteque psallendo continuet, si tamen auarus est totum perdit Ita ut inter omnes criminum reos nequiorem se inuenire non posset | Nichil est enim auaro scelestius, nichil iniquius quia animam venalem habet | Quid ergo proderit non occidere non mechari non rapere, non demum degenerare immunemque te prorsus a cunctis criminibus custodire, dummodo si a te auaricia non expellitur nichil te nequius nichil scelestius reperitur | Si ergo auarus preciosas ecclesias construat, studio predicacionis insistat, dissidentes in pace consederat, titubantes in catholice fidei veritate confirmet, offendiculis quotidie sacrificiis sit intentus, a negociis secularibus sit remotus, donec in eo ardor auaricie non extinguatur, omnis flos virtutum eius exuritur, et nullus eo iniquior inuenitur Dico 3o quod status regis seu regentis requirit ut in remittendis penis seu iniuriis amplectetur clemenciam Vnde prouerbiorum 20 dicitur Misericordia et veritas custodiunt regem et roborabitur clemencia thronus eius Talis erat Job qui dicebat 28 c. Cum sederem quasi rex circumstante exercitu eram tamen merencium consolator Super quo verbo Beatus Gregorius 20 li. moralium sic ait Disciplina vel misericordia multum destruit si vna sine altera teneatur | Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet iuste consulens misericordia, et pie seuiens disciplina Sit itaque amor sed non emolliens

Clemencia regum et principum

b

Sit vigor sed non exasperans Sit zelus sed non immoderate seuiens Sit pietas sed non plus quam expedit parcens Sedere ergo circumstante exercitu vigor est ac disciplina regiminis Merencium uero corda consolari officium pietatis, et certe pietas et compassio multum decet quemcumque regentem Debet enim quilibet considerare qualiter velit in iudicio inuenire misericordem deum Vnde Basilius Condole in alienis calamitatibus sociare fletibus in alienis meroribus, in aliorum tribulatione et tu esto tristis Talis esto aliis qualis optas te esse circa alios, quod non vis pati non facias, ne inferas alteri mala ne paciaris similia, ita clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, et sic alios iudica ut iudicari cupis Et hoc fuit ille Assuerus Hester 13 cum dicebat Cum pluribus gentibus imperarem et vniuersum orbem mee dicioni subiugassem, nequaquam volui magnitudine mee abuti potencia sed clemencia et lenitate gubernare subiectos, etc. ut absque vllo terrore vitam silencio transeuntes optata cunctis mortalibus pace fruerentur | Et sic patet expediens qualiter statum regum siue regencium decet hiis tribus virtutibus prefulgere Quod pulcre declarat Augustinus in libro de 12 abusionibus sic dicens Iusticia regis est neminem per potenciam opprimere, sine personarum accepcione inter virum et proximum suum iuste iudicare, aduenis pupillis et viduis defensorem esse, cohibere furta adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos et histriones non nutrire, impios de terra perdere, patricidas et periurantes viuere non sinere, ecclesias defendere, pauperes elemosinis alere

Iustos super regni negocia constituere
Deuotos sapientes et sobrios consilia
rios habere Magorum et ariolorum
et phitonissarum supersticionibus non
intendere / iracundiam differre / patriam
fortiter et iuste contra aduersarios defen
dere / ponere in deo confidenciam / prosperitati
bus non eleuari / cuncta aduersa pa
cienter tollerare / fidem catholicam
habere / filios suos impie agere non si
nere / certis horis oracionibus insistere /
ante horas congruas cibum non gu
stare / Ve enim terre cuius rex puer est
et cuius principes mane comedunt /
Hec regi prosperitatem in presenti faciunt et
regem ad celestia regna meliora
perducunt Et hoc sufficiat de primo
principali / ¶ Secundo dicebat quod in
verbis propositis tangebatur famulatoris
obsequii clemencia pietatis intense
ad regum satisfaciendum fuit gratum obsequium
tante maiestati cui subditur ministra
bat ei / Hic enim fuit ante longe prophe
tizatum Ezech. 44. / Ipsi accedent ad me
ut ministrent michi et stabunt in conspe
ctu meo ut offerant michi ait dominus
Circa quod aduertendum quod magna be
nignitas et clemencia regis omnipo
tentis comprehenditur et declaratur cum
obsequium creature sue ad beniuolenciam
et graciam recipere dignatur / quia omnis crea
tura racionabilis ex debito de condigno
sibi seruire et obsequi tenetur et ob
ligatur Quia ysa. 45. Nunquid ego dominus
et non est ultra deus absque me / deus iustus
et saluans non est preter me / in me met
ipso iuraui quia michi curuabitur omne
genu et iurabit omnis lingua / Ideo
confundetur omnis qui repugnat ei quia
dedit illi deus pater nomen quod est
super omne nomen / ut in nomine ihesu
omne genu flectatur celestium terrestrium

et infernorum et omnis lingua confiteatur
Ait apostolus ad phil. 2. Confiteatur
nunquam omnis creatura quia nichil habet ex se quod
non accepit a deo Quia illud quid habes
quod non accepisti .1. Cor. 4. quasi diceret ni
chil Ergo si in sua mera gracia deus ipse
rex omnipotens ministerium seu obsequium
et seruicium creature accipere dignatur / inten
se pietatis clemencia merito in ipso com
mendatur / Et ideo quia acceptus est regi mi
nister intelligens prouerbiorum 14. Reges isti tanquam
sapientes et intelligentes istius regis
noui nati dignitatis et sue maiestatis
celsitudinem ac preeminenciam / sicut humiles
ministri dei et seruitores grata munera ob
tulerunt Aurum thus et mirram / de quibus
dictum fuit ysa. 61. Vos vocamini ministri
dei nostri quia vos elegit dominus ut stetis coram
eo et ministretis illi et colatis eum 2 paral
29 / inquit elegit dominus perpetualem
vos / et ineffabilem sua prudencia
ut stetis coram eo per fundamentale fidei
et stabilem perseueranciam / leuem et exhibilem
Et ministretis ei per personam / veri principia
Ut colatis eum / in ipsius regale et
insuperabilem magnificenciam / quia ipse
est ille rex perpetuus et dierum et anno
rum antiquus cui milia milium assistunt
ei et decies centena milia ministrabant
ei Dan. 7. / propter quod non immerito angeli
accesserunt et ministrabant ei Math. 4. / Ut quem ad
modum ipsi reges et angeli fecerunt / et
nos ministri dei et ecclesie Romane fa
ciamus / Modum vero seruiendi et admi
nistrandi huic regi nouiter nato eterno
et summo tradit ecclesias vicis Cris. super
illo verbo principes gencium dominantur eorum
Math. 20. dicens sic Volens dominus duorum
fratrum zebedei et aliorum extinguere
indignacionem / introduxit differenciam inter
principes mundiales et ecclesiasticos / quia
principes mundi ideo sunt ut dominentur
suis et eos subiciant et expoliant et
usque ad mortem eis utantur ad sua

a

utilitate et gloria. Principes autem ecclesie sunt ut serviant minoribus suis et ministrent eis quecumque acceperunt a Christo, ut suas utilitates negligat et illorum procuret et mori non recuset pro salute infirmorum. Et sequitur: Principatum ergo ecclesie concupiscere nec iustum est nec utile. Quis enim sapiens vult se ultro subdere servituti et periculo tali ut det rationem pro ecclesia, nisi forte quia non timet dei iudicium abutens principatu suo seculariter ut convertat in secularem. Et ideo ministri Christi et ecclesie dei debent esse

Ministrorum ecclesie officia.

- Prudentes in intellectu propter prudentiam
- Humiles in affectu propter satisfactionem
- Strenui in effectu propter diligentiam
- Fideles in respectu hominum propter discretionem

sicut vult iustitiam. Sic dicit apostolus 1 ad Cor 4 c.: Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores misteriorum dei. Et apostolus subiungit unam conditionem dicens sic: Queritur inter dispensatores ut quis fidelis inveniatur. Et difficultatem istius conditionis ingerit pluralitas malorum ministratorum seu dispensatorum. Quidam enim male ministrant ecclesie stipendia, alii ecclesie beneficia, alii ecclesie sacramenta, alii ecclesie documenta, alii ecclesie iudicia, alii ecclesie officia. Male dispensantes ecclesie stipendia sunt illi qui in suis superfluitatibus et vanitatibus huius mundi bona que sunt pauperum expendunt. Et de talibus loquitur Crisostomus exponens illud verbum domini: Filius hominis non venit ministrari sed ministrare, dicens sic: Ecclesiarum principes imitari debent Christum accessibilem et pueris manum imponentem et discipulis pedes lavantem ut et ipsi faciant similiter subditis suis. Nos autem tales sumus ut et principum huius mundi superbia excedere videamur, non intelligentes vel potius contempnentes mandatum et exemplum Christi. Et gerimus sicut reges acres procedentes

b

et terribiles nos et accessu difficiles maxime pauperibus exhibemus, nullam affabilitatem nec minimam permittentes et tamen iudicium symonie et quemadmodum non fecerit, Jacobi 2. Alii male dispensant ecclesie beneficia dando ea personis non expertis ad regimen animarum, et istos multum reprehendit dominus per prophetam dicens: Audite principes domus Jacob et iudices domus Israel qui abhominamini iudicium et omnia recta pervertitis, qui edificatis Syon in sanguinibus et Jerusalem in iniquitate. Propter hoc Syon quasi ~~aggerabitur~~ ager arabitur, et Jerusalem quasi acervus lapidum erit et mons templi in excelsa silvarum. Alii male administrant ecclesie sacramenta ministrando ea exgeminatis notoriis fornicariis usurariis et talibus. Contra quos loquitur dominus Mt 7 dicens: Nolite dare sanctum canibus neque margaritas ponere ante porcos. Alii male dispensant ecclesie documenta, videlicet qui legem dei nolunt intelligere nec verbum dei suis subditis predicare. Et de talibus scribitur Ysaie 56: Speculatores eius ceci omnes, nescierunt universi; canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes et amantes sompnia, ipsi pastores ignorantes intelligentiam. Et ideo non est mirum si ecclesia cum doctrina male dispensatur. Alii male dispensant ecclesie iudicia. Et isti sunt qui dimittentes iustitiam volunt replere bursas. Et contra tales Ysaie primo: Quomodo facta est meretrix civitas fidelis plena iudicii? Iustitia habitavit in ea, nunc autem homicide. Principes tui infideles, socii furum; omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, et causa vidue non ingreditur ad eos. Alii male dispensant ecclesie officia. Et isti sunt qui indifferenter promovent homines vel ad ordines vel ad primam tonsuram;

cont preptu apostoli deut' j. Date
nobis viros sapietes et gnaros
quor conuersacio sit pbata in tribubz
vris ut ponam eos pricipes Et ta
les debet esse ad sacros ordines p
moti ul pmouendi Vnu e q aliq
se excusat dicetes quanto plures fuit
tanto magis multiplicatur ecclia qs
pulcre rephendit Grus Gudh dicens
sic ecclia dilatatur ecclia et clericalis
sacratissimus ordo sup numerus multipli
catus est Ez Heu domine deus quia
et si multiplicasti gente no magni
ficasti leticia Du plus apparet
discessisse meriti qz numeri accres
sisse Currentur passim ad sacros
ordines et reuerenda ipis qz ange
licis spiritibus misteria homines
apphendunt sine reuerencia sine consi
deracione Neqz enim signum regis oc
cupare celestis hac illud timet
imperij gestare coronam In qbus
auaricia regnat ambicio ipat
dominatur supbia sedet ingratus
luxuria pricipatur in qbus pessima
eciam apparet mites pietes abhominacio
si iuxta Ezech prophetam parietem fodia
mus ut in domo domini videmus
horrenda sequitur post fornicacios post
adulteria post incestus nec ipe qd
apud aliquos ignominie passiones
et turpitudinis opa desunt ingre
diunt ad hac macula templum sactum
domini pollucies iudicium multiplex
acceptureri qz et tam contrarias consci
encias gerunt et inthronizant se
ingerunt in sanctuarium dei Heu ge
nus electum regale sacerdocium gens
sancta populus acquisicionis quis modo illa
tua primordia tam diuina et spiria
libus affluentem carismatibus va
ne religionis ortum crede posset
posse quoqz talia repire Sunt insup
alij q deo et ecclie pessime ministrat

corum vica aufendo et suis vsibus
applicando licet sit magnum pctm
aufferre aquoqz sua et sibi applicare
longe tn maius pctm est auferre
ab ecclia et vsibus laicalibus appli
care etc Et vtinam sic facietes si qui
sunt aduterent qd scribitur Sap. 6. Au
dite reges et intelligite quoniam data e vob
ptas a dno qui interrogabit opa vra et
cogitaciones vras scrutabitur qm cu
essetis heredes regni illius no recte iu
dicastis nec custodiuistis legem iusticie
neqz scdm voluntate dei ambulastis
horrende et cito apparebit vobis qm
iudicium durissimum his q psunt fiet
potetes enim potenter tormenta pacientur
No enim subtrahet psona cuiusqz ille q
e omnium dnator Et ecce sic facientibz debent
viri ecclie resistere postposito timore
Et si ex hoc habent aliqu pati tanto ma
gis ecclia exaltabitur et residens
punabitur et inferes dampnum ecclie
dapnabitur ecclia remanente dicente Cristo
Crisostomo valde pulcre in sermone
de penthecoste Multa impugnare volue
runt ecclia sz no potuerunt Impugna
bit quidem no tn vinci potit tempesta
tes suscipit ecclia sz no dimergitur
Jacula in eam mittuntur sz no pforatur
Machinamenta pparatur sz turribus no
eliditur Et quid dico eccliam Vnum
simone locutus est piscator videlicet
tu es xpus filius dei viui Et sicut
turris inmobilis pseuerat. quanti tyra
ni vbum hoc delere conati sunt sz no po
tuerunt sup petram enim fundata erat
Considera tyrannos reges dyademata
gladios acutos bestiarum dentes mor
tem minantes caminos ardentes ma
nus ferreas et rotas et oia machi
namenta parata et faretra quid sua
euacuauit dyabolus sz nichil lesit ecclia
porte enim inferi no preualebunt aduersus
ea testatur res ipa testatur horum
que fuit astipulacio quanti impugnauerunt

a

et nemo preualuit / et impugnatores
quidem tractati et obliuioni dati
sunt Ecclia autem quotidie virtutibus
augmentatur / Ubi nunc Claudius vbi
Augustus vbi Nero vbi Tiberius
nomina sunt muda / horum autem nemo
nec vlla horum mentio / Et quia ecclesiam
impugnauerunt / ideo et memoria perdi
derunt / Ecclia autem clarior resplendet
et indubie si ipsam et eius iura
mo intrepide defenderimus / ad
eternam gloriam perueniemus / Quam
nobis concedat / Sermo in die purifi
cationis bte marie virginis

Impleti sunt dies
purificationis eius / luc 2o / Et in euangelio
hodierno / Sapiens prouerbiorum 13 / Lignum vi
te desiderium veniens / Et in eodem capitulo
paulo post dicit / Desiderium si compleа
tur delectat animam / Modo carissimi
videtur michi quod inter cetera que in isti
mundo delectari consueuerunt deside
rantur precipue quatuor / scilicet
Habundancia fertilitatis et plenitudo / ideo scilicet
Euidencia claritatis et certitudo / pro tra
Mundicia puritas et pulcritudo / sancta
Excellencia dignitas et celsitudo / diligen
Et racio satis patet / Quia / tibus
Valor et habundancia saciat affectum / et ti
Splendor et euidencia delectat intellectum / me
Decor et mundicia prouocat affectum / tibus
Honor et excellencia incitat ad profectum / deum
ista quatuor sicut legittime desiderabilia
repromittit / Omnem habundanciam et securitatem
promittit / prouerbiorum primo / Qui audierit me
absque terrore requiescet et habundancia per
fruetur terrore malorum sublato
promittit scienciam et veritatem / Danielis 1o
pueris illis dedit deus scienciam et disciplinam
in omni libro et in omni sapiencia / Et Joh 8
Si manseritis in sermone meo vere discipuli
mei eritis et vos cognoscetis veritatem
et veritas liberabit vos / et puritatem
promittit etiam mundiciam / vnde Ezech

b

36 / Effundam super vos aquam mundam
et mundabimini ab omnibus inquina
mentis vestris / Et Joh 15 / Omnem qui
fert fructum purgabit eum ut fru
ctum plus afferat / Et sequitur / Vos
iam mundi estis propter sermonem quem
locutus sum vobis / excellenciam et di
promittit etiam et dignitatem / Sap
Sap 5 / Accipiet regnum decoris et
dyadema speciei de manu domini
Et breuiter tota scriptura plena est istis
promissionibus / Modo karissimi vi
detur michi quod ista die benedictissima
ista quatuor fuerunt nobis collata si
cut innuunt verba thematis praessumpta
Hodie enim virgo benedictissima
primo obtulit plenitudinem omnis in
digencie ~~omnis indigencie~~ suppletiuam
obtulit enim illum ad litteram de cuius
plenitudine omnes accepimus graciam pro gratia
Joh primo / Et ideo in themate / Impleti
sunt / Et merito / quia in psalmo dicitur
aperiente te manum tuam omnia imple
buntur bonitate / benedictissima hodie protulit
Secundo virgo bene / dicitudinem omnis igno
rancie exclusiuam / quia ad literam illum
in quo sunt omnes thesauri sapiencie et sciencie
absconditi / Ad Col. 2 / Et quia etiam
nobis dedit cognicionem sui prius quia sic
dicit Gregorius in prefacione / Quia per incarna
ti verbi misterium noua mentis nostre ocu
lis lux sue claritatis infulsit ut dum
visibiliter deum cognoscimus per hunc in inuisi
bilium amorem rapiamur / Et ideo dicitur in
themate / dies / Ad Ro. 13 / Nox pre
cessit dies autem appropinquabit / Impletis
Nota hic quid debetur diebus presentibus
preteritis et futuris etc / hodie contulit
Tercio virgo benedictissima / pulcritudinem
omnis inmundicie expulsiuam / Ipsa enim
est que ea puritate nituit qua sub
deo maior nequit intelligi sicut
dicit Anshelmus / et que fuit virgo sine
macula / sine ruga / hodie in templo
obtulit agnum immaculatum i. tota
macula ihesum xpistum / qui venit maculas

onn purgare. Hu in epla hodier
na que accipit malach. 3. Venit
ad templu suu dnator quē vos querit/
et angelus testamenti quē vos vult/
tis venit. Et seqt. Et sedebit co
flans et mundans argentu et purga
bit filios leui/ et erunt domino offe
rentes sacrificia et in iusticia et pla
cebit domino sacrificiu/ tio dr in the
mate purgatoris. Hu ad hebr. j.º
multipharie multisq3 modis etc. Et
seqt. Qui cu sit splendor glorie
et figura sbe eius portansq3 oia
vbo vtutis sue purgacō3 q3 pctōr
faciens. Nō h3 de purgacōe lo
qui et quo debz purgare cor. ob.
et opus. et a quibus intulit
Nr̃o vgo bndictissima celsitudie3
ois miserie ablatiua/ qz dr in the
mate eius. Cui ciuis. Eius ad
lram quam celum impletum
per est infernus euacuatus
per quam est celestis rclin in
per quam ruine staurate sunt
per qua etia expectatibz miseris
e vita pdita data. Dicit dicit tñ
in quoda smoe eius virgo cui an
geli seruiunt/ cuius pulcritudine sol et
luna mirant/ qua ds pr desposa
uit/ deus filius fecundauit/ deus
spus scus obumbrauit. Erit. ergo
pulcritudine candoris eius ami
rabr oculus. Hu Ambo. 2o lio de
virginitate de ea dicit sic Quid no
bilius dei matre. Ista ergo illa
de qua dr Sapie. 8. Generositate
eius illius glorificat cotubinu hns
dei. Etem oim dns dilexit eam
Ad lram Inceatu/ qz homo natus
e in ea et ipse fundauit ea altissimus
In ps. Hu Bnh. 9 omil. 2. sup missus
est dicit sic. Decu huiusi decebat
natiuitas ut no nisi de virgine nasceret.
Talis congruebat virgini partus
ut no pareret nisi deu. Proinde
factor hom ut ho fieret nascitur

de virgine talem sibi ex omnibz debuit
eligere immo condere matre/ quale sibi
decere sciebat et sibi placituram nouerat/
Voluit itaq3 esse virgine de qua imma
culata immaculatus procederet macu
las omn purgaturus. Voluit esse
et humilem de qua mitis et humilis pdiret
Et subdit. Ut ergo que sanctu sanctorum
conceptura erat et paritura sancta
esset corpore/ accepit donu virginitatis/
ut esset et mente accepit et humilitatis/
Huius mirificu virgo regia gemmis or
nata virtutu/ geminoq3 mentis pariter et
corporis decore perfulgida/ specie sua
et pulcritudine sua in celestibus cogni
ta/ celi ciuiu in se puocauit aspectus
ita ut regis animu in sui concupiam incli
naret/ et celestem nuntiu ad se de su
pernis educeret. Dies ergo purgatōs
eius. Illius sz de q dr in ps. Magna
est vtus eius et sapie eius no est
nrus. Et hu magna vtus eius gra
sic dicit Bnh. omil pa sup missus e
In ea fuit quadruplex mirabilis vtus
Fuit enim in matre virginitas. Unde dicit
Scdo in virgine fecunditas. sic. Felix
Tercio in prole sublimitas. maria
Quarto in tanta sblimitate humilitas. cui nec
humilitas defuit nec virginitas. Et quide
singularis virginitas qua no temera
uit sz honorauit fecunditas. Et nichi
lominus spalis humilitas qua no abstu
lit sz extulit fecunda virginitas. Et inco
parabilis prorsus fecunditas qua vir
ginitas simul comitat et humilitas. quid
horum no mirabile. quid no incopabile
quid no singulare. Mirum si no hesi
tas in horum ponderatione quid indices
esse dignius admiratione. Utru videlicet
potius stupenda sit in virgine fecundi
tas. an in matre integritas. an
in prole sublimitas. an cu tanta subli
mitate humilitas. Sz nil mirum si ds
q legitur et cernitur in sanctis suis
mirabilis mirabiliore se exhibuit

a

in matre sua Et ibidem dicit sic Et
quid mireris in Maria etc Dies
ergo purificationis eius Cuius eius ad
beatam Marie, sicut recitatur in sermone
hodierno Ad beatam nomine virginis
Maria luc. 1° Quod peritus consilij
omnibus 2° super Missus e dicit sic Si
insurgant venti temptacionum, si incur
ras scopulos tribulacionum etc Et
quia sicut dicit Jeronimus Si omnia mem
brea mea verterentur in linguas, ea
laudare sufficeret nullus, Altior enim
celo e dequa loqui nitimur, abisso
profundior cui laudes dicere cona
mur Si celum igitur te vocem alti
or es, si matrem gencium precedis Si
formam dei te appellem digna exi
stis Si dominam angelorum patri ce
probaris Quia ergo nullus ea lau
dare sufficiat, redeo ad concludendum
thema Probaui enim supra, quod desi
derium si compleatur delectat animam
Et quatuor sunt que simile consueue
runt delectari, et quod illa quatuor nobis
hodie sunt oblata per virginem benedictam
Ergo dies ista magnam exultacionis
delectacionis et gaudium nobis offert
Hec enim e dies quam fecit dominus exul
temus et letemur in ea, Vnde Augustinus
in principio sermonis huius festiuitatis
dicit sic Hodiernus dies fratres
karissimi magnum nobis contulit gau
dium in quo Christus infantus in templum e
putatus Exultet ergo virgines quia virgo
maria peperit Christum nichil in ea quod
vouit putet extimatum, mansit enim
virgo post partum Exultet vidue in
fante Christum vidua anna cognouit
Exultet coniugate, nascitum Christum
elizabeth nupta protestauit Nullus
gradus e preterimissus de quo non habet testimonium
salus omnium Impleti sunt ergo dies
purgationis eius In quibus verbis quatuor
tanguntur nobis secundum 4or de quibus hodie

b

sacta mater ecclesia solempnizat

Est enim hodie solempnitas mi | re et
super
excedentis oblacionis Christus enim ho
die in templo oblatus | mirie et
Est 2° hodie solempnitas | patentis il
lustracionis, in signum portamus ho
die candelas quia cognicio filij dei
nobis e hodie reuelata Ideo dicitur fe
stum istud candelaria | voluntarie
Est 3° hodie solempnitas | non virgeis
purificationis Virgo enim benedictissima
non necessitate sed voluntate legem purifica
cionis
seruauit Sicut deducit Cancellarius in
sermone huius diei Et ideo dicitur festum
istud festum purificationis | et placabilis
Est 4° hodie festum gratie | obuiacionis
Hodie enim Symeon iustus et An
na obuiauerunt Christo et cum beata vir
gine processione mirabilem fecerunt Vn
de et festum istud dicitur ypopanti id est obuiacio
Superexcedentis oblacio ditat amore
et gratie plenitudine infundendo
Impleti sunt | ornat splendore
Patentis illustracio | et intelligencie cer
titudine in mittendo dies | cons
Cutens purgacio purgat de | et
mundicie pulcritudine largiendo quia
dies purgationis | dotat honoris
Placens obuiacio | et excellencie cel
situdinem confendo eius Ad beatam
enim dat societate eius et virginis be
nedicte que e summa excellentia et
summus honor | exigit deuocionis
Hec oblatio | immense incendium
copiosum | requirit medi
Hec illustracio | tacionis intense
studium fructuosum | et purifica
Hec purificationis iudi | cis interne
excitatum virtuosum | laudacionis
Hec obuiacio precipit col | dine iubi
lum gaudiosum Vt sic Symeon
et Anna obuiantes laudauerunt dominum
Sic nos obuiam Christo cum iubilo collau
demus Et ista quatuor fuerunt ex

Cno

Thema

cellentissime in virgine benedicta
Fuit enim in ea primo devotionis
et gratie copiosissima plenitudo /
Fuit in ea secundo cogitationis et intel
ligentie limpidissima certitudo
Fuit in ea tertio incorruptionis et mun
ditie castissima pulcritudo
Fuit in ea quarto collaudationis et latrie ex
cellentissima celsitudo | Dico secundo
quod hodie est solempnitatis mire et sup
excedentis oblationis Ipse enim dei
filius hodie fuit in templo oblatus
unde Bernhardus in sermone hodierno | Ho
die sistitur creatori fructus terre sollem
nis / hodie placabilis et deo pla
cens hostia virgineis manibus offertur
in templo Et ideo cantamus illud
psalmi Suscepimus deus misericordiam tuam
in medio templi tui | Ipse enim ad literam
est misericordia que misericors creda
attingit a ripa ad ripam | quia ab
humanitate in divinitate cum in eadem
persona fuerit divinitas et humani
tas per eius adiutorium navis c
quelibet anima in hoc mundo posita
pervenit ad portum | Et videte carissi
mi quod tres oblationes fuerunt facte
pro christo
Prima de ipso a parentibus
Secunda per ipsum de animabus
Tertia fecit ipse in cruce pro omnibus
In prima docuit humilitatem immensam
In secunda paupertatem susceptam
In tertia caritatem intensam
Dico primo quod in prima oblatione facta de eo a parentibus docuit
humilitatem immensam | Ad literam enim
magna fuit humilitas cum esset dominus
legis quod legi se subdere voluit
et in hoc quod oblatus fuit et in hoc
quod redemptus fuit | Licet enim dicatur
Levitici 12 quod omne masculinum ape
riens vulvam sive primogenitum offer
atur in templum / et si esset de quacumque
tribu Levi redimebatur quinque siclis
argenti Patet quod dei filius qui egressus
est clauso utero virginis nec
in aliquo delicto pro dicte legi obno
xius erat Sic enim Bernhardus dicit Si
cut sidus sine sui corruptione emittit
radium Sic virgo absque sui corruptione
peperit filium / sed nec sidereus radius sua
minuit claritate / nec virgini filius sua
integritate et tamen propter humilitatem offerri
voluit et redimi | Voluit enim sic dicit
Apostolus per omnia fratribus assimilari ut
pontifex misericors fieret ad hebreos 2 Ideo
dicebat Matthei 11 Discite a me quia mitis
sum et humilis corde Super quo verbo
dicit Augustinus Discite a me non mundum fa
bricare / non cuncta visibilia et invisibilia
creare / non in ipso mundo miracula facere
et mortuos suscitare / sed quia mitis sum
et humilis corde | Cogitas magnam fa
bricam celsitudinis construere | prius
oportet te de fundamento humilitatis
cogitare | Vera autem humilitas facit de
se estimari pauca / et de aliis magna
Quis est hic et laudabimus eum | Nunc
clerici et religiosi / nunc hodie omnes
gestus omnes actus tam in spectabilibus
quam in agibilibus fiunt magis ad appa
rentiam quam ad existentiam | Patet discur
rendo in omnibus sic
In superbo ornatu
In superfluo apparatu
In excessivo comitatu
In contumelioso affatu
In aliorum contemptu et cetera
Et tamen dicit Augustinus Tolle hoc vitium a clero ut nolit appa
rere et cetera vicia facile evel
lentur | Quomodo autem hodie hec oblatio
fuit in documentum humilitatis et quo ad christum
et quo ad beatam virginem dicit Beda
in omelia dicens sic Intueamur fratres
karissimi diligentius verba legis que
proposuimus et videbimus apertissime
et quod beatissima dei genitrix et perpe
tuissima virgo maria simul cum filio
quem genuit et ab omni fuerit legis
subiectione liberrima Cum enim dicat lex
mulierem que suscepto semine pepe
risset immundam deputari / et per longa tempora sit
simul cum prole quam genuisset debere
mundari | Patet profecto quia illa que
sine virili susceptione seminis peperit
virgo / et una cum filio quem natus

a

est ei nequam munda describit neque pro
hostias salutares doceat esse immunda
dam Sed sicut dominus et salvator noster
in rubo et igne, Aaron in virga et flo-
re, Gedeoni in vellere et rore, Salo-
moni in forti muliere et eius precio,
Jeremie in femina et viro, Et apertissime
Ysaie in virgine et deo. Ysaie 7o Ecce
virgo concipiet et pariet filium et vocabitur
nomen eius Emanuel. Patet ergo quod
puritas virginalis Marie illexit lumen
speciosissimum quod numquam deficit. Id-
licam eum tulit hodie in templum

lumen purissimum
lumen ardentissimum
lumen splendidissimum
lumen perfectissimum

De quo lumine dicitur
Apocalypsis 21 Civitas
non eget sole neque
luna ut luceat
in ea nam claritas dei illuminabit eam et lu-
cerna eius est agnus. Et ambulabunt gen-
tes in lumine eius et reges terre afferent
gloriam suam et honorem in illam. Sed
videte domini. Sicut candela accensa
lucet sed extincta fetet. Sic hodie in dulce
persone ecclesiastice magis sunt extincte quam accense

Et ideo magis fetorem quam nitorem
emittunt. Sed virgo benedicta fuit puris-
sima et tamen hodie purificari voluit.
Unde in principio evangelii dicitur pur-
gationis eius. Cuius fuit duplex racio
prima propter humilitatem secunda propter nostram
instructionem. Prima quidem propter humi-
litatem. Nulla enim fuit necessitas Ma-
rie secundum legem purificationis. Mulier
enim que suscepto semine pepererat
purificatione indigebat. Unde hoc
probatur Bernardus sermone 3o huius festi-
vitatis dicit sic Putas quod Moyses
dicens mulierem que peperisset filium
inmundam esse, non timuerit super ma-
trem domini blasphemiam incogitate
tamen incurrere. Ecce timuit. Et
ideo premisit suscepto semine, nisi
enim providisset parituram sine semine
virginem, que necessitas erat de susce-
pto semine fieri mentionem. Patet
ergo quod lex illa minime dominam nostram inclu-
dit que non suscepto semine filium
peperit sicut predictum fuerat per Je-
remiam quod novum faciet dominus super terram.
Queris quod novum? Femina mulier
inquit circumdabit virum, ab altero vi-
ro non suscipiet, non humana lege
concipiet hominem, sed intra viscera in-
tacta et integra virum claudet
ita sane ut intrante et exeunte domino
iuxta Ezechielis prophetiam porta ori-
entalis clausa iugiter permaneat. Putas
ergo non poterit moveri animus eius
et dixit Quid michi opus est purifi-
catione, cur abstineam ab ingressu tem-
pli, cuius uterus nesciens virum fa-
ctus est templum spiritus sancti. Cur non
ingrediar templum que peperi dominum
templi. Nichil in hoc conceptu nichil
in partu impurum fuit, nichil illi-
citum, nichil purgandum. Nimirum cum
proles ista et fons puritatis sit
et purgationem facere venit peccatorum

go in me legalis purificabit obs-
uacio que purissima facta sum in
ipso partu immaculata Vere o
beata virgo vere non habes causam
nec opus est tibi purificacionis sed nec
filio tuo opus erat circumcisione Quia
esto multe mulieres tamen vna earum
quia et filius tuus sic est in numero
puerorum Patet ergo quod causa istius
purificacionis non fuit necessitas sed sola
humiliacio Et hoc idem deducit Beda
in omelia evangelii hodierni Secunda
causa fuit nostra instructio Vt nos
scilicet eius exemplo purificemur ut vnusquisque
dicere possit illud prouerbiorum 20 Purus sum
a peccato Immo si dixerimus quia peccatum
non habemus nosipsos seducimus et
veritas in nobis non est Dicitur 1
Johannis 1o Et prouerbiorum 24 Septies ca-
dit iustus in die Et nos persone
ecclesiastice quia in epistola hodierna scrip-
ta Malachie 3 dicitur quod purgabit filios
Leui Specialiter enim persone ecclesiastice
si volunt offerre sacrificium in iusticia
domino placitum et acceptum debent
se hodie purgare a sex profectum
Primo enim debent purgare ab omni
va negligencia et omissione Prima va
sicut dicit Gregorius super Ezechielem Adeo
connexa sunt peccata subditorum et prepositorum
quod vbi subditus ex culpa sua mori-
tur, ibi is qui preest quia tacuit reus
mortis habetur Vnde Ezechielis 3 Si
dicente me ad impium morte mo-
rieris non annunciaveris ei neque lo-
cutus fueris ipse impius iniquitate sua
morietur sanguinem autem eius de cat
manu tua requiram cat mala et inho-
Secundo affatum ab omni nesta locucione
Tercio affectum ab omni prava et immunda cogitacione
Quarto oculum ab omni suspecto et corrupta visione
Quinto actum ab omni illicita operacione
Sexto totum suppositum ab omni prava
consuetudine et assuefactione Et hoc

[illegible] a se purget

sunt signatum per sex ydrias positas
secundum purificacionem Iudeorum Johannis 2 Primo
enim debent purgare profectum ab omni
negligencia et omissione Prima sicut
dicit Gregorius super Ezechielem Adeo connexa
sunt peccata prepositorum et subditorum quod vbi
subditus ex culpa sua moritur ibi is
qui preest quia tacuit reus mortis habetur
Vnde Ezechielis 3 Si dicente me ad impium mor-
te morieris non annunciaveris ei neque
locutus fueris ipse impius iniquitate sua mo-
rietur sanguinem autem eius de manu
tua requiram Et ideo Ecclesiastici 7o dicitur De ne-
gligencia tua purga te cum paucis Et
dicit signanter cum paucis quia ad literam vi-
demus multos qui bene purgant se a commis-
sis mortalibus enim fatentur in quo deum of-
fenderunt faciendo Tamen pauci sunt qui purgant
se ab omissis, committunt multa que facere
debent et occupant se circa minus vtilia
ea que sunt necessariora et vtiliora to-
taliter omittendo Vnde et in confiteor
ecclesie Romane non confitetur se homo
peccasse omissione sed commissione tantum
de quo miratus sum ut frequenter Secundo
debet purgare affatum ab omni mala
et inhonesta locucione Vt sicut dicit
Apostolus ad Ephesios 5 Fornicatio et omnis
immundicia aut avaricia non nominetur
in vobis sicut decet sanctos, aut turpi-
tudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas
que ad rem non pertinet, sed magis gra-
ciarum actio Et maxime nullus sermo
detraccionis debet esse in ore persone ecclesiastice
ne sit sicut illa mala bestia de qua dicitur
Danielis 7 quod habebat in ore suo tres
ordines dencium Dentes enim recte detra-
ctores dicuntur Quia sicut dentes par-
tem ciborum demunt ita detractores vitam
et opinionem aliorum corrodunt Habet
enim tres ordines Tercius occulta ne-
Primus est bona al- gare [illegible] et
Secundus est bona clara et manifesta in sinistram
intencionem interpretari talis dicit
Tercius est mala propalare [illegible] [illegible]

a

Bern. sup Cantic' pctitas illud Pulcre
sunt gene tue sicut turturis dicat
de turture que hodie oblata est
nō solū q̄ auis pudica et compare
contenta sꝫ etiā pdito compare sola
degere fertur Unde subdit Solus
ut turtur es inquitatoriꝫ hominū vsꝫ
ris frequēcia Noli aut cauēs aliene
conuersacionis esse aut curiosus explo
rator aut temerarius iudex / etiā si
pperā actū aliquid dephenderis / nec
sic iudices pximū / magis aut excusa
intencōm si opus nō potes / puta igno
rātiā puta surrepcōm / puta casum
qꝫ si omnem omnino dissimulacōm rei
rectitudo recusat Suade michi nichilominus
ipse tibi et dicito apud temetipm ve
hemens fuit nimis ista teptacio / quid
de me illa fecisset si accepisset in me
similiter ptātē Ideo dr pul. 17. Sinno
puncus pulcrimus firmabr ab eo Vn
in pncipio capli dr Rnsio mollis fra
git ira / sermo durus suscitat iras
lingwa sapientū ornat sciēciā Os
fatuorꝫ ebulit stulticiā / lingwa placa
bilis lignū vite / que aut imoderata
est conteret spm Et 16. c. dr qꝫ dulcis
eloquio maiora recipiet ¶ Tercio debent
purgare affectum ab omni pua et immunda
cogitacōe Unde Jac 4. dr purifica
te corda vra duplices aīo Illi di
cunt duplices aīo qꝫ aliud intendunt et
aliud ptendunt / qui hūt mel in ore sꝫ
fel in corde / Pertranseo ¶ Quarto
debet purgare oculū ab omni sinistra
et corrupta intencōe / ne simus sicut
ypocrite qui omnia opa sua faciunt ut vide
antur ab hominibꝫ Et tn dicit Bnh sup
Cantic' smōe 33. Qui hodie serpit p
totū corpus ecclie putrida tabes
ypocrisis / et eo despacius quo lacius
et gravius / eoqꝫ pīculosius quo interius
Unde illi qui hūt extrius bona opacōm
et nō hūt intius recta intencōe

b

nō hūt ambas genas pulcras de
turture sꝫ vna pulcra et alia de
formem Similes sepulcris dealbatis
que apparent hominibus speciosa
intus nō plena sunt ossibus mortuorꝫ
et omni spurcicia Mt 23. Ideo 1. ad
Thim 2. dicit Aplus Volo viros
orare in omni loco leuantes puras ma
nus .i. puras intencōes Ut hodie
nō solū turtur sꝫ etiā columba auis
simplicissima offerebatur in teplo ¶ Quinto
debꝫ purgare aīam ab omni illicita opa
cione Unde pūbiorꝫ 25 Aufer ru
biginem de argento et egredietur
vas purissimum Rubigo que consuit
ferrū e ad hanc petm / quod si to
taliter auferatur de argento .i. ab
homine / egredietur vas purissimum
¶ Et Sexto dꝫ purgare totū suppo
situm ab omni pua consuetudine et as
suefaccione Statim enim sicut petm
venit in consuetudine cum difficulte
tractatur Consuetudo enim inclinat ad
modū nature Vn xpus in suscitacione
cione lazari quadriduani iam fe
tentis / et oculos leuauit ad celū
et lacrimatus est significando difficul
tatē resurgendi a pcto iam p consue
tudinem introducto Sicut enim dicit
Gregorius in moral consuetudo parit
despeiracōm / despacio peti defensiōz
peti defensio gubnacōm / gloria at
dapnacōm Ideo 1. ad Cor 7. Expur
gate vetus fermentū ut sitis noua
conspersio Patet ergo quod ppter hanc dupl
causa Beata virgo purificari voluit licet
purissima esset ¶ Dico 2o qꝫ Beata
virgo confitetur habuisse virtute mirabile
generatiua et editiua inmensis nostri
quod cuncta reficiat Unde dicit Ego
feram Adlicam enim ipse tulit ini
micorꝫ gnosiū cuncta reficies illum sꝫ
benedictū filiū dei qui clamat Mt 11.
Venite ad me et ego reficiam vos

Tulit q(uo)d i(n) vtero | In vtero concipiendo
Tulit in gremio | In gremio lactando
Tulit in brachio | In brachio ho(mini)s porrigendo
Tulit in humero | In humero in morte c(on)comitando
Tulit in animo | In animo diligendo
Vnde ip(s)a e(st) illa columba ferens ad
archam ramum oliue virentibus fo-
lijs Gen. 8. Vn(de) ip(s)a dicit de se ip(s)a
Ec(clesiast)ic(i) 24 Ego m(ate)r pulcre dilectionis
amoris (et)c. Cu(m) aut(em) istud benedictu(m)
numen concepit fecit humilitas. Quia
sicut deducit Bern(ardus) omil(ia) p(ri)ma sup(er)
missus est. Et si ex v(ir)ginitate pla-
cuit tame(n) ex humilitate concepit quod
p(ro)bat p(er) illud quod ip(s)a de se dicit Luc. 1.
Respexit humilitate(m) ancille sue ecce
enim ex hoc b(eatam) m(e) d(icent) o(mnes) g(enerationes). Bern(ardus) omil(ia)
2(a) sup(er) missus est p(re)t(er)itis illud v(er)bu(m)
b(ea)te Marie Ecce ancilla domini dicit
de eius humilitate sic. Que e(st) tam
sublimis humilitas que cede(re) no(n) no-
uit honoribus, insolesce(re) gloria
nescit, mater dei eligitur et an-
cilla se nominat. Non mediocris re-
uera humilitas insigne nec oblata
tanta gloria obliuisci humilitatem
Non magnum est esse humilem in ab-
iectione, s(ed) magna prorsus et ra-
ra v(ir)tus humilitas honorata. Et
omilia p(ri)ma circa fine(m) dicit sic. Fe-
lix maria cui nec humilitas defuit
nec v(ir)ginitas. Et q(ui)dem singularis
virginitas qua(m) no(n) temerauit s(ed)
honorauit fecunditas. Et nichilo(m)i(nu)s
sp(eci)alis humilitas qua(m) no(n) abstulit s(ed)
extulit fecunda v(ir)ginitas. Et i(n)co(m)pa(rabi)l(is)
prorsus fecunditas qua(m) v(ir)ginitas
simul comitat(ur) et humilitas. Quid
hor(um) no(n) mirabile quid no(n) i(n)co(m)pabile
quid no(n) singulare. Mirum si non hesi-
tas in hor(um) ponderacio(n)e quid tua
iudices dignius admiracio(n)e, v(tru)m
pocius stupenda sit fecunditas in

v(ir)gine, an in matre integritas, an
in prole sublimitas, an cu(m) tanta subli-
mitate humilitas, nisi q(uod) indubitat(er)
hor(um) singulis p(re)ferenda sint simul cuncta
et i(n)comparabilit(er) excellencius e(st) atq(ue) fe-
licius omnia p(er)cepisse qua(m) aliq(ua) p(ar)t(em).
Hac ergo humilitatem concepit numen q(uo)d
Symeon vocat salutare. Ysa. 45. Ape-
riatur terra et germinet saluatore(m). Ter-
ra i(d est) v(ir)go benedicta. Inp(ro)p(ter) rec(ta) tunc
tes cu(m) salutare ip(s)ius vt inh(ab)itet gl(or)ia
in terra nostra. Istud e(st) salutare de quo
d(icitu)r Gen. 49. Salutare tuu(m) expectabo
domine. Hac aut(em) cordis humiliatio(n)em vo-
cat Salomon in isto ferculo colup-
nas argenteas. Cordis eni(m) humiliaci(o)
h(abe)t q(ua)tuor columpnas de q(ui)bus d(icitu)r Ysa. 38. Exod(i).
Columpne in ingressu fuerunt q(ua)tuor q(ua)r(um)
p(ri)ma e(st) se ip(su)m despicere et vilificare
2(a) e(st) o(mn)ia bona sua op(er)a i(m)p(er)fecta reputare
3(a) in aduersitate o(mn)ia pacienter tollerare
4(a) e(st) de alijs magna estimare
Circa e(st) de omnibus in o(mn)ib(us) op(er)ib(us) suis ho(n)orare
Qui eni(m) de se magna estimat et
de alijs p(ar)ua no(n) e(st) humilis. Di(cen)s no(n) co(n)cipit
neq(ue) parit. S(ed) iste columpne dicu(n)t(ur) ar-
gentee. Qui(a) in eod(em) ca(pitulo) d(icitu)r q(uo)d columpnas
vestiuit argento. Illi eni(m) q(ui) h(ab)ent cor
ferreu(m). duru(m). no(n) ductile. no(n) sonor(um).
s(ed) violentu(m) et eciam virulentu(m) totu(m)
dentibus comminuens et comedens, no(n)
h(ab)ent vera(m) humilitate(m). s(ed) h(ab)ent columpnas
ferreas. Ymo de talibus d(icitu)r. Argentu(m) v(est)r(u)m
v(er)sum est in scoria. Ysa. 1(o). S(ed) eco(n)t(ra)
illi q(ui) h(ab)ent cor carneu(m). dulce. ductile.
et sonor(um). dicu(n)t(ur) h(ab)ere columpnas arge(n)-
teas. Dicit illud Ysa. 60. Pro ferro
afferam argentu(m). Dico 3(o) q(uo)d ista
v(ir)go co(n)fitetur habuisse v(ir)tute(m) singula-
riter receptiua(m) flamme v(ir)tuosi q(uo)d
cuncta p(er)ficit. Ego portabo. Ad licam
enim in ipam sp(iritu)s s(an)c(t)us no(n) solu(m) vet
s(ed) superuenit Luc. p(rim)o. Sp(iritu)s s(an)c(tu)s sup(er)-
uemet in te et v(ir)tus altissimi obumbrabit t(ibi)

Caritas

a

Ideoque et quod nascetur ex te sanctum
vocabitur filius dei. Hoc autem quod sit
accepit fecit caritas singularis. Spiritus
enim sanctus caritas est, et caritas in cor-
dibus nostris per spiritum sanctum diffunditur
ut patet ad Ro. 5. Unde ipsam caritatem
vocat Salomon reclinatorium aure-
um. Aureum quidem quia caritas aurum
est. Apoc. 3. Suadeo tibi a me emere
aurum ignitum idest caritatem. Sicut
enim aurum excedit cetera metalla in
colore, in pondere, in valore et in ducti-
bilitate. Sic caritas excedit omnes alias
virtutes. Sicut deducit apostolus .1. ad
Cor. 13. Et Augustinus diffusius de laude ca-
ritatis. Sed dimitto. Vocatur autem cari-
tas non solum aurum sed etiam reclinato-
rium quia ad beatam virginem fecit Christum recli-
nare caput in meridiem in lecto
durissimo crucis. Quanto autem istam caritatem
beata virgo habuit ostendit Bernhardus in quodam
sermone. Maria omnibus omnia facta
est sapientibus et insipientibus copiosis-
sima caritate debitricem se fecit, omnibus
misericordie sinum aperit, ut de ple-
nitudine illius accipiant universi: captivus
redemptionem, eger curationem, tristis
consolationem, peccator veniam, iustus gratiam,
angelus leticiam, denique tota trinitas
gloriam, filii(?) humane carnis substantiam,
ut non sit qui se abscondat a calore eius.
Et in quodam alio sermone dicit: Sileat
misericordiam tuam virgo beata si quis est qui
te in necessitatibus suis fideliter invocatam sibi
eam meminerit defuisse. Nos quidem simili-
ter in ceteris tuis virtutibus congaudemus
tibi, sed in hoc nobis ipsis potius lauda-
mus virginitatem, humilitatem miramur,
sed misericordia sapit miseris dulcius, hanc am-
plectimur carius, recordamur sepius,
crebrius invocamus. Hec est enim que to-
tius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium
impetravit. Quis autem misericordie tue o bene-
dicta longitudinem, latitudinem, subli-

b

mitatem et profundum investigare queat?
Nam longitudo eius usque in diem
novissimum invocantibus eam subve-
nit universis, latitudo replet orbem
terrarum, ut tua quoque misericordia plena sit
omnis terra. Sic et sublimitas eius
civitatis superne invenit restaurationem,
et profundum eius sedentibus in
tenebris et umbra mortis redemptionem
Per te enim celum repletum est, infernus
evacuatus est, restaurate ruine
celestis Ierusalem, expectantibus miseris est vita
perdita data. Quia ergo beata virgo
habuit tantam caritatem ideo porta-
vit Christum. Unde de ea dictum est ad
beatam Luc. xi. Beatus venter qui te
portavit et ubera que suxisti. Ipsa
ipsa facta est quasi navis institoris
de longe portans panem suum. Pu-
ver.(?) ult. Dicet enim quia caritas omnia
portat omnia suffert omnia susti-
net. Et non solum portat dominum immo
etiam proximum. Et hoc maxime debet
facere persone ecclesiastice quia specialiter
elegit eas dominus ad portandum ar-
cham. Deut. 2. Par. 15. Debent
enim portare dominum. Primo quidem
Primo in corpore — debent portare dominum
Secundo in ore — in corpore ipsum ma-
Tercio in corde — cerando .1. ad Cor. 6.
Quarto in opere — Glorificate et por-
tate dominum in corpore vestro. Et ad Gal.
ult. Stigmata domini Ihesu in cor-
pore meo porto. Secundo debent eum
portare in ore ipsum predicando. Act. 9.
Vas electionis est mihi iste, ut por-
tet nomen meum coram gentibus
et regibus et filiis Israel. Tercio de-
bent portare in corde se ei confor-
mando. Ad Hebre. ult. Exeamus
ad eum extra castra et improperium eius
portantes. Quarto debet portare
in opere eius mandatis obediendo. Tren.
3. Bonum est viro cum portaverit iugum

ab adolescencia sua. Secundo debet
eos portare proximum operibus ipsum con-
fovendo eidem in bonis confortando. Ysa. 66.
Ad ubera portabimini et super ge-
nua blandientur vobis. Et dicit
hic ad ubera quia in matrimonio
spirituali sponsus habet ubera duo scilicet
uber congratulationis et uber compas-
sionis. De ubere congratulationis procedit ex-
primere lac exhortationis. Et de ube-
re compassionis lac consolationis ut sciat
gaudere cum gaudentibus et flere cum
flentibus. Portare proximum ipsum in
Tercio debet suis tribulationibus conso-
lando. Numeri xi. Ego quasi nutri-
cius efficacem portabam eos in bra-
chiis meis. Iniquitatibus pro orando
Quarto in suis. Exo. 28. Portabit aa-
ron iniquitates filiorum israel. Et nume-
ri 18. dixit dominus ad aaron. Tu et filii
tui et domus patris tui portabi-
tis iniquitatem.
Quinto debent portare ipsum in suis
necessitatibus et compaciendo et subve-
niendo non quidem quod petit ne-
gando, ymmo eum qui necessaria ad ali-
menta necessaria denegatur. Ad Gal.
6. Alter alterius onera portate. Et
numeri xi. Porta eos in sinu tuo sicut
portare solet nutrix infantulum. Cari-
tas ergo est que facit portare. Unde qui
diligit portat qui autem neminem
portat neminem diligit. Docet autem
cognoscere Seneca in aliquibus habet verum
amiciciam dicit enim. Quia ille qui nulli
credit de nullo confidit nullam habet ve-
ram amiciciam. Unde dicit Seneca. Si ali-
quem amicum existimans cui non
tantum credis quantum tibi vehementer
erras et non satis nosti vim vere ami-
cicie. Et subdit bonum verbum. Multi
fallere docuerunt dum timent falli et illi
viam peccandi suspicando fecerunt.
Et videte quod illud ysa. dicit quod
facit portare, et quod Salomon dicit

recalmatorium aureum. Symeon dicit
esse pacem dicendo Nunc dimittis servum
tuum domine secundum verbum tuum in pace. Ad
literam enim fructus spiritus est caritas gau-
dium et pax. Ad Gal. 5. Ad literam Christus
michil tantum portavit, michil tantum commen-
davit, michil tantum predicavit sicut pacem.
Ysa. 9. Multiplicabitur eius imperium et
pacis non erit finis. Sed videtur mi-
chi propter peccata nostra exigentibus hodie ille
equus ruffus cuius sessori datum est ut
sumeret pacem de terra et ut se invicem
se interficerent. Dicit de Apok. 6. Appa-
ruit et visus est super terram. Unde
debent angeli pacis amare flere et
omne quod possunt remedium appone-
re ad pacem habendam. Nec debet recedere
duricia et obstinacia illorum qui istam pa-
cem tulerunt de terra. Deus enim licet
sciret pharaonem obstinatum, tamen non so-
lum semel, non solum 2o, non solum 3o sed
eciam decies misit ad eum Moysen
pro liberacione populi sui a servitute egip-
tiaca. Et nescio si fuit multo durior
ex ista in qua oporteret esse clerum
et populum durantibus guerris. Unde
Bernhardus ad Eugenium papam loquens 4o libro
c. 3o. sic. Tibi incubit ita habet dissimulare
non licet rides, ne forsitan forte incurabile
persuasus. Noli diffidere curam exige,
non curacionem. Denique audisti curam illius
habe et non curam. Vel salva illum. Verum
dixit ille Non est in medico semper re-
levetur ut eger. Sed melius de tuis
propono tibi Paulus loquitur. Plus omnibus
laboravi, non ait plus omnibus profui, aut
plus omnibus fructificavi. Verbum insolens
religiosissime vitavit. Scivit autem no-
verat homo quod docuerat deus quod unus-
quisque secundum laborem suum accipiet non secundum
proventum. Et ob hoc in laboribus potius
quam in profectibus gloriandum est putavit.
Dicit aliqui quotquot homines ipsum di-
centem. In laboribus plurimis
etcetera quod fac tu quod tuum est. Nam

a

deus quod suum est satis absque tua so
licitudine et anxietate curabit / Plan
ta . riga . fer curam . et tuas expletum
sit partes / sane incrementum ubi deus
voluerit dabit non tu / Ubi forte non
luceret vel deperit nichil / Dicente scriptura
Reddet deus mercedem sanctorum suorum et
deducet illos in viam mirabilem / De
tuus labor que nullus valet eva
cuare defectus / Et dixim absque preiudi
cio divine potentie et bonitatis / Quam in
dicatum cor populi huius / Qui potens est
deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe /
ciuius scit si convertantur et ignoscat
et curat et sanet eos / Et subdit
Fuerunt ante te qui se totos omnibus pa
scendis exponunt pastoris nomine et
opere gloriantes / nil nisi reputantes sibi in
dignum / nisi quod saluti omnium obviare
putaret / non querentes que sua sunt
sed impedentes / impendere curam / impende
sibi / impende et seipsos parati / Unus
primus illorum Et ego ait superimpen
dar pro animabus vestris Et tamquam dicent
Non veni ministrari sed ministrare po
nebat quotiens oportuisset sibi sumptu
suo / Primus erat de subditis gestus
sua pompa sua voluptas si quo eos
possent pare domino plebem perfectam /
Et id modis omnibus etiam in multa
tribulatione cordis et corporis / in labore
et erumpna / in fame et siti / in frigore
et nuditate Ut 2 ad Cor. 6. In omnibus
exhibeamus nosmetipsos sicut dei mini
stros in multa tribulationibus / patientia . in
necessitatibus in angustiis . in plagis
in carceribus . in seditionibus in laboribus
in vigiliis et ieiuniis Et subdit per
gloriam et ignobilitatem / per infamiam
et bonam vitam ut seductores et vera
ces etc. Gregorius dicit in omelia super illo
evangelii Johannis 8. Quis ex vobis ar
guet me de peccato Cum malorum perversi
tas crescat / non solum non frangi predicatio

b

debet sed etiam augeri Quod dominus
suo exemplo nos admonet / qui
post quam demonium habere dictus est predicationis
sue beneficia largius impendit Ut
Matthei 21 dicitur Qui primo misit servos suos
ad agricolas / sed ipsi apprehensis servis
illius alium ceciderunt alium occiderunt
alium lapidaverunt Qui propter hoc mittere
non cessavit Unde dicitur interum quod ipse
misit alios servos plures prioribus / sed
agricole fecerunt similiter eis Qui ex
hoc non dimisit primo misit ad eos
novissime filium suum sed ipsi occiderunt
eum similiter Patet ergo quod ex nul
la causa debet omitti quin pax per
patres angelos procuretur Ne
dicatur de altero verum quod scribitur
Iheremie 38 Iste homo non querit pacem
populo huic sed malum Fiat ergo domine
pax in virtute tua et loquitur dominus pa
cem in plebem suam et super sanctos eius
suos et in eos qui convertuntur ad cor ut
sedeat populus in pulcritudine pacis
in tabernaculis fiducie et in requie opu
lenta Ysa. 32. Decimo videamus quod virgo
beata confitetur se habuisse virtute li
beraliter collativa culminis gloriosi quod
Christe sufficiat Unde dicitur Et ego salvabo
Quod autem ista virtute collativa ha
bunt fecit dignitas matrialis propter
quod dicit Salomon quod hec ascensum
purpureum / quia mater dei tanta digni
tatem ascendit ut purpura vesti
retur Et sciliet esse regina ce
lorum Ut dominum et dominum angelorum suum
audacter appellat filium dicens
Luce 2. Fili quid fecisti nobis sic
Ubi Anshelmus preter hoc omnia prima super
missus est dicit sic Maria se matrem
dei agnoscens maiestate illa cui
angeli cum reverentia serviunt confi
dencia suum vocare filium Nec
dedignatur vocari deus quod esse
dignatus est Nam paulo post subdit

cxvii^ta Et erat inquit subditus illis
scilicet hominibus. deus hominibus. deus inquam
cui angeli subditi sunt cui principatus
et potestates obediunt. Subditus erat
marie et non tantum marie sed etiam Jo
seph propter mariam. Mirare ergo vtrum
libet et elige quid amplius mi
reris. siue filii benignissimam dignitatem
siue matris excellentissimam dignitatem
vtrobique stupor. vtrobique miraculum
et quod femine deus obtemperet humilitas
absque exemplo. et quod deo femina prin
cipetur sublimitas sine socio. Ideo sibi
dicit eius filius 3 Reg. 2. Pete mater
mea quod vis neque enim phas est
ut auertam faciam meam. Respiciat ergo
dignitatem dicit psalmus. vltus eius divites
et purpura indumentum eius. Neque
dignitate saluare impetum potest quia
salus nostra in manu sua est. Vnde ipsa
dicit Jere. 17 c Ego tecum sum ut
saluem te. Et ysa. 49. Captiuitas
a forti tolletur. et quod ablatum
fuerat a robusto saluabitur. Eos vero
qui iudicauerunt te ego iudicabo et fi
lios tuos ego saluabo. Et hoc est
quod Symeon confitetur dicens
quod tulit gloriam plebis tue israel. Ho
die enim ad liberandum tulit filium suum
in templum. verificatum est illud 3 Reg. 8.
Impleuerat gloria domini domum domini.
Et illud Exod. 16. Gloria domini appa
ruit in nube id est in humanitate assumpta
Et psalmus xi. aliter gloriosa inueniet
gloriam Et illud ysa. 40 Reuelabitur
gloria domini et videbit omnis caro pariter
quod os domini locutum est verum scilicet
illud quod caro factum est et habitabit
in nobis Et vidimus gloriam eius gloriam
quasi vnigeniti a patre plenum gratie et
veritatis. Joh. primo et ysa. 46. Ponam
in syon salutem et in israel gloriam
meam. Vt dicamus quod dicit beatus
Augustinus in sermone de assumptione eius

Quid nos tantilli quid actione pusilli
quid in eius laudibus referemus cum
etiam si omnium nostrum membra omnia verterentur
in linguas eam laudare sufficeret nullus
Altior enim celo est de qua loquimur et intimum
abysso profundior cui laudes dicere
conamur. Domini enim quem omnis crea
tura non capit ipsa immaculato vtero
clausum gestauit. Hec enim est que sola
meruit mater et sponsa vocari. Hec
prime matris dampna resoluit. Hec homini
perdito viam adduxit. Mater enim ge
neris nostri penam intulit mundo. Genitrix
domini nostri salutem edidit mundo. Au
ctrix peccati Eua. Auctrix meriti maria.
Eua occidendo obfuit. Maria viui
ficando profuit. Illa percussit. Ista sa
nauit. Hec enim in mali et restauratrix mo
dum vero et sanum peperit saluatorem.
Que est enim virgo tam sancta ad quam
venire dignatus est spiritus sanctus. Tam
speciosa ut eam sibi deus eligeret sponsam.
Que tam casta ut esse posset virgo
post partum. Hec est dei templum. fons ille
signatus et porta in domo domini clau
sa. Adhuc enim ut dixi spiritus sanctus
descendit super hanc. virtus altissimi obumbrauit.
ut hec esset immaculata coniunx. fecunda
partu virgo lactans et nutriens au
ctorem glorie et hominum. Merito igitur beata
a nobis singulariter extollitur pro eo
quod singulare commercium prebuit mundo.
Deniqsue statum se ad ipsa celi fastigia
subleuauit ut verbum quod erat in
principio apud deum desursum celi arce
susciperet. O felix maria omni laude
dignissima o genitrix gloriosa o subli
mis puerpera. cum visceribus auctor
celi terreque committitur. O felicia oscula
lactantis labiis impressa iudicia
receptiuus infancie utpote verus
ex te homine filius tibi matri allu
deret. cum verus ex patre deus dei
vnigenitus imperaret. Nam auctorem

tum ipsa concipiens edisti in tempore pube
rem quem habebas antea conditorem
O felix puerperium letabile angelis
optabile sanctis / iustis perditis / con
gruum confugium Sed quid dicam pauper
ingenio cum de te quicquid dixero minor
laus est quam tua mereatur Si celum
eum te vocem altior es Si matrem
gencium dicam precellis Si formam dei
te appellem digna existis Si dominam
angelorum vocem per omnia esse probaris
Quid ergo digne de te dicam quid re
feram cum non sufficiat lingwa car
nis tuas enarrare virtutes Has igitur
interim laudes sileat lingwa car
nis quas semper ardenter proferat
lingwa mentis Et illud Bernh. 2. Sermo
de adventu Cum tota affectu habeamus
ad filium o benedicta inventrix gratie genitrix
vite mater salutis / Ut per te suscipiat
nos qui per te datus est nobis Excuset apud
ipsum integritas tua culpas nostre cor
ruptionis et humilitas deo grata nostre impe
tret veniam vanitati Copiosa caritas
tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum
et fecunditas gloriosa fecunditatem
nobis conferat meritorum Domina nostra
advocata nostra Mediatrix nostra tuo fi
lio nos reconcilia / tuo filio nos comen
da tuo filio nos representa Fac o benedicta
per gratiam quam invenisti / per prerogativam
quam meruisti / per misericordiam quam pepersti
Ut qui mediante te fieri dignatus est
particeps nostre et infirmitatis / nos te
quoque intercedente participes nos faciat
glorie et beatitudinis sue Ihesus Christus
filius tuus qui est benedictus in secula
secula Amen

Sermo in purificatione virginis benedicte

Illa venit ad eum portans ramum olive Gen. 8. Di
cit Sapientis est veritatem non
deserere et deserentem ad veritatem
semitam revocare Ut dicit philosophus Vir
tutique omnipotentis dei est ubi sui

predicatorem non deserere vel destituere
sed ipse desiciente sua gratia roborare
Ipse enim per sua gratia videlicet gratia
Confortat mentes timidas | ut roboret
Irrigat lingwas balbucientes | affectiva
Illuminat mentes ignorantes | inspirativa
Primo namque describitur divina constancia
Secundo ut regulans inspirativa per eloquenciam
Tercio ut illuminans intellectiva per sapienciam
Circa quod triplex effectus predicatori
tunc necessarius in verbo proposito designatur
Primo ergo divina gratia roborat affe
ctiva per constanciam Et ideo premittitur
quod illa venit scilicet gratia spiritus sancti
cuius affatus mentem et affectum pre
dicatoris reficit. defendit. corrigit
et custodit Adveniente ergo gratia
spiritus sancti predicator merito potest dicere
illud Sap. 7o Venerunt michi omnia
bona pariter cum illa | inspirativa
Secundo divina gratia regulat | predicatoris
per facundiam Et ideo dicitur venire ad eum
scilicet predicatorem Nil enim propter defectum elo
quencie non potest animi sui conceptum
exprimere sicut dicit beatus Gregorius
de tempore in omelia Sed in eius defectu
divina gratia dirigit lingwam predica
toris per facundiam Ut de ipso verifi
cetur illud Primo factus est ad predi
catorem quem gratia ipsius dirigit in
sermone | Divina illuminat intellectiva
Tercio gratia | per sapienciam Et ideo dicitur portans
ramum olive Sicut enim oleum oli
varum lumen ministrat in lampade
Sic divina gratia illuminat intellectum in
corpore anima sicut dicit Hugo
prima anime ierarchie Divine
gratie sunt luminaria illuminancia omnes
qui se participat In cuius figura legitur
3. Reg. 6. quod Salomon fecit thronum
cherubim de lignis olivarum Et quia
Christus dat plenitudinem sapiencie
et gratiam Ut ergo in nobis affe
ctiva roboretur per constanciam In
spirativa reguletur per facundiam

intellectus illuminetur per scientiam cognitionis etc. Illa venit ad eum etc. Ho-
dierna festivitas digna est omni
veneratione. Et hoc patet triplici ratione.
Primo ratione virginis se humiliter offerentis.
Secundo ratione luminis se corporaliter ostendentis.
Tertio ratione hominis scilicet Symeonis spiritualiter
exultantis. Et ideo ista tria presens fe-
stivitas triplici nomine nuncupatur. Dicitur enim
festum purificationis virginis parientis.
Festum candelarum sive apparitionis luminis apparentis.
Festum ypopanti sive obviationis agnis
occurrentis. Festum purificationis vo-
catur virginis parientis quia virgo
legem purificationis servavit hodie.
Dicitur festum oblationis luminis apparentis
quia Christum lumen hodie in manibus portavit. Ipse
est lumen ad revelationem gentium.
Dicitur festum obviationis agnis occurrentis
quia Symeon occurrendo laudes hodie
decantavit. Et hec quidem tria totum evangelium
hodiernum continet. Narratio hodierno
primo exprimitur purificatio illibate
puritatis cum dicitur Impleti sunt dies purificationis etc.
Secundo exprimitur oblatio incarnate divinitatis cum
dicitur Tulerunt illum scilicet Ihesum in Ierusalem ut
sisterent eum domino sicut scriptum est etc.
Tertio obviatio societatis ordinate
Et ecce homo erat in Ierusalem cui nomen
erat Symeon etc. Et sic patet quod totum
evangelium hodiernum comprehendit. Hec
purificationem illibate puritatis aut
oblationem incarnate deitatis tria
obviationem ordinate societatis conve-
niunt tribus personis scilicet Matri et
Filio et Symeoni iusto. De quibus
sit specialis mentio in evangelio hodierno.
[illegible] Istis aut tribus verba premissa possunt que-
mittere aptari cum dicitur Illa venit ad eum etc.
Que quidem verba primo ad literam
intelliguntur de columba que ramum
floridum ad Noe portavit et cessa-
tionem diluvii indicavit. Et possunt
in presenti intelligi de columba immaculata
virgine Maria que filium suum iusto
Symeoni hodie portavit. Et tertio

mas legalis observantie humiliter consu-
mavit. Singulis sic intellectis tria oc-
currunt que presentem solempnitatem comme-
dabilem reddunt. Quorum
Primum est singularis perfectio virginis offerentis.
Secundum est salutaris oblatio muneris preparati.
Tertium est spiritualis conditio hominis cogitan-
detis. Primo hortamur ad imi-
tandum virginem exemplum humilitatis quod
intelligo in simplicitate columbe. Secundo
assumo in Symeone modum contuendi
que intelligo in figure proprietate quia
Symeon significatur per Noe qui refert
hoc pronomen eum ut patebit. Sermo
Primo ergo describitur singularis perfectio virginis
offerentis cum dicitur Illa beata enim virgo sin-
gularis sanctitatis privilegio filium suum
obtulit hodie in templo. Unde de singulari
privilegio sanctitatis illius potest sumi
figura illud Ruth 2o capitulo ad Hec
est Noemi. Ubi describitur de moribus
Primo ut nobiliter dedicata quia hec ipsa
Secundo ut virtuose confortata adventiens generantes
cum dicitur est. Unde quia demon non valens re-
sistere virtuti beate virginis potest dicere de ipsa:
Confortata est et non potero ad eam.
Tertio describitur ut pulcriformiter decorata
ad alliciendum virgines imitantes. Et
ideo dicitur Noemi quod interpretatur pulcra.
Et certe beata virgo fuit pulcerrima mulieris
eligatur. c. s. Christo ad alliciendum virgines
imitantes. Sic ergo primo describitur singularis
perfectio virginis cum dicitur Illa. muneris
Secundo describitur salutaris oblatio muneris cum dicitur
portans ramum olive virentem de-
signat quia sicut ramus olive procedens
a stipite huius progredientem a fructu sic
Christus procedens a patre huius plenitudinem
totius gratie in effectu quia gratia et veritas
per Ihesum Christum facta est Joh. 1. Unde
Christus hodie oblatus potest dicere illud
ps. Et sicut oliva fructifera in do-
mo dei. In qua autem oblatio ho-
dierna ostenditur salutaris
si consideretur. Primo quantum

Primo quantum ad oblatum celsitudo professionis
Secundo quantum ad oblacionem magnitudo dileccionis
Tercio quantum ad locum sanctitudo nominacionis
Primo namque oblacio hodierna ostenditur
salutaris si consideretur ad oblatum cel-
situdo professionis cum ait xpus Ego et
te celsitudo dignitatis professionis qua xpus
precedit apte de qua xpus Eccli 24 Ego ex
ore altissimi prodii Et Apoc 1o Ego
sum alpha et o Secunda ostenditur salu-
taris si considere-
Secundo oblacio hodierna
tur quo ad modum te(nera) magnitudo dileccionis
Cum ait ps Sicut oliva fructifera
Sicut enim oleum olive est condimentum
aliorum ciborum Sic caritas et dileccio
est condimentum et forma aliarum virtutum
Ex qua caritate xpus hodie offerri vo-
luit ut nos offerret deo mortifica-
tos quidem carne vivificatos autem
spiritu 1 pe 3 Unde in figura potest
xpus dicere illud Judicum ix Oliva
dixit numquid possum deserere pinguedinem
meam qua dii utuntur et homines
Postquam autem oblatus est nec amplius po-
terat deserere pinguedinem scilicet caritatis
et gracie qua ipse ut deus et homo uteba-
tur hodie in sua gratuita oblacione
Tercio oblacio hodierna ostenditur sa-
lutaris si consideretur quantum ad locum
sanctitudo donacionis cum dicitur in do-
mo domini in qua xpus fuit hodie
oblatus scilicet in templo quod fuit locus
sanctus Unde xpus potuit dicere illud
ps Introibo in domum tuam adorabo
ad templum sanctum tuum Introibo in domum
Offerendo oblacionis
Effundendo deuocionis et
Obtinendo exaudicionis
Sic ergo patet
quod describitur
salutaris
oblacio numinis apparet quod probat
suauitas olive
Secunda vero principalis racio dicta ho-
die describitur propter
unus congaudentis
scilicet Symeonis xpum hominem ba-
iulantis quod probat signi proprietas
Symeon enim pronomine significatur quod
refert hoc pronomen cum Nanoe
incipiat vester et significatur con-
gruenter per Symeonem quod viso salvatore
requiescere desiderabat in pace dicens
Nunc dimittis servum tuum domine secundum
verbum tuum in pace Specialis autem condi-
cio huius sancti Symeonis triplex describitur
in evangelio hodierno mentale
Primo quo ad innocentiam cum erat
homo iustus et timoratus
Secundo quo ad confidenciam vitalem cum
expectabat redempcionem israel
Tercio quo ad influenciam supernalem
cum spiritus sanctus erat in eo Et propter hec
tam mater et filius potuerunt dicere
illud Joh 14 Ad eum veniemus
propter innocenciam mentalem Et man-
sionem faciemus propter confidenciam vita-
lem Scilicet apud eum propter influenciam
supernalem Et ergo dimisso themate
dicamus de primo principali observa-
cia virginis marie ibi ut dicebatur
describitur singularis perfeccio virginis
marie que intelligitur in columbe
simplicitate et eius proprietate cum
dicitur illa Ubi sciendum quod quadruplicem
marie virginis perfeccionem considerare
possumus si quadruplicem columbe proprietatem
diligencius consideremus Ita sicut
potest colligi ex glossa Bede super illud
Cant 1o Oculi tui columbarum Co-
lumba est avis felle carens iuxta
fluenta residens secunda fructu
et alta volatu Primo namque est
felle carens corrupcionis
fonte madens gracie passionis
ferens fructum matris salvacionis
alta petens celestis mansionis
Beata
virgo fel-
le caret
corrupcionis
quia ab omni corrupcione peccati fuit
immunis Unde de ipsius puritate con-
venienter potest exponi illud Sap 7
Nichil inquinatum incurrit in illa Est
enim candor lucis eterne et speculum
dei maiestatis et ymago bonitatis
In hac auctoritate quatuor considera-
cio occurrunt que commutabilem

puritatem beate virginis evidenter
ostendunt. Nam enim
Eius ortus non tetigit originalis infectio
Eius vite cursus non attigit actualis transgressio
Eius animam non polluit maritalis amplexio
Eius verbum non caruit virtuali consilio. Et
hec quidem quatuor in premissa auctoritate ex
primuntur. Nam | non tetigit originalis
Primo eius ortus | infectio quia nichil
inquinatum in illam incurrit | tetigit actu
Secundo eius vite cursus non atti | alis trans
gressio quia est speculum sine macula dei
maiestatis | non polluit maritalis
Tertio eius animam | amplexio quia est can
dor lucis eterne | non caruit virtuali
Quarto eius verbum | consilio quia est yma
go bonitatis illius. Primo ergo dico
quod Marie virginis ortus non tetigit
originalis infectio. Omnes enim de
communi lege nascuntur cum peccato origina
li filii ire. Sed ista virgo est nata de
speciali privilegio gratie, quod decla
rare possumus tali ratione. Constat enim
quod ista virgo que unigenitum patris
plenum gratie et veritatis genuit pre
omnibus aliis gratie privilegia susce
pit, sicut dicit sanctus Bernardus in predicta
epistola. Paucis admodum privilegium san
ctificationis in utero legimus esse concessum
quod non est verisimile tante virgini fu
isse negatum. Sed legimus tam in vete
ri testamento quam in novo privilegium
sanctificationis in utero fuisse concessum
sicut Jeremie prophete cui ait dominus
Antequam exires de ventre matris
tue sanctificavi te Jeremie primo. Hoc etiam
legitur in novo testamento fuisse
concessum Johanni baptiste de quo ait evan
gelista Luce 1. Spiritu sancto replebitur ex
utero matris sue. Pes sancta ec
clesia pie et firmiter in veritate credit
quod virgo Maria prius fuit sancta quam
nata quamvis hoc non legatur fuisse ex
pressum in canone biblie. Unde ait
Bernardus in epistola predicta. Credo quod et

copiosius munus gratie in ipsam descenderit
que non solum eius sanctificavit ortum sed
immunem ab omni peccato deinceps custo
divit quod nulli alii inter natos mulierum
creditur esse donatum. Nichil ergo inquinatum
incurrit in illa. Unde ipsa est munda ab omni
inquinamento carnis et spiritus 2 ad Cor. 7.
Secundo eius cursus non attigit actualis
transgressio quia est speculum sine macula.
Triplex est macula spiritualis | Beata virgo
Una contracta | Maria caruit prima
Alia attracta | macula in ortu quia
Tertia corporalis sive inflicta | sicut dictum est
Prima est macula originalis infectionis | ipsa fuit in
Secunda est macula actualis transgressionis | utero sancti
Tertia est macula legalis purificationis | ficata. Ca
Prima ab eadem contrahitur | ruit etiam
Secunda ad se accedentibus ab ipsa generatur | secunda ma
Sed tertia a culpa est privilegiata purificatur | cula quia
nunquam peccati actualis macula est operata.
Unde sanctus Bernardus dicebat regina virgi
num singulari sanctitatis privilegio absque
omni actuali peccato duxit vitam suam, que
deum peccati mortalis peremptorem dominum
genuit pro munere autem iusticie omnibus
aptum. Ipsa etiam caruit tertia ma
cula quia a lege purificationis ipsa fuit excep
ta. Propter enim eximebat legis necessitas
sive vetustas que talis est ut habetur
Levitici 12. Mulier que suscepto semine
peperit masculum immunda erit 7 diebus.
Beata autem virgo Maria nullo susce
pto semine sed spiritu sancto interveniente et
virtute altissimi obumbrante dei filium
concepit et peperit. Propterea etiam exime
bat matris sanctitas que fuit sancti
ficata in matris utero singulari vo
to repleta de filio fecundata de spiritu
sancto nullam habens inclinationem ad malum
sed promotum habuit ad omne bonum. Propter
etiam eximebat prolis dignitas que
est super omnem legem divinam et humanam.
Est enim dominus omnium sicut dicitur Luce 6. Ergo
ipsam a lege purificationis eximebat legis
vetustas, matris sanctitas, et prolis dignitas

a

Licet virgo maria legem purificacionis
hodierne voluit observare propter tria
Primo propter documentum humilitatis | ut scilicet
Secundo propter vitandum scandalum veritatis | esset
Tercio propter exemplum societatis | similis
alys mulieribus Unde ait Bernardus
in sermone istius solempnitatis O virgo ma
ria vere non habes causam nec tibi opus
est purificacione Verumtamen esto similis alys
mulieribus in purificacione sicut filius
tuus factus est similis alys hominibus in circum
cisione | Licet ergo ipsa caruit macula
originalis infeccionis | macula actualis
transgressionis | et macula legalis obser
uacionis Erat ergo speculum sine macula
Unde sponsa canticorum 4. Tota pulc
ra es amica mea et macula non est in te
Tercio eius castitatem non polluit maritalis
amplexus Unde Augustinus in sermone annunci
acionis beate virginis exponens illud Ezech
44 porta hec clausa erit vir non trans
ibit per eam sic dicit Porta clausa est
quia virgo maria intacta permanet vir
non transibit per eam quia Joseph non cogno
uit eam Ergo eius alvum non tetigit
neque polluit maritalis amplexus Quod ut
dicitur in auctoritate Candor est lucis eterne
Candor igitur signat mundiciam castitatis
et virginitatis tam racione sue diffinicionis
quam racione sue proprietatis Racione namque sue
diffinicionis Docet enim philosophus libro 1 de
sensu et sensato quia candor est lux incorporata
et in superficie perspicua humidi et frigi
di ut patet in nive Cui eciam concordat Isid
ethimologiarum x v Candor inquit est color ni
ueus pura luce perfusus Mundicia autem
castitatis et virginitatis est lux incorporata
in dyaphano nature mortalis | quia in corpore
porcius hominibus non angelicis spiritibus
mundicia castitatis percipitur Nemo
enim secundum philosophum 1 ethicorum dicit deos id est ange
los esse castos | Certe mundicia castitatis
et virginitatis est lux incorporata sed non in
quacumque superficie sed in superficie perspicua frig
di et humidi | quia mundicia castitatis inue
nitur in hominibus habentibus prosperitatem

b

sapientie | humiditatem deuocionis et
gracie | et frigiditatem continencie Candor
eciam racione sue proprietatis signat mundiciam
castitatis et virginitatis Docet enim philosophus
ubi supra quod color nigri quam candor dicitur
alys coloribus substernitur | Licet in fun
damento virtutum alys virtutibus castitas pre
supponitur Qui enim castitate caret
frustra alias virtutes acquirere studet
Unde Gregorius Qui per mundiciam cordis
flumina libidinis non extinguit in cas
sum cetere virtutes oluntur Beata autem
virgo clarissime lucebat claritate virgi
nee castitatis | licet enim de promissione
angelica non dubitasset sed modum conci
piendi interogasset a virginitatis propo
sito non recessit Unde dixit Quomodo fiet istud quoniam
virum non cognosco Tu virum non cognoscis et tamen
dixit Quomodo possum filium concipere
que proposui numquam virum cognoscere Erat
ergo virgo mente | virgo carne | sancta
anima | et casta virgo | puella quippe decora
virgoque pulcherrima et incognita viro
Gen. 24. Et quamvis esset tota pulcra
tam decorata mente quam corpore tamen a
nullis lubricis numquam fuit concupita
quia tanta pudicicia in facie eius re
fulsit quod aliorum concupiscenciam repressit
Sicut dicit Allexander neque super canticum
pulcritudinem ergo candoris eius
admirabitur oculus Eccli. 43. Tercio
eius verbum non caruit virtuali consilio
eciam dicitur ymago bonitatis illius Beata
virgo maria in verbis edificatoriis bo
nitatem filij sui imitabat quia non nisi
verba edificatoria et salutifera loque
batur Sicut patet per inducendo et
discurrendo per omnia verba que ipsa
dicitur locuta fuisse Nam licet pauca que
locuta est virgo maria septies lo
quitur locuta fuisse Scilicet bis angelo
Primo requirendo modum concepcionis cum | verbis
dixit Quomodo fiet istud etc.
Secundo prebendo consensum | angelice
promissionis cum dicit Ecce ancilla domini etc.
Tercio locuta est elizabeth exprimendo verbum

amatissime salutacionis luc. 1. licet
sicut plura non explicat in presenti tractatu
qualia fuerint salutacionis verba. Semel
etiam locuta est filio virgo patris
Semel verbum dulcissime increpacionis luc. 2o
Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus
Secundo verbum humilime supplicacionis quando
in nupciis rogabat filium ut suppleret
vini defectum. Vinum inquit non habent luc. 2o
Semel etiam locuta est deo offerendo
munus graciarum actionis quando ipsa canta
bat illud canticum suavissimum Magni
ficat anima mea dominum. Semel etiam
locuta est proximo offerendo consilium
fructuose excitacionis cum dixit ministris
nupciarum Quodcumque dixerit vobis
facite. Et sic patet quod beata virgo in verbis
edificatoriis filii sui imitabatur exemplum
unde deus predestinavit eam esse confor
mem ymagini filii sui Ro. 8. Sed
beata virgine loquente verba edificatoria
filii sui bona et salutifera non imita
tur falsi homines adulatores et detracto
res qui in presencia hominibus complacent sed
in absencia eos mordent. Isti non por
tant cum beata virgine ymaginem filii dei
sed ymaginem bestie et malignantis
dyaboli. Isti ad modum scorpionis por
tant faciem virgineam sed caudam scorpio
ninam. Isti portant exterius vestem ovi
nam sed habent interius vestem lupinam
Isti cum Ioab proditore tenent mentum
amase manu dextera sed gladio decep
tionis effundunt viscera sua. Mentum dextera
tenere est quasi ex benignitate adu
lari. Sed manu sinistra gladio
percutit est quod maliciose et latenter ali
detrahit. Hoc tamen dictum sit de primo verbo
est ostensum quod beata virgo est carens omni
macula corrupcionis quia eius ortum non
tetigit originalis infectio. Eius vi
te cursum non attigit actualis trans
gressio. Eius alvum non polluit mari
talis amplexus. Eius verbum non ca

ruit virtuali consilio. ¶ Secundo beata virgo 2a pars
est mater fonte divine compassionis. Ipsa
enim generi humano compatitur. Quod pulchre
figuratur per reginam Hester que viscerose
populo suo compaciebatur. De qua scribitur Hest. 8.
Qui illo consurgente stetit ante eumque a sue
cam et ait Obsecro ut novis epistolis
a manu hostis (emendatur) dirigat. Et sequitur quod
adversarii eius iudei fuerunt ad amorem
regis pristinum reformati. In predicta autem
auctoritate quatuor consideratur que quatuor compas
siones beate Marie virginis evidenter ostendunt
Namque est | [Gracio]sa in impetrando. Et
Virtuosa in adiuvando | hec quidem tangitur
Studiosa in advocando | in predicta auctoritate
Misterosa in deprecando | Ipsa enim est virtuosa
Graciosa sive fructuosa | in adiuvando. Et hoc
promittitur in auctoritate quod ipsa surgente
cui enim aliquid adiuvat consurgit ut
ipsum defendat. Beata autem virgo semper
est parata ut nos in angustiis et necessitatibus
consoletur et teneat et tueatur. Unde Apo
stolus Cant. 6. adiuvans eius virtute
defensiva ait Que est ista que ascendit
quasi aurora consurgens. Et sequitur
terribilis quasi castrorum acies ordinata. Et ex
ponens Bernhardus dicit demon non tam visibiles
hostes timet quam castrorum aciem
ordinatam, quam adversariorum potestates timent
virginem mariam. Et ideo inter consilium beati
Bernh. super missus est. Quando si insurgunt
venti temptacionum, si incurreris scopu
los tribulacionum, respice stellam in periculis
in angustiis, in rebus dubiis, mariam
cogita, mariam invoca, non recedat
a corde, non recedat ab ore, et ut eius
ad impetrandum oracionis suffragium non
deseras conversacionis exemplum. Ipsam
sequens non devias, ipsam rogans non de
speras, ipsam cogitans non erras, ipsa
tenente non corruis, ipsa protegente non
metuis, ipsa duce non fatigaris. Et
sic in temetipso experiaris quam virtuosum
sit nomen virginis Marie. Est enim
virtuosa in adiuvando. Secundo est studiosa

a

Quando prodest strepitus labiorum ubi
cor mutum est/ sic enim psalmi modulacio
est quasi vox porcorum Hic enim oracio fit de-

vocione et numquam bonum Et subdit
Oratio cordis est non labiorum/ neque
deus verba intendit sed orantis cor
aspicit Unde ergo adorare in spiritu et
veritate contra ypocritas qui simulant
se orare Sicut symia fingit se
dicere pater noster et nichil dicit contra isti
simulant equitatem et sanctitatem unde iste
ut dicit Greg. in mor. Quid est
vita ypocrite nisi quedam visio fantas-
matis que ostendit in ymagine quod
non habet in mente/ Debemus ergo habere
veritatem in ore ad laudandum deum
iugiter sicut habuit iste gloriosus
sanctus Unde in contemplacione et
oracione visus est frequenter a terra elevari
In oracione sepe meruit exaudiri ¶ Nota
quomodo tria oravit de quibus meruit
exaudiri Primo quod nullius temporalis
aut carnalis rei affectio puritatem
mentis sue inficeret vel fortitudinem
emolliret ¶ Secundo ut deus non permitteret
quod a statu humilitatis sue et ordinis
ullius prelacionis dignitas eum
extolleret aut transferret ¶ Tercio ut
faceret statum fratris Reinaldi
qui pro defensione ecclesie tam duram
et crudelem sustinuit mortem sub
tirannide Frederici Imperatoris fu-
it enim divinitus sibi revelatum quod mors
illa propter causam ecclesie quam defendit
et propter paciam quam in morte habuit
et tormento fuit sibi in martirium
reputatum/ Patet ergo quod habuit
veritatem in ore ad laudandum iugiter
Tho. 1. viam veritatis non deseruit
Ideo potuit dicere deo illud. 4. Reg.
Obsecro memento domine quomodo ambu-
laverim in veritate coram te et in cor-
de perfecto et quod placitum est coram
te fecerim Et dominus sibi reddeat illud
ps. Complacuit in veritate tua Ut ipse
Salvator dicat angelis Aperite portas
et ingredietur gens sancta custodiens
veritatem/ portas scilicet paradisi quas nobis

aperiat etc. q. 26

Oratio

Veritas
ad laudandum
deum exigitur

no

Sermo de sancto Thoma de aquino doctore venerabilis eximio
Ecce plus quam Salomon hic
Mt 12. Et merito hodier-
ne diei Racio docet quod aliquis
alteri laudabiliter adequatur cum aliquo
ipsum superat et excedit / quod non solum
merito possit comparari illi / ymo quod
super illum extollatur et laudabiliter
commendetur / Exemplum habemus Mt
11. quia cum Iohannes baptista ceteros pro-
phetas in donis prophetie excessit ut-
pote qui dei filium digito demonstrauit /
et ipsummet dei filium non solum prophetis
comparatur sed eis multo prefertur / ut
dicit Quid existis in desertum vide-
re prophetam Amen dico vobis et plus
quam prophetam / Modo carissimi videtur
michi quod hodie homines consueue-
runt alios commendare et multipliciter ho-
norare

quatuor de causis:
- dignitate preeminencie celsioris
- nobilitate sapiencie clarioris
- prosperitate affluencie potioris /
- potestate excellencie amplioris /

Tamen nulla istarum condicionum est
in homine simpliciter commendanda / Cuius racio
est quod illa que non solum pueniunt bo-
nis ymo frequenter deterioribus / et sunt
talia que homo potest quandoque amittere et fortuna
potest auferre non sunt bona quibus
homo simpliciter redditur commendandus
Sed omnia ista sunt huiusmodi ergo etc. / Con
de dignitatibus dicit Boecius 2o de
consolacione Collata improbis digni-
tas non modo non efficit dignos sed
prodit pocius et ostendit indignos
Et 3o de consolacione dicit quod quam ra-
rius in dignitatibus est ut meritis
uirum inferat / vicia depellat aut
non fugat sed illustrare pocius nequi-
ciam solent quo fit ut indignemur
eas nequissimis contigisse Et
subdit Nam pessimum est ob honores
conuenientia dignos iudicare quos ipsis
honoribus iudicamus indignos Et ille
versificator dicit Optimus esse soles
te fecit honor meliorem Ne fias ti-
meo de meliore bonus De tranquillitate
temporalis affluencie dicit Innocencius
in libro de miseria condicionis humane di-
uites in superfluitate resoluuntur et iacta-
na effrenatur / currit ad libitum et cur-
rit ad illicitum Sunt instrumenta pe-
narum que sunt uel fuerunt oblectamenta
culparum / labor est in acquirendo / timor
est in possidendo / dolor est in dimittendo
cor eius semper sollicitat. fatigat et
affligit Ubi est thesaurus tuus ibi est
et cor tuum De nobilitate aut prosapia
dicit Gregorius in dyalogo Solet nonnullis
nobilitas generis parere ignobilitatem
mentis / ut minus in hoc mundo despi-
ciatur / unde affuisse peccatis recognoscunt
Et sancta dixit quidam nobilitas humana
unitas est in qua similitudinis christi comprobatur
De potestate aut excellencie amplioris
dicit Augustinus de singularitate clericorum Uir
uis diuitum pauperibus inuidetur et non-
in ope sed locupletes prosternitur infesta-
tione latronum / Plus diuites et poten-
tes ab hominibus appetuntur inpugna-
et violencius compulsatur ventus et
turbinibus culmina altiora Ideo talis
plus ceteris uniuersis potest fieri magis
nouit metuendus unde Sap. 6. po-
tentes potenter tormenta pacientur Et
Gregorius / Celsitudo non potest simpliciter co-
mendari nisi per eos qui sibi eas uel altum
carum non habent sed in iustum dei iudicium
non prefertur / Sed alie sunt due condiciones
quibus homo et simpliciter commendabilis
redditur et huius iuste non habenti pre-
fertur Thoma est caritas sapiencie velocis
Eccli. 37. Sapiens in populo hereditabit
honorem et ibi dicitur Sapiencia dei
astabit Secunda est sanctitas innocencie
purioris unde prouerbiorum 9. dicitur Memoria
iusti cum laudibus Et in prophetis Hectos

Dignitas

fortuna diuitiae

nobilitas

potestas

a

decet collaudatio Modo videtur m
q in primo clarissimus doctor iste Sa
lomoni merito coequat^r Sz in 2°
euidentissime salomonem superat Dico
primo q in claritate sapientie veloris
doctor meus Sanctus Thomas Salomoni
merito coequatur De Salomone d^r 3 Reg 4
q precedebat Salomonis sapientia sa
pientia omnium orientalium et egiptiorum
Et ipse de se dicit Eccl. 1 precessi sapientia omnes
qui ante me fuerunt in ierusalem Et idem d^r
Eccli 47 Qui eruditus in iuuentute imple
tus est quasi flumen sapientia Et vere de
isto sancto possumus dicere ista omnia et
eius sapientia precessit sapientiam aliorum docto
rum qui fuerunt in isto studio et aliorum
quorumcumque philosophorum Vnde si per ierusalem que
interpretatur visio pacis intelligatur uni
uersitas, audacter dico q iste preces
sit sapientia omnes qui fuerunt an eum ymo et
post eum in vniuersitate ista Et etiam sicut
Salomon eruditus in iuuentute impletus
est quasi flumen sapientia Sic iste in iuuentu
te quia adhuc 26 annorum legit pa
risius sententias et honorem doctoratus
30 etatis sue anno recepit, nec mirum
quia ingenium meum quod est xpus ante publice
docet in mundo voluit expectare Me
rito ergo Salomoni coequatur Et non potest esse
quia secundum philosophum 1° methaphisice Signum sa
pientis est posse docere Ideo ex conformi
tate eorum doctrine possumus sapientie
equaliter concludere in ambobus Modo
videtur michi q istorum doctrina secundum quatuor
condiciones conformes tudine existen
prima est que habet cer cie et veritatis
secunda pulcritudinem euidencie et claritatis
tertia plenitudinem affluencie et vtilitatis
quarta latitudine contineri et vniuersitatis
Est enim Dico primo q secundum certitu
vera sine contagio falsitatis existencie et
clara sine tedio obscuritatis veritatis quia est
Ordinata sine vitio curiositatis vera sine con
copiosa ambitu sue generalitatis tagio falsitatis

b

vos satis sicut domus que frequenter concus
sa et magnis ictibus percussa non
deicitur dicitur esse firma et certa sed
econtra illa que statim cum percutitur deii
citur est ruinosa Ita doctrina que fre
quenter concussa opinionibus multorum
doctorum subtilium percussa fortibus
ictibus argumentorum semper stat ymo
inualescit procto talis doctrina est certa
vera et firma, quia virtus manet
et inualescit incertum et viuit et
permanet in secula seculorum vt d^r 2 Esdre
4 pu 12 labium veritatis firmum et
perpetuum Sz doctrina que in ortu
suo aliquantulum lucet et postea deicitur
concussa, signum est q non est vera neque
certa nec est, sicut stella fixa in celo
sed sicut aliqua impressio facta in aere
sicut stella cometa que non est vera
stella Certum videmus ad sensum q do
ctrina istius sancti que d^r doctrina
communis, et si fuit percussa fortiter opi
nionibus multorum doctorum subtilium et
sit percussa ictibus argumentorum ff
tamen permanet in secula seculorum Doctrine
aut aliorum et si ad tempus apparet
tamen concusse et deducte per frequentes
argumentaciones opiniones in fiores
cito vidistis defacto q frequenter sunt
sicut vapor ad modicum parens
Ja. 4 Et sicut stelle quas traxit
draco cum cauda sua de celo in terram
Sicut d^r Apoc Patet q doctrina
istius secundum certitudine existencie et veritatis
sibi potest dicere illud Jo. 14 Ymo
tamen veritas est hanc ergo veritatem
eme et noli vendere sapienciam sic
d^r pru 23 sequentem, studendo in ea re
fundere doctores qui eam docet audiendo
scolam in qua docetur frequentando
ne sis de numero illorum quos Apostolus
vocat superstitiosos qui non vacabant
ad aliud nisi audire aut dicere aliquid
noui Actuum 17 Hec ergo doctrina

no recedat ab ore no recedat a
corde q ipam ee sequis no deuias
ipam cogitas no errabis / ipam te
nes no corruis / ipam loquens no
metuis ipam studens ad veritate
puenis Temi qo nc dimutta Cat.
3. Pap. 8. Dico 2o qr sz h doct^a
pulcritudine euidencie et claritatis
qr e clara sine tedio obscuritatis Ad
licam em Adlicam em inf ob de
clinas ista e magis clara cuius
em habuit stilu ita claru vbi ee
et res e de se sume obscura ppe ca
edidit ita clare qr vix e aliquis
ita rudis qui intelligere possit / Et
ete no mirto qr sua sapia no fuit
sapia huius mundi / que est cor ma
chinacionibus tegere / ss in verbis re
lare / que falsa sunt vera ostende
q vera sunt falsa demonstrare / Sz est
sapia iustorum que p ostentacio
fingere / ss in vbis aprice / vera ut
sunt diligere / falsa deuitare Sicut
dicit Gregorius mor. 10. exponens
illud Job 12. deridetur iustorum
simplicitas Et io scrutatus est et
abscondita pduxit in luce Et de
eius doctrina d^r ystie 8. Sicut lux
meridiana plana clara est Et dico
3o qr habuit plenitudine affluencie
et vtilitatis Est enim fructuosa
sine vicio curiositatis / Adlicam no
posuit se ad investigandu curiosa
et inutilia sicut hodie multi faciunt
Contra quos dicit Seneca 10. ep. ad
lucillum Quid te torques et maceras
in illa quoe qua vtilius e contepsisse
se q solue Et in epla 8. Quis ca
seu rodit / ergo silba caseu rodit
Quid inutili exhac sua pciulu in
visu et quid incomodum Sz forte
acutior e ista collatio Quis e silba
et silba caseu no rodit ergo mus ca

seu no rodit Opuerilis Et hoc scias
in hec supra talia diu super dixi mus in
hoc barbarum diminsimus Hoc e quod
triste docemus et palledi Et subdit
Cum multum supesset etatis pte dispo
nendu erat ut sufficiat et in necessariis
Nunc quanta demencia est supuacua dice
in tanta temporis egestate Et petrus Ra.
in quodam sermone dicit sic / Odibilius
nichil e subtilizare vbi est sola vtilitate
subtilitatis / qui etiam pdeat illis expe
dere dies suos q nc domus nc milicie
nc in foro nc in claustro nc in mercia
nec in ecclia nc alicubi psunt / Sene
ca ad lucillum / qr arista e et iniquo
e ut nichil tale ingenium quod sola vti
litate lascimens nulla in se resideat
continuitate Contra istos d^r Eccl. 3. In super
uacuis rebus noli scrutari multipliciter et
in pluribus rebus no eris curiosus Sic
no fuit iste gloriosus factus nisi magis
tis erat necessaria ad dei et supnorum
cognicionem Ut ideo dictu intelligamus qd
fuit dictu de Salomone Eccl. vlt. Cu
esset sapiens docuit populum et investigans
composuit parabolas multas q sunt vba
vtilia et conspexerit sermones cassos
Cuius enim latitudo continencie et vtilitatis
e copiosa ambitu sue qualitatis Ipse
enim no spuit modica puis et libros
loycales et morales excellenter exposuit
In theologia quattuor scripta super sentencias pro
in summas quarum sciam veritatem de vtu
tibus diuisit in duas vere loquentes
de omni materia subtilissime composuit
Contra de veritate et potencia dei de ma
lo contra gentiles quarum etiam determinat
Job / et Johannem pulcerrime postillauit
Super quattuor Ewangelia opus mirabilissimum
et dictis aliorum sanctorum recollegit / vbi eorum
dicta sic contexit ac si p vnum solum
ordinatissime esset facta Et multos alios
libros composuit Et in lege dni voluntas
eius et in lege eius meditabitur die ac no
cte vel In de ipso merito possumus dicere

a

quod dicit[2] de Salomone .3. Reg. 4. lo
cutus e Salomon tria milia parabolas
et fuerunt carmina eius tria milia et
disputavit super lignis a cedro que
est a libano usque ad ysopum que egre
ditur de pariete Disseruit de iumentis
volucribus et piscibus et venie
bat de cunctis populis ad audiendam sapientiam
salomonis Et ipse de se ipso dicit Ecc. 1
quod de se dicebat Salomon Ecc. 1 Po
sui in mente mea querere et investigare
sapienter de omnibus que sunt Et etiam
merito quia omnia vidit oculus eius Ep.
ad hebreos 4 Omnia nuda et aperta
sunt oculis eius Et de hoc dicamus
Ecc. 42 Sol illuminans per omnia respexit
et gloria domini plenum est opus eius
Et bene dicitur sol quia sicut sol excedit stellas quia est
maioris splendoris in claritate
maioris fervoris in calliditate
maioris valoris in fecunditate
maioris dulcoris in suavitate Sic
iste doctores qui sunt in universitate ista et quia
maioris splendoris in claritate cognitionis
Et maioris fervoris in calliditate dilectionis
Et maioris valoris in fecunditate predicationis
Et maioris dulcoris in suavitate contemplationis
Cum ergo alii doctores comparantur stellis
ut dicitur qui ad iustitiam erudiunt multos
quasi stelle in perpetuas eternitates Ipse
soli merito potest comparari et dici sicut sol
in virtute sua lucet Et videtur michi
quod illi tres soles qui apparuerunt quando
Christus est natus licet possent significare
trinitatem personarum que per Christum manife
stari debebat mundo, tres naturas
scilicet deitatem carnem et animam rationalem
que erat in una persona Tamen satis
congrue soles tres, tres doctores signi
ficant qui ecclesiam diversis temporibus singula
rissime illustraverunt Quorum primus
fuit paulus tempore pseudoapostolorum Secundus

b

Augustinus tempore hereticorum Tertius be
atus Thomas tempore modernorum Ut
de illo dicamus illud Ecc. 50 Quasi
sol refulgens sic ille refulsit in
templo dei Patet ergo quod Sanctus
Thomas in prima conditione laudabili
inclite sapientie velocis Salomoni
merito comparatur Secundo dico 2° quod
in conversatione laudabili scilicet in sanctitate
innocentie purioris a sancto Tho
ma Salomon evidentissime superatur
Salomon enim amplexus est terrenorum
affluentiam et prosperitatem Sed sanctus
Thomas professus est voluntariam pau
pertatem attendens illud Mt. 19 Si
vis perfectus esse vade et vende omnia etc.
Salomon amplexus est carnis volup
tatem ut patet 3 Reg. 3 Et Ecc. 47 Incli
nasti femora tua mulieribus dedi
sti maculam in gloria tua Sed sanctus
Thomas servavit carnis integritatem
Unde dominus papa refert de eo in bulla
quod confessor suus qui eius confessionem
generalem audivit dixit quod ita alie
nus erat a carnis corruptione
sicut puer quinque annorum attendens
illud quod virgines sequuntur agnum quocumque
ierit Apoc. 14 Salomon deditus
fuit ydolatrie iste latrie Unde dicit
dominus papa in bulla de eo quod omni
die unam missam celebrabat et
aliam aut duas audiebat in quibus
scilicet lacrimas ut papa asserit e
mittebat Salomon carnem suam
nutriebat in deliciis iste doma
bat in penitentiis Salomon legitur
habuisse bonum principium sed malum
exitum sed iste bonum principium et
devotissimum ac sanctissimum exitum
Unde cum sibi portatum fuerat corpus
Christi cum magna devotione et la
crimarum effusione dixit Ego de

isto sacramento corporis dei domini nostri
ihesu xpi et aliis sacramentis multa do-
cuit multa conscripsit in fide ihesu
xpi et sancte romane ecclesie cuius
correctioni cuncta subiecta cuncta sup-
pono. Patet ergo quod Salomonem
in hac condicione excedit. Sequitur
ergo cum in prima condicione et secunda
et in ista excedit quod de eo merito
dicere possumus verba thematis preassump-
ta Ecce plus quam Salomon hic. In quibus
verbis commendatur in tribus secundum tria

intro themat(is)

adverbia que in themate continentur
Est enim ibi ecce adverbium demonstrandi
Est ibi plusquam adverbium comparandi
Est ibi hic adverbium locandi sive situ-
andi

Primo singularissime demonstratur ecce propter
Secundo eundetissime comparatur plusquam
Tercio beatissime collocatur hic.

strat(ur)
ma
gni
tudi

Primo singularissime demonstratur ecce propter magnitudine evangelice et apostolice perfectionis
que micuit diversorum miraculorum
frequencia copiosus gloriosus Ecce
Secundo eundetissime comparatur propter cel-
situdine et limpitudinem theorar-
bice et angelice cognicionis qua cla-
rus sacrorum oraculorum intelligencia
luminosus plusquam Salomon
Tercio beatissime collocatur propter dilectionis
seraphice et beatifice fruicionis qua
fruitur bonorum primiorum exuberancia
copiosus hic. Dico primo quod singulariter
demonstratur propter magnitudine et ple-
nitudinem evangelice quia in istis gloriosus
vos scitis quod evangelica et apostolica per-
feccio consistit. In preceptorum observancie

In consiliorum adimpletione
In virtutum acquisitione
In morum compositione
In populorum erudicione
In divinorum contemplacione
In viciorum reluctacione

Quia hec
omnia per-
fectissime
habuit
iste glori-
osus doctor

Primo preceptorum observacionem ut dicere
posset illud Mt 19 Hec omnia servavi
a iuventute mea. Tunc enim est in aptior.
Sicut virga que est viridis et de novo
collecta plicatur sed desiccata frangitur
Sic homo qui incipit a iuventute bene
agere tunc optime potest deo servire et domino
servicio adaptari. Treno 3. Bonum est
viro cum portaverit iugum ab adolescencia
sua. Quia econtrario qui a iuventute incipit
male facere vix in senectute potest ad
bonum adaptari, cicius frangitur quam
plicetur. Et ratio potest esse quia consuetudo
inclinat eciam ea que prava est ad malum
Et ideo dicitur proverbiorum 22 Adolescens iuxta viam
suam eciam cum senuerit non recedet ab
ea Et ille versificator dicit Qui non
assuescit virtutibus dum iuvenescit
A viciis nescit discedere quando senescit
Et ideo a iuventute cepit mandata pli-
care et sacram predicatorum religionem
intrare 2 pal. 34. Cum adhuc esset
puer incepit querere dominum ut de se
dicat illud Sap. 8. puer eram
et ingeniosus et sortitus sum animam
bonam Et cum essem magis bonus
veni ad corpus incoinquinatum Et ideo pos-
sumus dicere illud Ioh. 1. Ecce vere israhelita
in quo dolus non est. Secundo habuit con-
siliorum adimpletionem quia ipse enim ambu-
lavit per semitam voluntarie paupertatis
que ducit facilius ut dicat cum apostolo
illud Mt. 19. Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te. Ambulavit eciam
per semitam sapiencie et humilitatis que du-
cit recius. Ut dicat illud 1 Reg. 3. Ecce
ego vocasti enim me. Noluit esse
de numero illorum de quibus dicitur proverbiorum 1. Vo-
cavi et renuistis. Ambulavit eciam
per semitam continencie et virginitatis que
ducit mundius et ideo angelis cogna-
ta est virginitas. In carne enim preter
carnem vivere non terrena vita sed celestis
Unde in carne angelicam gloriam acquirere

mainus meritum est quam bene vivere et esse eterne
angelicam felicitatem / esse virgine viri
tutis / tum hoc obtinere viribus in
titur hoc cum gratia quod habent angeli
a natura. Sicut dicit Jeronimus in
sermone de assumptione beate marie
virginis. Et intelligatur de eo illud
Malach. 3. Ecce mitto angelum me
um qui preparabit viam ante faciem meam.
Secundo habuit viciorum reluctatione
et ideo figuratur per illum leone de quo
dicitur Apoc. 5. Ecce vicit leo de tribu
iuda. Et per illum Jacob supplantato
rem Gen. 32. Ecce vir luctabatur cum
eo usque ad mane. Et videns quod eum
superare non posset tetigit nervum
femoris eius qui statim emarcuit.
Tercio habuit virtutum acquisitionem et
morum compositionem. Unde dicitur habuisse
virtutes que fuerunt singulariter in patribus
veteris testamenti. Ut dicit Gregorius
in 1 moralium quod ad ostendendum innocen
ciam venit abel. Ad docendum actionis
munditiam venit Enoch. Ad ostende
dam longanimitatem operis venit Noe.
Ad manifestandam obedienciam venit Ab
raham. Ad demonstrandam coniugalis vi
te castimoniam venit ysaac. Ad insi
nuandam vitam laboris tollerandam venit
Jacob. Ad reddenda pro malo bone
retribucionis gratiam venit Jozeph.
Ad ostendendam mansuetudinem venit Moy
ses. Ad informandam contra adversa fidu
ciam venit Josue. Ad ostendendam inter
flagella paciencia venit Job. Omnes autem
iste virtutes fuerunt coniuncte in isto al
mo doctore. Sed dicit Gregorius de
almo presule Bern. 2. dyalogorum omnium
iustorum similiter plenus fuit. Et ideo
merito de illo et de aliis iustis dicitur
Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter

filios dei et inter sanctos sors illorum
est. Quarto habuit divinorum contempla
cionem sicut satis patet supra. Ut dicatur
de illo illud Cant. 2. Ecce iste venit
saliens in montibus transiliens colles.
Ad literam audivi quod ita rapiebatur
in contemplacione sicut de beato hyla
rio legitur quod frequenter quando de mensa
surrexerat ignorabat quid ei
erat appositum. Et merito signabatur
per illum Jozeph. Ut de eo dicatur
illud Gen. 37. Ecce sompniator venit
in qua contemplacione dicitur frequenter ha
buisse angelicas allocuciones. Sexto
habuit populorum erudicionem. Ad literam
eum erudiunt totum mundum volentes
eius doctrinam recipere. Unde dicit vo
lentibus recipere unam cum apostolis illud
Actuum 13. Vobis verbum salutis huius
missum est. Et quia indignos vos
iudicastis. Ecce convertimur ad gentes
illas scilicet gentes de quibus dicitur ysa. 60.
Et ambulabunt gentes in lumine
tuo et reges in splendore ortus
tui. Patet ergo quod habuit plenitudinem
angelice et apostolice perfectionis et
ideo ipse nituit diversorum miraculorum
frequencia gloriosus. Et ut solum
accipiamus illa que sunt certa et appro
bata dominus papa in bulla sue ca
nonizacionis ponit 10. Primum est
de odore. Ut dicatur illud Gen.
27. Ecce odor filii mei sicut odor
agri pleni cui benedixit dominus. Secundum
37. quasi muneris electa. Tercium
de Exmergito. Quartum de illo qui ti
muerat excursione horribilis
fatasmatis. Quintum de male sancte
et de sanitate sua. Sextum de nocte
Septimum de habente febres quo
tidianas cum dolore stomachi. Octavum

de muliere surda Octauum de puella
habente infirmitatem ex sinancia Nonum
de conuerso monacho Decimum
de puero habente ruborem in costis In
prologo Dicitur quod hii magnificauerunt dominum sa
nctum suum Ergo merito dico quod fuit
diuersorum miraculorum frequentia glo
riosus Ergo merito commendatur singula
rissime Ecce Vt de ipso et magis
ad morum edificacionem exponamus
illud Dan. 10. Vidi et ecce vir
vnus vestitus lineis et renes eius
accincti auro obrizo et corpus eius
quasi crisolitus et facies eius quasi fulgur
et oculi eius quasi lampas ardens et
brachia eius et que deorsum sunt
usque ad pedes quasi species eris candentis
et vox eius ut vox multitudinis In
quibus verbis tanguntur .x. condiciones in
isto beatissimo doctore inuente et debent
maxime in isto quadragesimali tempore
esse in quolibet inueniri Vt dicit Gregorius pa
rum alio tempore religiosus extitit qui non
hoc tempore religiosus inuenitur incorrup
Primo habuit consecracionis et cionis de
corem et virtute continentie et virginitatis
Et ideo dicitur vestitus lineis et virtute
Secundo dilectionis feruorem gratie et cari
tatis ideo dicitur quod renes eius accincti auro obrizo
Tercio penitentie dolorem per virtutem penitentie et
austeritatis quod corpus eius quasi crisolitus
qui habet colorem maris dorem per virtutem
Quarto discrecionis splen prudentie et
sagacitatis ut calliditatis quod facies eius
quasi fulguris num dulcorem per virtutem
Quinto compassio nis et pietatis quod
oculi eius ut lampas ardens per vi
Sexto continuacionis et operacionis gorem
et virtutem perseuerantie et longanimitatis
quod brachia eius et que deorsum sunt usque
ad pedes quasi eris candentis ex hor
Septimo predicacionis et sancte tacionis
clamorem per virtutem sapientie et veritatis
quod vox eius ut vox multitudinis Di
co primo quod habuit consecracionis et incorrup
decorem et virtute continentie et virgini

quod vestitus lineis Dicitur satis communiter
contrarii sunt effectus Mors luxuria et totiens
continuatur Ergo habuit contrarios effectus
Sed inter omnia vitia magis maculat peccatum
luxurie Vnde de luxuria dicit ysa. 17. quod lu
to vilior vita eius Et Innocentius de miseria
condicionis humane O extrema libidi
nis turpitudo que non solum mentem effe
minat sed etiam corpus eneruat non so
lum maculat animam sed fedat personam Ve enim
peccatum quod fecerit homo extra corpus est
qui autem fornicatur in corpus suum peccat
Hanc semper precedit ardor et petulantia co
mitatur et immunditia sequitur dolor et
penitentia Et propter hoc dicitur in Canticis Vide
odientes eam que carnalis est maculata
tunica Et hic dicit maculata tunica
Ad literam enim licet quodlibet peccatum sit macula
tum istud est nimia macula Vnde est sicut
macula fuliginis que maxime appa
ret in veste linea seu panno albo Et
Ezechielis 16 Polluisti semitam tuam multi
bus humiliasti pulcritudinem in corpore tuo dedi
sti maculam in gloria tua Est enim ista
macula odienda propter multa Primo
Primo propter famis insatietatem propter fa
Secundo propter delectacionis breuitatem mis insa
Tercio propter eius adherentiam et tenacitatem cietatem
Ad literam sanguisuge due filie sunt
que clamant affer affer prouerbiorum 30 Sangui
suga est dyabolus qui sanguinem humanum su
git Iste due filie sunt auaritia et lu
xuria que numquam satiantur ymmo quanto plus
apponitur de materia tanto magis clamant
affer affer Vnde sicut videtis quod modi
cum salliuidum ignem mitigat et fit post
ea ardentior Sic luxurie operacio et si
ad horam videatur concupiscentiam miti
gare tamen postea fit ardentior prouerbiorum 26 Tria
sunt insaciabilia et quartum dicit infernus
et os vulue pellagus et terra que numquam
dicit sufficit Comedent et non sa
turabuntur fornicati sunt et non cessauerunt
Secundo est odienda ista macula propter dele
ctacionis breuitatem Vnde dicit Ieronimus Mo
mentaneum est quod delectat eternum est quod

luxuria

macula luxurie odienda est

3

Luxuria

cruciat. Prov. 6. Propter scortum vix est unius panis. Tercio propter eius feditatem Joelis 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Gregorius. Iumenta in stercore suo computrescere et carnales homines in fetore luxurie vitam suam finire. Prov. 6. Qui adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam pro turpitudine et ignorantia. Quarto propter eius adherentiam et tenacitatem. Maxime de malo opere timendum est ne homo cadat in foveam unde non possit exire. Istud peccatum fovea quedam est. Prov. 23. Fovea profunda meretrix est et talis fovea est quod homo non potest exire quia ista peccata maxime sunt adherentie et tenacitatis. Osee 5. Dabant cogitationes suas ut reverterentur ad deum suum quia spiritus fornicationis in medio eorum. Et ideo dicit Gregorius. Cuius luxuria semel mentem hominis occupaverit etc. Ergo ergo est odienda quia sic maculat et fedat. Ergo contrarium est castitas et continentia

Castitas

amplectenda quia magis inter ceteras virtutes honestat et decorat. Sap. 4. O quam pulchra est generatio cum claritate. Et ideo b. Augustinus diffiniens castitatem dicit sic. Castitas est extinctio vitiorum. Castitas est munda et honesta totius corporis habitudo. Ciprianus autem describit eam sic. Castitas est ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen merentium, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium dei amica. Hanc adiutus sanctus Thomas ut habet eam in corpore in carne sua benignitate servavit. Io- dicit vera virtute. Sed timeo quia pauci per se dolor sunt qui eam servant. Hic est qui se abscondit a calore luxurie. Sed dicitur vestitus lineis. Lineum enim habet albedinem et pulchritudinem. Et ideo recte significat castitatem. De ista veste dicitur Exo. 30. Facies

vestem sanctam Aaron in gloriam et decorem. Et sequitur. Romale et superhumerale et tunicam lineam indues Aaron. Interpretatur mons fortitudinis. Sanctum Thomam significans. Quia mons habet

Continentie pulchritudinem | Et vere
Evidentie altitudinem | Sanctus
Eminentie celsitudinem | Thomas
Influentie plenitudinem | habuit

pulchritudinem continentie ex dono pudicitie et virginitatis
Altitudinem evidentie ex dono sapientie et veritatis
Celsitudinem eminentie ex dono gratie et caritatis
plenitudinem influentie ex dono scientie

et benignitatis. Et ideo dicitur mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Ut dicitur in Ps. Iste ergo vestitus est de veste linea, id est castitate. Sed videte quod non solum Aaron debuit vestiri veste linea sed etiam eius filius. Unde Exo. 28 dicitur. Filius Aaron tunicas portavit lineas. Et Ezech. 44. Vestibus induentur filii Aaron. Qui tales maxime religiosi qui habent uti vestibus lineis, hoc est mentem castitate vestiri. Et videte vos scitis quod vestis linea exigit albedinem et candorem

Frequenti lotione | Ad litteram sic
Ferventi coctione | debet caro no-
Et forti percussione | stra et cor no-

strum isto tempore ad castitatem habere

Ferventi coctione que fit per cordis contritionem
Frequenti lotione que fit per oris confessionem
Et forti percussione que fit per carnis

macerationem et castigationem et operis satisfactionem. Ita dicit propheta Ysa. dicens sic. Lavamini mundi estote. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere perverse, discite bene agere, querite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Si fuerint peccata vestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermi-

Confessio et 19 utilitates

culus quasi lana alba erunt Videtur
michi quod ad istam locionem que fit per con-
fessionem debent nos inducere utilitates confessionis
Prima est medicine sanitatis ostensiua
Secunda veneni peccati expulsiua | Primo
Tercia sordium ac mundificatiua | est
infirmitas ostendenda Vos scitis
quod fatuus esset qui haberet grauem infirmi-
tatem et periculosam et nollet eam medi-
co ostendere sive manifestare Infirmi-
tas grauissima et periculosissima est infirmi-
tas peccati mortalis eterna stipendia
peccati mors Ad Ro. 6. et Eccl. 1. Et
est alia infirmitas pessima / ergo quo scit
se habere talem infirmitatem et non vult eam
ostendere medico spirituali in confessione
fatuus est Eccl. 10 dicitur Eccl. 18 Ante
infirmitatem tuam ostende conversacionem tuam
Secundo confessio est veneni peccati expul-
siua / Vos scitis quod qui sciret se ac-
cepisse venenum multum esset sollici-
tus de medicina querenda cum qua
posset expellere venenum / Medicina
autem summa est quod procuraret vomitum
Modo venenum anime est peccatum Deut. 33.
venenum aspidum insanabile Ergo
quisque est fatuus si non euomat per con-
fessionem Eccl. 31. Si fueris coactus
in edendo multum / surge de medio
et refrigerabit te et non adducet
corpori tuo infirmitatem Tercio confes-
sio est sordium mundificatiua Est enim
sicut ancilla que scopat domum et
sordes ponit super palam et postea
proicit Ps. et exercitabar et scopebam
spiritum meum Quarto est demonum fuga-
tiua Si inimicus absconsus illic
cessabit persequi te Quinto est venie
obtentiua Sicut est in foro dei ita
in foro mundi qui delictum confitetur
suspenditur Sed in foro dei qui revelat
absoluitur Ideo dicitur in Ps. dixi confi-
tebor aduersum me iniusticiam meam
domino et tu remisisti etc. / Patet ergo quod

ista locio que est per confessionem est ual-
de utilis / Sed que est causa quare
homines ad rem tam utilem cum diffi-
cultate pertrahuntur Videtur michi quod
racio est quia latro qui occidit homines
stringit eum per gulam ne clamet
Sic dyabolus hominem quinque modis
conatur impedire | Unde Augustinus Con- Nota
Primo propter culpe confusionem | fessio est salus
Secundo propter pene vitacionem | animarum dissipa- Confessio
Tercio propter vite longe promissionem | cio viciorum
Quarto propter residui [recidiui] suspicionem | restauracio
Quinto propter culpe reconsideracionem | virtutum
impugnatrix demonum. Quid plura
obstruit os inferni. portas aperit
paradisi Nota hic qualis debet esse con-
fessio sicut in precedentibus et sequentibus
continetur Primo propter culpe confusionem
Sunt aliqui qui ex hoc dimittunt quia confun-
duntur detestacionem culpe sue confiteri
Sed certe melius est confundi coram uno quam
coram omnibus in die iudicii / Cum autem
non vult confundi coram uno in confessione
velit nolit confundetur coram omnibus in
die iudicii / Discooperire namque revelabo
pudenda tua in facie tua / et ostendam
gentibus nuditatem tuam et regibus igno-
miniam tuam Eccl. 10 dicitur Eccl. 4. Non confun-
daris pro anima tua dicere verum / Est enim con-
fusio adducens peccatum et est confusio ad-
ducens gloriam et graciam Secundo propter pe-
ne vitacionem Sicut latro celat furtum
timore pene Sed certe melius est per diem
unum affligi quam semper in inferno vel per annum
in purgatorio Contra tales dicitur Job 7. Qui
timent pruinam irruet super eos nix
Tercio propter longe vite promissionem
Semper cogitant aliqui fatui In fine pe-
nitebis Sed vide quid dicit Gregorius
Qui penitenti veniam spopondit delin-
quenti diem crastinum non promisit Unde
sapiens mercator merces suas vendens
clamat quando melius possunt vendi Sic
modo confessio facta in sanitate plus va-
let quam in infirmitate et iuventute quam

a

in senectute Eccl. xii. Ante mor-
tem confitere a mortuo quasi nichil
prodest nisi vivus et sanus confite-
beris ¶ Quarto propter residui suspita-
tionem aliqui desperantes de misericordia dei
nolunt confiteri cogitantes quod statim
recidivaret in peccatum Sed istud est sa-
tanae Si enim vides equum tuum cade-
re in lutum certum est quod iuvares eum Quo-
modo ergo credis quod deus qui te intantum dilexit quod
pro te redimendo filium suum unigenitum de-
dit / te non iuvet ne cadas iterum in
peccatum Ipse enim elevat omnes qui corruunt
et erigit omnes elisos dicitur in psalmo ¶ Quinto
propter culpe inconsideratorum Adlicam enim
sicut infirmus qui sua infirmitate non sentit
ipsam medico non apperat Sic multi
in hoc mundo non senientes enormitate peccatorum
suorum et dei offensam penarum quas
meretur acerbitate non curat mor-
bum peccati revelare et medico apperire
spirituali Figurati per illos generos loth de
quibus Gen. 19. ubi dicitur quod cum loth eis
diceret ut surgerent et egrederentur de
Sodoma quia dominus volebat perdere civitatem
visus est eis quasi ludens loqui Ad litteram
sic est de multis Hii ergo sunt quinque digiti
manus diabolicae quibus conatur claudere os
peccatoris ne per confessionem peccatum suum de-
tegant Certo tales non possunt esse vesti-
bus induti lineis sed potius sordidis et
immundis Sed certe Sanctus Thomas
qui sic se lavit frequenter ideo indutus est
vestibus lineis Ezech. Cum vir unus
in medio eorum vestitus erat lineis
Et ideo potest dicere illud Ysa. 61. Gaudens
gaudebo in domino et exultabit anima mea
in deo meo, quia induit me vestimento
salutis et indumento leticiae circumdedit me
quasi sponsum decoratum monilibus suis
Eternam salutem nobis concedat ipse
dei filius qui est benedictus in secula
seculorum Amen Sermo de San-
cto Thoma de aquino doctore

b

Docebat eos de regno
dei act. 2. Et in fine
evangelii hodierni lu. xi
Beatus Augustinus in libro qui dicitur
speculum vel manuale c. 3. qui
intitulatur de vita eterna loquens de
regno suo dicit sic Jam itaque adve-
niat domine adoleat obsecro regnum
tuum / regnum illud carens morte pa-
tens sine cui nulla tempora succedunt
per evum / ubi continuus sine nocte dies
ubi illi angelorum ymnipmodici chori
ubi supernorum civium societas ubi dul-
cis solempnitas a peregrinatione huius
tristi labore redeuntium Ubi providi prophe-
tarum chori Ubi iudex apostolorum numerus
Ubi innumerabilium martirum victor ex-
ercitus / simulque confessorum constantia
premii sui perceptione consolata Ubi
fideles viri quos a vilitatis sue robore
voluptas huius seculi emollire non po-
tuit / Ubi sancte pariter mulieres qui cum
sexo sexum vicerunt / Ubi pueri qui dum
essent in carne annos suos moribus
transcenderunt / Ubi senes quos etas
debiles reddit et virtus boni operis
non reliquit / Ad horum omnium sancta
frequentia ac tue inspicere pulcri-
tudinis mensura sive laetitia fac
me domine deus toto corde intendere / vilit
curere feliciter pervenire interim dum
in isto maneo corpore / ubi hiis ipse medi-
tationibus mentem meam benedictis-
simator extere / munda cordis intuitu
ac mentis intellectu / Attende igne
celesti animam ut te solum cogitem / te
solum amem / te solum in corde habe-
am et in ore quod es futurus nobis
sine fine premium / Et ut pondus mor-
talit meum levius feram Da lumen
in corde / da verbum in ore Aperi sa-
crarium secreta septuarum et perfunda
misteriorum regni tui visceribus meis
proxima / Da ex amore tuo lacrimas
da fidei virtutibus penas / quibus indutus

fuisse ad te volitem / et prorsus
tra(ns)inde telum petam / Ex qua autem
manifeste colligitur quod doctrina de re-
gno dei est | Et ratio huius est
Alta et nobilis | quia doctrina ul(tr)a s(ci)a
Beata et delectabilis | e(st) nobilior alia
Fecunda et utilis | Tum quia ex obiecto
utpote quia de nobiliori obiecto / Tum quia
ex p(er)tedendi modo ut quia procedit modo
certiori quam alia Sicut patet de istis duobus
p(rim)o de anima Tum quia ex fine ultimo
utpote quia ordinata ad nobiliorem
finem ut patet 2a methaphisice / Modo doctri-
na de regno dei habet | Unde ad
Ex obiecto nobilitatem / celsitudinem | ista doctri-
Ex modo veritatem / certitudinem | na s(ecundu)m au-
Ex termino utilitatem / plenitudinem | ctoritatem
Augustini premissa et intenditur
cordialiter et cuperetur viliter / Quia
sicut dicit Augustinus in fine 22 de ci(vitate) dei
Nullus alius est noster finis nisi perve-
nire ad regnum cuius nullus est finis /
Ideo omni die oramus illud Mt. 6.
pater noster qui es in celis sancti(ficetur) no(men) ... tuum
Et quia Luc. 14 d(icitur) Beatus qui manduca-
bit panem in regno dei Modo videtur
michi quod de isto regno dei docet ali-
quis tripliciter / Exemplo verbo et
Scripto / docet enim aliquis | Unde
Exemplorum evidentia precedendo | de Sal-
Verborum efficacia inducendo | vatore
Scriptorum excellentia convincendo | mo d(icitur) quod
cepit facere et docere Act. 1. Et merito
quia Mt. 5 d(icitur) Qui fecerit et docuerit hic
magnus vocabitur in regno celorum Ho-
rum autem Beatus Thomas doctor noster
eximius fuit | sanctitudine exem-
Factorum sanctorum amorum | plaris | doctri-
Castorum eloquiorum et verborum pulcritudine | nalis
Librorum scriptorum ul(tr)a regulas multitudine et
altitudine singularis Fuit enim
Conversator et operator virtuosus | Dico
Predicator graciosus | Primo quod Beatus
Compilator copiosus | Thomas fuit
Scriptor fructuosus

factorum sanctorum et morum sanctitudine
exemplaris quia fuit conversator et operator
virtuosus / Docebat enim iste gloriosis-
simus doctor qui efficacius movent
exempla quam verba / quia factum ex verbo effi-
caciter concludi non potest s(ecundu)m logicos non
enim procedit a simili quia dictum est simile
dicto facere Unde Salvator Mt. 6.
Non omnis qui dicit michi domine domine
intrabit regnum celorum sed qui facit vo-
luntatem (patris) &c / Nec procedit a minori quia
locus ille tenet destructive et non con-
structive Sequitur enim negative Non potest
quod minus est ergo non quod maius Sed
e contra ergo ex dicto non concluditur effi-
caciter / sed factum ex facto optime concludi-
tur procedendo a simili Unde sic conclu-
dit Salvator Luc. 10 c. Unde inter-
rogans illum iurisperitum dicit Quis
tibi videtur proximus fuisse illi
qui incidit in latrones Qui respondit
Qui fecit misericordiam in illum Et statim con-
cludit Christus Vade ergo et tu fac simi(liter)
Quia ergo iste sciebat esse primo exem-
plaris vite sanctitate Attendens illud
Apostoli Tit. 2. In omnibus teipsum prebe
in exemplum bonorum operum in doctrina in
integritate in gravitate · 1 ad Thim. 4.
Exemplum esto fidelium in verbo in conversa-
tione in caritate in fide et castitate
Unde sicut patet eius vitam intuenti qui
omnia membra sua erant quedam exempla
virtutis Unde legebatur | In eius intellectu claritas
In eius visu simplicitas | In eius affectu bonitas
In eius vultu benignitas | In eius mente sanctitas
In eius auditu humilitas | In eius corde
In eius gustu sobrietas | caritas Et
In eius lingua veritas | in eo species cor-
In eius odoratu suavitas | poris simulacrum
In eius tactu integritas | tum fuit mentis
In eius manu largitas | figuraque pro-
In eius visceribus pietas | bitatis Sicut
In eius incessu gravitas | dicit Ambrosius
In eius gestu honestas | 2 de integritate

a

beato virginis | Unde fuit exemplum
virtutis in effrata et habuit nomen
celebre in Bethleem Ruth. 4. c. In
faciebat ipse illud .1. ad Cor. 4. Non
in sermone est regnum dei sed in virtute
Et videtur quod in eximio optime ostendit
quo procedere debet ista virtutis exempla
ritas in doctore | Dicitur enim ibi sic Re
lictis illis abiit foras extra civitatem
in Bethaniam ibique mansit Et tunc se
quitur docebat eos de regno dei Ergo
ergo vir iste apostolicus cum esset generalis de
nobilibus et divitibus puta ex co
mitibus, reliquit omnia propter Christum pau
perem factus est pauper Vado vero
in Bethania et ibi mansit .i. ad istam
sanctissimam fratrum predicatorum religi
onem in qua sic mansit immobilis quod
captus incarceratus nec terroribus co
acti nec quibuscumque blandimentis seduci
potuit quin semper in firmo proposito perma
neret Quam autem ista sanctissima religio
per Bethaniam figuretur manifeste ap
paret Bethania enim habet quatuor inter
pretationes interpretatur enim domus obedientie
domus afflictionis domus domini et do
mus edificata domino Est ergo bene ista re
ligio Bethania .i. domus in qua est
omnis humilitatis et obedientie indicium
omnis pene et claritatis premium
omnis doctrine doctrine et veritatis stabilimentum
omnis gratie et caritatis incendium
omnis sanctimonie et honestatis cohabitium
Gen. 28. Vere dominus deus est in loco isto
non est hic aliud nisi domus dei et porta
celi Unde ista est vera domus domini
firmiter edificata Unde fundata super
firmam petram Benedic ergo et sanctifica
domum istam in sempiternum domus Israel
Et dicitur preterea ista religio Bethania ex
alia causa | Bethania fuit castellum
Marie et Marthe in quo Lazarus fuit
resuscitatus et Christus dei filius hospitatus

b

Et certe in ista sancta religione est
primo Maria que ibi est oraculum sancte
contemplationis Est | ibi est ministerium
secundo Martha que fructuose predicationis
Tertio resuscitatur Lazarus qui ibi vi
detur quotidie admirande resusci
tationis prodigium a morte scilicet cul
pe resuscitatur peccatores Hic est
quarto hospitatur hic Christus qui continuum
consortium divine visitationis | In ista
ergo Bethania mansit faciens illud
Hugonis de claustro anime dicentis sic
Bonos facit rerum distributio Melio
res mundi renunciatio Optimos reli
gionis cohabitatio Mundus bonis est
pessimus Religio etiam malis est
optima Facit quoque de malo bonum
et de bono meliorem et de meliore
optimum Et hoc fit quia deus visitat
sponsam Sicut scriptum est Visitasti terram
et inebriasti eam multiplicasti locu
pletare eam Patet ergo quo prius
cessit in isto sanctorum factorum et
morum exemplaritas Quia sicut dicit
Crisostomus de compunctione cordis doce et non
facere non solum nichil sed etiam dampnum
plurimum confert Grandis enim condem
natio est componenti sermonem suum vita
non sua atque opera negligenti Et
Beatus Augustinus de verbis domini dicit Do
ctor quicumque affligetur et consequenter
discipuli exemplo plectetur qui facere aliis
tradidit que ipse non fecit Neque enim
is religiosus factus est qui novit lege
cessantibus factis, tum magis expe
diat facere quam docere Quia molestum
est docere et non facere Et Gregorius in moralibus
Cum omni imperio docetur quod prius
agitur quam dicatur Nam doctrine subtra
hit fiduciam quam conscientia prependit le
gittimam Et Seneca dicit Turpis
simum est nos verba philosophie non opera tracta
re | Duo sequuntur quod iste doctor ger

minus fuit cristorum eloquorum et verborum pulcritudine doctrinalis et regularis | fuit enim predicator gloriosus si preciseo quam magis dicam infra | Sed de eo potest dici quod dictum est de paulo Act. 29. loquebatur cum fiducia disputans et suadens de regno dei | Et bene comparatur paulo quia videtur michi sicut paulo datum est singulariter illuminare ecclesiam tempore apostolorum / et augustino tempore hereticorum Sic beato Thome tempore modernorum Unde isti fuerunt tres qui testimonium dant in terra Spiritus Aqua et Sanguis .1. Joh. 5. Sanguis quidem i. beatus paulus qui doctrinam suam confirmavit per martirium Aqua i. beatus Augustinus qui habuit scripturarum profluvium | Sed Spiritus i. beatus Thomas qui servavit virginitatis premium | Tertio beatus Thomas doctor excellentissimus fuit vere scripturarum multitudine et altitudine singularis | fuit enim compilator copiosus Conscriptor fructuosus Scripsit enim ad literam tot et tanta profunda et alta quod imaginabile est quod adhoc potuit sufficere tempus vite sue | Unde videtur impossibile nisi fuerit a spiritu sancto Ut de eo dicamus quod scribitur Ecc. 12. Cum esset sapientissimus docuit populum / quesivit verba utilia. conscripsit sermones utilissimos rectissimos et veritate plenos | Et videtur quod doctrina istius sancti ostenditur esse vera super omnes doctrinas doctorum modernorum ex duobus Primo quia de veritate de qua dicitur 2. Esdre .4. manet et invalescat in eternum vivit et obtinet in secula seculorum Et pro. 12. dicitur quod labium veritatis firmum erit in perpetuum / Modo doctrina istius sancti fuit frequenter percussa fortibus ictibus forcium argumentorum / fuit frequenter impulsa subtilitatibus magnorum doctorum

Sed tamen sicut aurum quanto magis per igne probatur tanto purius efficitur Sic ista doctrina quanto magis impugnatur firmius vivit et obtinet in secula seculorum Secundo apparet ex alio Dan. 12. Qui ad iusticiam erudiunt plurimos quasi stelle | Unde apparet quod doctores comparantur stellis Sunt stelle lucentes quedam vere et in celo fixe illarum claritas permanet | Sunt alie apparentes que non sunt nisi quedam impressiones facte in aere et istarum claritas non durat quia statim cadunt Et ad literam sic est de doctrina multorum doctorum subtilium qui in ortu suo videntur esse valde lucentes sed post modicum tempus cadunt ex toto Unde de istis dicitur Apoc. 6. Stelle ceciderunt de celo Et Ezech. 32. Nigrescere faciam stellas eius Sed doctrina istius sancti et a principio et semper continue magis lucet Unde est stella candida matutina De qua dicitur Apoc. 22. Et Ecc. 50. Quasi stella matutina in medio nebule et quasi luna plena in diebus suis lucet et quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo dei | Bene ergo conscripsit sermones rectissimos et veritate plenos | licet enim sint aliqua et pauca que communiter non tenentur / tamen ex hoc non est eius doctrina abiicienda sicut nec doctrina Augustini nec aliorum Hoc enim privilegium deus soli divine scripture habere voluit | ut in ea sola nullius fermentum aut contagium falsitatis esset | Solis enim scripturarum libris qui Canonici appellantur honorem deferre didici ut nullum auctorem eorum errasse credatur / ceteros ita lego etc. Patet ergo quomodo iste docuit scripturarum multitudine et altitudine singulari Ut de eo dicamus illud Sap. 10. Iustum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctorum honestavit enim in laboribus et complevit labores illius | Concludamus ergo habemus duo Primum est quod doctrina de

a

regno dei est | Secundo habemus
Alta et nobil | q de regno dei do
Certa et delectabil | cet aliquis tripli
Fecunda et utilis | citer consulitur
Exemplorum euidentia procedendo
Verborum efficacia inducendo | Ita
Scriptorum excellentia innuendo | beniuolen
tia q sanctus Thomas doctor eximius fuit

Introductio thematis

Doctorum factorum sanctitudine exemplaris
Castorum eloquiorum et uerborum pulcherrime doctrinalis
Verorum scriptorum militantium et altissime singularis
Ergo merito de eo concludamus uerba
thematis praeassumpta docebat eos de
regno dei etc. Vel possumus aliter be
ne introducere thema ideo Videtur enim
michi q in sacro Canone regnum dei
quadrupliciter sumitur | Scriptura diuinitus in
Dicitur enim regnum dei | spirata Matthaei 21. Au
feretur a nobis regnum dei et dabitur
genti facienti fructus eius Regnum
dei glossa id est sacra scriptura Et sic accipi
tur a Crisostomo | regnum dei fides diuina
Dicitur etiam regnum | informata Luc. 2a.
Regnum dei inter uos est glossa et est
Bede id est fides per dilectionem operans
Dicitur etiam regnum dei praesens ecclesia Matthaei 21.
Mittet angelos suos et colligent
de regno eius omnia scandala glossa
de regno dei id est de praesenti ecclesia Et acci
pitur ab Augustino 21. de Ciuitate dei
Dicitur quarto regnum dei uita beata Luc.
26. Beati pauperes quia uestrum est re
gnum dei Modo uidetur michi q iste
gloriosus doctor | scripture sacre misteria
Penetrando spiritualiter enucleauit profanis fidei
Fidei et caritatis et ceterarum uirtutum insignia
disputando utiliter dilucidauit Velut
Militantis ecclesie studia dilucidando euange
lizando fortiter preambulauit Seruiuit
Vite beate gaudia canendo uigiliter pro
nuntiauit uberius Ergo quodcumque
accipias regnum optime de eo conclu

b

ditur praeassumptum thema docebat
eos de regno dei etc. In quibus uerbis
tria tanguntur Vnum ex parte doctoris
Secundum ex parte auditoris Tertium ex parte
doctrine | enim habet influere
Doctor | copiose | Doctor enim non
Auditor debet perficere studiose | debet abscon
doctrine habet perficere uirtuose | dere sed ma
nifestare Auditor non debet negligere
sed fructificare doctrina non debet deficere
sed perficere et consummare Tangitur
Primo ipsius doctoris supererogatio et instruc
tio liberalis docebat | et repletio
Secundo ipsius fructificatio | generalis eos
Tertio doctrine perfectio et consummatio
salutaris de regno dei Vnde iste doctor
tate quod tunc erat futurum contingens. Sed
ad hoc respondet idem Augustinus quod quandoque dyabolus
predicit aliqua futura ex sui ingenii ma
gna subtilitate / ex longa factorum
experientia / ex signis que videt exterius
ex hominum inclinacione. Et ideo in historiis
et talibus de hominibus iudicat quod con
tingit quandoque etiam / quia adeo permittitur talia
vera dicere ad hominum probacionem sicut
dominus met testatur Deuteronomio 13 dicens Si
surrexerit in medio tui propheta aut
qui sompnium se vidisse dicat / et predixerit
signum atque portentum et evenerit quod
locutus est / et dixerit tibi Eamus et
sequamur deos alienos quos ignoras
et serviamus eis. Non audias verba prophete
illius aut sompniatoris / quia temptat vos
dominus deus vester ut palam fiat utrum diligatis
eum aut non in toto corde vestro et in to
ta anima vestra. ¶ Secundo dico quod respondet
mathematici et naturales philosophi si fallibiles
et deceptorie / falluntur enim frequenter in
talibus iudiciis et decipiuntur sicut astro
logi qui volunt iudicare ex stellarum et si
gnorum nativitate cuiuslibet conditione
sive apparatione / sicut phizonomi
qui volunt iudicare ex manibus inspectione.
Racio autem quare isti decipiuntur et in
iudiciis falluntur / quia nulla naturalis com
plexio / nulla a nativitate vel etiam natura
lis inclinacio nulla constellacio potest
liberum arbitrium hominis cogere aut
violentare / immo per liberum arbitrium
hiis omnibus dominatur. Unde Ptolomeus

a

in centilogio verbo octavo dicit Quia
supplices dominabitur astris Et Aristoteles
de secretis secretorum narrat quod licet
~~ypocras~~ ypocratis ex naturali complexione
debet esse multis viciis irretitus secundum
phizonomiam apud quos phizonomia
dicitur indicavit de eo Tu vides
illa esse vilia per racionem et voluntate
se in contrariis actibus exercendo ad
magnam virtutis perfectionem devenit
Et ideo sic indicantes reprehendit pulcre
Sanctus Gregorius in omelia epiphanie inter ce
tera adducendo de Esau et Jacob
fratribus quos uno tempore eodem quasi momento
mater effudit, et tamen non utriusque vite
equalitas fuit Dicit eciam aliud exemplum
quod uno et eodem momento et filius regis
nascitur et filius servi, et tamen unus ad
regnum proficit alio in servitute perpe
tuo remanente Absit ergo non est nostre que
nis visio expectanda Desideramus
enim habere visionem de statu futuro huius
pueri non mendacem et periculosam non
fallacem et deceptoriam sed veracem et
certificatoriam Et videtur quod ad ista
respondent directe quatuor testes verissimi et
omni credulitate digni Habemus enim describere

Responsum propheticum
Responsum apostolicum et evangelicum
Responsum divinum et theoarchicum
Responsum angelicum

Primo enim habemus responsum prophe ticum Unde Mal
3. c. ad literam de sancto Johanne dicitur sic Ecce
ego mitto angelum meum et preparabit
viam ante faciem meam. Dicit ergo quasi a
Malachia propheta Quis puer iste erit. Respondet
angelus propter puritatem quam habuit absque
omni corruptione, propter claritatem quam
habuit in dei cognicione, propter dignitatem
quam habuit in dei preminacione Unde
Gregorius super illo verbo Angelus interpre
tatur nuncius dicitur habere Recte ergo Johannes

b

qui nunciare supernum nuncium veniat
angelus vocatur ut dignitatem
fuerit in promotione quam explet in
operacione ¶ Dico 2o quod habemus re
sponsum apostolicum et evangelicum Si
enim petatur a Johanne apostolo
et evangelista Quis putas puer
iste erit Respondet Joh. 1o Homo
missus a deo cui nomen ~~erat~~ Johannes
hic venit in testimonium ut testimonium
perhiberet de lumine ut omnes crederent
per illum Erit ergo testimonio Johannis
evangeliste puer iste primo valde
virtuosus vite sanctitate Homo valde
gloriosus officii dignitate quia nun
cius et legatus dei unde sequitur missus
a deo valde copiosus gracie immen
sitate quia nomen eius Johannes quod inter
pretatur in quo gracia valde spe
ciosus conscientie puritate et fame
nobilitate ut non possit repelli
a testimonio unde sequitur hic venit
in testimonium valde luminosus sancte
claritate quia ut testimonium perhiberet
de lumine Certus autem non hic indi
caret de luce et ideo Johannes dicitur lucer
na ardens et lucens Joh. 5. Erit
valde fructuosus doctrine fecunditate
quando dicit ut omnes crederent per illum
Luc. 1. Multos filiorum Israel convertet
ad dominum deum ipsorum ¶ Dico 3o quod habe
mus responsum divinum Si enim interroga
mus Christum Quis putas puer iste
erit Respondet Mt. xi. quod propheta et
plusquam propheta Et subdit Amen dico
vobis non surrexit maior inter
natos mulierum Johanne baptista Qui
autem minor est in regno celorum ma
ior est illo Certe quantum testimonium
quod Christus verus filius dei qui verax est et
veritatem in veritate docet Respondet
ergo Christus pro Johanne quod erit huius

Quis puer?

Trine spiritus prophetie

in prophetia superioritate, quia non propheta solum sed plus quam propheta. Secundo habes in excellentia singularitate quia inter natos mulierum non surrexit maior. Tertio habes quod dicitur esse in via quadam minoritate quia qui minor est in regno celorum maior est illo.

Dicit ergo primo habuit in prophetia superioritatem quia non solum propheta sed plus quam propheta. Cuius ratio potest esse septuplex. Prima quam reddit Gregorius ibidem dicens sic: Prophete ministerium est ventura predicere, non etiam demonstrare. Johannes ergo plus quam propheta est quia eum quem precurrendo prophetaverat etiam ostendendo nuntiabat dicens: Ecce agnus dei. Secunda causa est quam reddit Jeronimus ibidem dicens sic: In hoc ceteris prophetis maior est quia ad privilegium prophetale etiam baptiste accessit premium ut suum dominum baptizaret. Tertia causa est quam reddit ibidem Ambrosius dicens sic: Maior sane propheta est in quo finis est prophetarum, quia multi cupierunt videre que iste conspexit, quem iste baptizavit. Quarta causa est quia non solum ipse prophetavit sed etiam parentibus virtutem prophetandi impetravit. Unde et mater eius prophetavit dicens: Unde hoc mihi etc. Pater etiam impletus est spiritu sancto et prophetavit dicens: Benedictus dominus deus israel, Luce primo. Quinta causa est quia non solum ipse prophetavit sed de eo alii prophete prophetaverunt sicut Ysaias, Malachias etc. Sexta causa est quia Christus de quo prophetaverat ipsum excellentius commendavit. Septima causa est quia si in Helya fuit spiritus prophetie simplex, et in Elizeo duplex, in Johanne solo fuit triplex. Fuit enim in Helya simplex quia tantum prophetavit in vita. Sed fuit in Helizeo duplex quia in vita et in morte prophetavit. Unde de eo dicitur Ecclesiastici: Mortuum prophetavit corpus eius, in vita sua fecit monstra et in morte mirabilia operatus est. Sed in Johanne fuit triplex. Prophetavit enim antequam esset egressus ex utero dicens, quando ad adventum Christi adhuc existens in utero exultavit in gaudio. Prophetavit etiam secundo egressus ex utero dicens: Medius vestrum stetit etc. Sed prophetavit tertio egressus de carnis ergastulo, quando Christum sanctis patribus in limbo existentibus nuntiavit. Ergo hic est verum testimonium quod erit habuit in prophetia superioritate. Unde pater de eo prophetando dixit, Luce primo: Tu puer propheta altissimi vocaberis etc.

Secundo dico quod perhibuit sibi testimonium quod erit habuit in excellentia singularitate quia inter natos mulierum non surrexit maior. Unde ubi super istud verbum Augustinus in sermone dicit: Magnus Johannes cuius magnitudini etiam salvator testimonium perhibuit dicens: Non surrexit inter natos mulierum maior Johanne baptista. Precellit cunctis, eminet universis, antecellit prophetas, supergreditur patriarchas. Et quicumque de muliere nascatur inferior est Johanne. Et Petrus Damiani in sermone huius festivitatis dicit: Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne baptista. Quando vis amplius de nullo alio dici potuit quod dictum est de Johanne. Non opponas michi evangelistam inter ceteros apostolos magis dilectum, non apostolorum principem omnibus apostolis antelatum, non vas electionis ad celi tertii secreta translatum, nec apostolicus splendor audeat comparare precursori, quia omnes istius adolescentie metas excesserat, cum a veritate prolatum est: Inter natos mulierum

Supra oro

8

nō surrexit maior Johanne baptista
Considera mansiones regni et uniuer-
sum orbem humane generationis obam-
bula solumque Johanne tamen nouis quem re-
teribus uidebis esse prepositum Et ad
istam significationem exponit etiam Cris-
sostomus Verum est quod Gregorius cardinalis pertran-
sit dicens In eo quod dicit Inter na-
tos mulierum nō surrexit maior Johanne
baptista / nō ceteris patriarchis et prophetis
cunctisque hominibus Johannem pretulit
sed Johanni ceteros adequauit Nō enim
sequitur Ut si alii maiores eo nō sunt
ille maior aliorum sit Ut ergo ad quod ratio
est dicamus / dicendum est quod habuit excellentiam
singularitatis / quia uel omnibus prelatus uel
saltem ei nullus antelatus extitit Terti-
o dico quod prefulsit Secundum testimonium christi quod
erat habens quamdiu erit in via quandam
mediritatem quia qui minor est in regno
celorum maior est illo Super quo verbo
dicit Jeronimus Quos simpliciter intelligamus
quod omnis sanctus qui iam cum domino est maior
sit illo qui adhuc consistit in prelio
Aliud est enim coronam victorie possidere
Aliud adhuc in acie dimicare Hic
autem posset esse dubium Cum in rebus que
mole magne sunt idem est maius quod
melius / sed caritas solum facit bonum
sed et si caritas in via potest augeri / quo-
modo potest esse sed caritas vie et patrie sunt eius-
dem rationis quin aliquis possit habere tantam
uel maiorem caritatem in via sicut alii
in patria et per consequens tantam uel maiorem
magnitudinem Licet ad hoc posset
dici quod hoc est propter differentiam cognitionum
quas iste due caritates sequuntur Caritas
enim vie sequitur cognitionem fidei obscu-
ram et enigmaticam Sed caritas patrie
sequitur cognitionem lucis intuitiuam
et claram Patet ergo tertium expositum ad commen-
dationem Dico quarto quod habemus ex sacro
euangelio Quia intimagetur angelus res-

pondens Quis putas puer iste erit Rndet uel
ex cognitione matutina verum in verbo
uel saltem ex illuminatione sibi facta a deo
Luce .j. dicens Erit magnus coram do-
mino vinum et siceram nō bibet et spiritu
sancto replebitur Et quia ista responsio est
vocalis et realis Ideo eam aliquantulum
prosequimur Et videtur quod angelus
in hiis verbis enunciat beatum Johannem
tres conditiones singulariter habiturum
Primo bonitatis et sanctimonie incre-
mentum quod ei prestabit salutarem
magnitudinem Erit magnus coram domino
Secundo sobrietatis et abstinencie ornamen-
tum quod ei prestabit singularem pulcritudinem
quia sequitur Vinum et siceram nō bibet
Tercio caritatis et gratie complementum quod
ei prestabit spiritualem pinguedinem spe-
cialem dulcedinem quia sequitur et spiritu sancto
replebitur Dico ergo primo quod testimonio
angeli iste puer habebit bonitatis
et sanctimonie incrementum quod ei
prestabit salutarem magnitudinem Erit
magnus coram domino Unde super hoc
verbo dicit Ambrosius Nō corporis sed animi
magnitudinem declarat Est enim coram
domino magnitudo anime / magnitudo
virtutis / denique nō fines alicuius impu-
gnauit imperij / nō triumphos bello
euictus reportauit Sed quod est
amplius in deserto predicans delicias
humani corporis et lasciuiam magna
animi virtute depressit Et videtur mihi
quod sicut aliqua res secundum quatuor
dimensiones dicitur corporaliter ma-
gna Sic spiritualiter Dicitur enim res
magna corporaliter Primo secundum profundum
sicut fouea dicitur magna que est bene profun-
da / Secundo secundum latum sicut via dicitur
magna que est lata bene Tertio secundum
altum sicut homo uel arbor uel do-
mus dicitur magnum que sunt bene alti

cuiusque fui longus, sicut iste tempore
dies dicitur magni quod longi. Modo
do spiritualiter. Istas autem
fuit profundus per veram humilitatem | virtutes
fuit latus per plenam dilectionem | habuit
fuit altus per sinceram devotionem | Johannes
fuit longus per firmam continuationem | Ergo me-
rito erat magnus coram domino
Fuit enim Johannes profundus per veram humilitatem
fuit latus per plenam dilectionem
fuit altus per sinceram devotionem
fuit longus per firmam continuationem. Primo
dico quod fuit pro-
fundus per veram humilitatem. Vere
enim non mediocre humilitatis insigne
oblata tanta gloria non oblivisci humili-
tatem. Non enim magnum est humilem
esse in abiectione sed magna probitas
et rara virtus humilitas honorata
Sicut dicit Bernardus omelia 4 super missus est
Beato autem Johanni tanta fuit oblata
gloria ut esse putaretur Christus, sed ipse
non est humilitatis oblitus quia confessus
est et non negavit. Confessus est
quia non sum ego Christus Johannis 1. Quod
pertractans Gregorius in omelia dicit sic Et
hinc nobis lectionis verbis fratres
carissimi Johannis humilitas commendatur
qui cum tante virtutis esset ut Christus cre-
di potuisset, elegit solide subsistere
in se humana opinione ne raperetur
inaniter super se. Nam confessus est et
non negavit, quia confessus est quia ego
non sum Christus. Sed qui dixit non
sum negavit plane quod non erat
sed non negavit quod erat ut verita-
tem loquens eius membrum fieret
cuius nomen fallaciter sibi non usur-
pavit. Cum ergo non vult appetere
nomen Christi factus est membrum
Christi, quia dum infirmitatem suam
studuit humiliter agnoscere, illius
celsitudinem meruit veraciter obti-
nere Gregorius etc. 3. dicitur Quanto magis
es humilia te in omnibus et coram deo inve-
nies gratiam. Super quo dicit Bernardus. Cum
humilitas omnibus indifferenter hominibus
sit quasi quedam turris fortitudinis a facie
inimici, questio quo pacto maior in mi-
noribus, clarior in maioribus comprobatur
Sed forsan non hodie in omnibus verifica-
tur ut quanto maior tanto humilior quin
forte oppositum, sicut habemus exemplum
de illo Nabal. primo Regum 25. ubi dicitur
quod erat homo ille magnus nimis. Et
sequitur quod erat durus pessimus et ma-
liciosus. Durus per immisericordiam, pessi-
mus per superbiam, sed maliciosus per invidiam
Unde de talibus loquitur Bernardus omelia 4
super missus est dicens sic Si me invene-
ris hominum decepta simulatione
ad aliquem vel mediocrem honorem provexerit
ecclesia, deo nimirum et tempore mea vel potius
subditorum peccata permittente, mox statum
oblitus quod fuerim talem me puto qualis
ab hominibus qui cor non viderunt putatus
sum. Credo famae conscientiam non attendo
et reputans non honorem virtutibus, sed vir-
tutes honori eo sanctiorem quo superiorem
me estimo. Videas plerosque in ecclesia
de ignobilibus nobiles, de pauperibus
divites factos, subito intumescere, pristi-
ne oblivisci abiectionis, genus quoque suum
erubescere et indignos dedignari pa-
rentes. Videas et homines pecuniosos
ad honores quosque ecclesiasticos provolare
moxque apprehendere sibi sanctitatem, nequaquam
mutaverit animum. non metuunt, et di-
gnos se estimare dignitate ad quam am-
biendo pervenerunt. Et quod si audeo
dicere adepti sunt nummis attribuere merit(is)
Omitto autem de his quos excecat
ambitio, et honor ipse superbiendi eis
materia est. Isti significantur per illam sta-
tuam magnam quam vidit Nabuchodonosor
sed quia habebat pedes fictiles tota
comminuta est. Secundo dico quod fuit
latus per plenam dilectionem. Preceptum enim

a

de sinceritate facit hominem valde la
tum in pte latum mandatum tuum nimis
Quintum aut sunt in eo plena dilectio
ostenditur et eius | Unde petrus
pmo ad dm mag devotio | Rauen in sermo
2o ad pximi fuit pdicatio | ne Johis nati
3o ad bonum exhortatio | uitatis ar
4o malorum audax increpatio | dore fuit
5o pro vite mortis tolleratio | ondit medi
camen vulnerum / pctis pniam ve
niam iniquitati / dure peccantes incre
pat / blande alliciat penitentes Unde
de eo pt dici illud Eccl. 46 Fuit ma
gnus fm nomen suum maximus in sa
lute electorum dei / Sz non sic hodie in
multis / quinymmo pchdolor laudatur
peccator in desideriis aie sue et iniquus
benedicitur / Nec est etiam q velit non solum
pro veritate morte pati / ymmo nec etiam
modicam contumeliam pati Attendentes
illud Ambrosii sup epistolam ad Cor di
centis libere et sine adulatione ve
ritatem pdicantes et gesta prave vite ar
guentes gratiam non hnt apud homines Et
Ieronimus sup illo vbo ad Gal. 4 Inimicus
sum vobis factus verum dicens dicit sic
Hec e conditio veritatis ut ea semper
inimicie psequitur sicut pro adulacionem
perniciose amicicie acquirit / libet enim
quod delectat audimus / offendit aut
omne quod nolumus Tales reprehendit
Crisostomus sup Math dicens sic Qui pp timorem mor
tis tacet veritatem impietas est / quo
non e maior impietas ppt miseriam
ventris et honoris vani spernit tacere
veritatem meliorem facit gratiam honoris
et panis q gloriam veritatis Ipsi
diminute sunt veritates a filiis hominum Et
Ipsi ergo non sunt magni sz parui quo ad
dupliciter quorum exterior efficiatur ma
gni quo ad mundum Tercio dico q
fuit altus pro sincera devotione Unde

b

de eo loquitur pulcre petrus Raue
nas in sermone pdicto dicens sic Re
liquit Johes mundum homines fugit
patriam nescit parentes aspernatur
in solius divinitatis apicem hic con
templacionis obtutum / inita vero consto
hominem vix mundum ingressus mundum
& gloriam fugit / et seculi cupiditates
non solum oblivisci sz et nescire et spre
tam cum divinitate stabilire conspicuum
Et subdit Johes etatis supgressus
infanciam et nobilioris generis gene
rositatem oblitus / soli vacat divini
forma vite / monachorum ppositum
auctoritatum pncipium totius reli
gionis assertio duxit vitam pnialem
non qr peccavit sz ne peccaret Ergo
bene ex altitudine devotionis ma
gnus Job. 1 Erat vir simplex et ti
mens dm Et sequitur Erat vir ille
magnus inter oes orientales / Sz hoc
dubito q in ecclesia sint pauci q possi
dicimagni in devotione que tn e
sicut sal quod condit omnem cibum et
sine qua ois cibus e insipidus / et sine
qua nullum sacrificium offerri debet in le
ge Unde de multis verificatur illud
populus hic labiis me honorat cor aut
eorum longe est a me Unde Bern
in expositione regule sancti Benedicti
ptractans illud pu. 24 Celum sursum et
terra deorsum dicit sic Hodie econtra
qr terra sursum et celum deorsum / pedes
sunt sup caput et fines e contra / inte
ra effusa sunt extra / de conculcantur et
terra deificatur / Mammo honorifice re
cipitur / et deus contumeliose repellitur
Et deducit quomodo hoc est dicens sic
Terra sursum et celum deorsum / qr
terrena celestibus pponuntur / pedes
sunt sup caput / qr viri spuales de
spiciuntur / homines non terrena sapientes
et ad regimen tpalium vtiles in honore

c

habentur. Tercius est retro, quia in
operibus que videntur bona precauit
vtilitas terrena intenditur quam merces
eterna. Interiora effusa sunt exterius
quia bona interna negligunt et exteriora
diligunt. Deus conculcatur et terra
desideratur, quia hic deficit caritas et re
gnat cupiditas. Dyabolus hono
rifice recipitur et deus contumeliose repel
litur, quia raptores et vsurarij ho
norifice recipiuntur. Boni vero pauperes
repelluntur. Secundo 4° quia fuit longa
perhennia continuacione perseuerauit
enim vsque in fine. Attende illud Bern.
Tolle perseuerantiam nec obsequium merce
dem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem
fortitudo. Quia non qui ceperit sed qui
perseuerauerit vsque in finem hic saluus
erit. Et ideo iste cucurrit vsque ad
mortem pro iusticia. Et ideo de eo potest dici
bene illud Gen. 26. Ibat proficiens
atque succrescens donec vehementer ma
gnus effectus est. Non sic de multis
dicitur ad Gal. 3. Sic stulti estis
ut cum spiritu ceperitis nunc carne consu
mamini. Patet ergo quod beatus Jo
hannes ex istis quatuor condicionibus
fuit magnus. Et quam magnus loquitur
pulcre Petrus rauennas in dicto
sermone dicens sic: Johannes vbique ma
ior in omnibus singularis, mirabil
super omnes. Cuius sic glorificatus annunciatus
est. Cuius ita specialiter in matris
vtero legitur spiritu sancto repletus.
Quem legisti inter matris vterum exul
tasse, cuius vidisti natiuitatem, colitur
dei celebrare. Cuius sic puer heremum
concepiuit. Cuius ita sublimiter legitur
conuersatus. Cuius penitenciam et re
gnum celorum primus ostendit. Qui
baptizauit regem glorie. Cui se primum
trinitas reuelauit. Cui tale testimonium
perhibuit deus. Quem sic honorauit ecclesia

d

Vnde sermo hic omnia ita singularia sunt
habuit singularia, ut nullus mortalium
predictis dignitatibus audeat inhyare.
Forsitan michi dicere poteris opponere quia sic
sed ista propria ut cetera sacrorum quia non
attingat. Audi ergo. Johannes patriarcha
primo patriarcharum finis et caput. Johannes
propheta, primo plus quam propheta, quia quem
venientem nunciat digito demonstrat. Johannes
angelus, sed inter angelos electos saluatore
testante qui ait: Ecce ego mitto angelum
meum qui preparabit viam meam ante faciem
tuam. Johannes apostolus, sed et apostolorum primus et
princeps. Qui fuit homo missus a deo cui
nomen erat Johannes. Johannes euangelista
sed et euangelij primus inceptor predicans
euangelium regni. Johannes virgo, primo virgi
nitatis signifer, pudicicie titulus, casti
tatis exemplum. Johannes martir, sed et mar
tirum lumen. Inter natiuitatem siquidem mor
temque Christi constantissima forma martirij.
Postea quia vox clamantis in deserto, quia preco
verbi, quia precursor iudicis. Illud quam reliquum
quia vsque ad Johannem lex et prophete erant.
Johannes ipse est helyas, quia lucerna fuit lucens
et ardens, quia amicus sponsi, sponse prepa
rator, precursoris silencio, quia angelorum no
uem ordinibus sit insertus ut etiam ad
seraphim apte transferatur. Bene ergo re
spondit angelus quia magnus erit,
quod in textu dicitur coram domino. Sunt enim
quidam magni suis ipsius reputacione, quia
estimant de se magna et de alijs parua.
Videtur eis quod nullus sit eis similis, imi
tantes luciferum, qui voluit vsque ad astra
celi exaltare solium suum et esse similis
altissimo, et tamen cum eo dettrahentur in infer
num. Sunt alij magni coram mundo, sunt
ypocrite, qui sicut dicit Bern. volunt
esse humiles sine despectu, pauperes sine
defectu. Vnde isti non querunt nisi laudem
hominum. Vnde eorum conscientiam in aliorum la
bijs ponunt quod est valde periculosum, sicut
declarat beatus Bern. in sermone humus

a

festiuitatis dicens sic. Qui consciencias suas in alienis labiis posuerunt modo magni et modo parui, modo nulli sunt sicut adulantium linguis vel vituperare placuerit vel laudare. Sed beatus Johannes fuit magnus coram domino quia diuino iudicio approbatus, et sicut dignissimus ad eum baptizandum electus. Unde de eo dicit Petrus Rauennas in quodam sermone sic: Pauet celum, stupet terra, Jordanis accedit, mirantur archangeli, dominum sabbaoth inter manus baptizantis includi. Quod cherubin et seraphin vix audent respicere, et tu nodum presumis. Tibi datum est virgineum virginis filium virgineis manibus retractare. Totus astupet baptizanti homini dei, magis tenedor dignitatem admiror. Unde potest dici illud Luc. primo: Fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius. Et ipse magna gratia est gratia eius in salutari. Et Mat. j. Hic magnus vocabitur in regno celorum.

Secundo dico quod testimonio angeli beatus Johannes habiturus erat sobrietatis et abstinentie ornamentum quod expectabit singularem pulcritudinem. Quia sequitur in themate: Vinum et siceram non bibet. Sicut ad litteram super omnes sanctos iste fuit maioris abstinentie et maioris sobrietatis, et maioris discipline tam in vestitu, quia erat vestitus de pilis camelorum et zona pellicea circa lumbos eius. Et quantum ad cibum, quia erat esca eius locusta et mel silvestre. Et quantum ad potum, quia vinum et omne quod inebriare potest non bibit. Unde istud ad ... idem Eusebius in quodam dicit sic: Rigida vestis et durissimis hispida pilis contexta corpus afficit patriarche, tanquam tenerrima ...

b

districtio discipline seueritate contrectat teneros artus, et sacerdotii [illegible] superfusos continui cassat longitudo martirii. Cibus autem qualis erat non quesitus fercisite aues, nec pro[illegible] tam distenditur regione ut patriarchalis stomachus impleatur. Sed erat in esca eius locusta et mel silvestre. Celi pascatur rore, et qualis vilissimi saciatur edulio, nichil quod [illegible] accipit ieiunantis austeritas. Castigato quippe ventri et diuturna maceratione distento ignota sunt varietas ferculorum, nec introiuit in os eius quod gula alliceret, sufficeret ventri, stomacho blandiretur. Et infra: Vestis aspera, cibus tenuis, mens deuota consecrat patriarcham. Non sic autem hodie multi, imo faciunt contrarium; in conuiuiis tam delicata [illegible] diuersa et grandia fercula conquiruntur, duplicantur et triplicantur, tantaque arte coquorum parantur ut tribus vel quatuor ferculis deuoratis prima non impediat nouissima, ut satietas minuat appetitum; et quantum fauces dapibus tantum aures implentur rumoribus, quibus homo totus intentus modum nesciat in edendo. Quante autem exquisitiones, comedationes et laudes et [illegible] fiat circa vinum [illegible] quia titulus [illegible]. Sed iste gloriosus sanctus tante fuit abstinentie quod etiam vinum et siceram non bibit. Attendentes illud Eccli. 19: Vinum et mulieres faciunt apostatare sapientes. i. Reg. i: Vinum et omne quod inebriare potest non bibi, sed effudi animam meam in conspectu domini. Sed dicet aliquis: Ex istis videtur quod Johannes quantum ad actum preparationem operis perfectius extitit quam Christus. Certum enim est quod Christus comedit et bibit que

Johs no comedebat a bibebat vn
ipsemet Saluator dicebat mt. xi.
venit Johs no manducas neqz
bibens etc. venit filius hois mand.
et bi. etc. quo etiam e q Johs no erat
cibo no manducas a no bibens vt sa
tim allegatum est Erat esca eius lo
custa et mel siluestre Item no erat
simile no bibens, si vinum a sicera
Ergo xpus erat comedens et bibens
quod Johs no comedebat aut bibe
bat Ergo in hoc videtur pfectius
opus tpantie exercuisse Johs xpo
Dicendum hoc videtur michi q exercuit
actum pfectiore sicut in alijs omnibz
actibus Est enim exemplar oium pfec
tionis Pz sciendum e q pfectio essen
tialis e in via potissime in habitu
ul in actu caritatis Iuxta illud Apli
ad Col. 3. Sup omnia h caritate ha
bete quod e vinculum pfectionis Abs
tinentie aut et ieiunia sicut dicit
ysaac in collacionibus suis sunt in
strumenta pfectionis Bonitas aut
in instrumento no attenditur sm ma
gnitudinem instrumenti, sm qd e
magis aptum et conueniens fini Sicut
pz de securi non enim est melior quan
to maior aut acutior, s sm q e
magis conueniens ad secandum etc de
alijs Modo xpus veniat vocare
no solum iustos s et pctores ad pniam
Et io instrumentum abstinentie tanto erat
pfectius, quanto magis conueniebat fini
isti Vnde xpus no ita inclinabat co
tinue in deserto sicut ~~xpus~~ Johs
Erat habebat eis conuiuie et alio
liter conformare in victu, qz silitudo
est magna causa attractionis Preterea
opus virtutis quod consistat in medio rei
s in medio racionis sicut pz. 2o. ethicorum
Est enim habitus electiuus in mediatate

consistens put sapiens et recta racio de
terminabit Et io no attenditur q sit
actus virtutis pfectior quantitate rei s ex
medio racionis s ex ordine ad finem et
ad circumstancias oes ceteras pz q a si Johs
exercuit actum abstinentie maior sm quantitate
rei, xpus tn maior e sm medium ra
cionis Pz quia medium attenditur pfectio
virtutis ceteras etc. Pz e etiam hic sciendum
moraliter q in scriptura inuenio triplex vinum

Vinum infectum a venenosum qd offert dyabolus
Vinum suspectum a periculosum qd offert mundus
Vinum electum et preciosum qd offert deus

Prima duo Johs no bibit s tamen No
bibit vinum infectum et venenosum qd
e vinum peti mortalis Vnde vinum

Alliciat ex colore | Vnde deut. 32. dr Fel
decipit ex sapore | draconum vinum eorum
interimit ex vigore | et venenum aspidum
Sic dyabolus | insanabile Et eccl.
Alliciat p suggestionem | pu. 23 Ne intue
decipit p delectationem | aris vinum qn fla
interimit p consensum et operacionem | uescit cum sple

ducat in vitro color eius Ingreditur
blande s mordebit in nouissimo ut
coluber et sicut regulus venena
diffundet Secundo no bibit vinum
suspectum et periculosum quod offert mundus
Offert enim | De isto vi

In honoribz vinum vanitatis | no dr Abacuk
In delicijs vinum voluptatis | 2. Vinum
In diuicijs vinum seruitutis | potante de

cipit vbi enim pmittit maiorem seruitute
ibi est minor Boetius 2. de consolacione
O pcaria opum mortalium beatitudo
quam cum adeptus fueris securus ee
desistis Istud etiam vinum non bibit
beatus Johannes qui seruauit

In honoribz humilitatem | Pz dicto
In delicijs sobrietatem | tercio q bibit
In diuicijs paupertatem | electum et

preciosum vinum quod offert dns deus

vinum triplex

Offert enim vinum sanatiuum scilicet con-
tritionis Psalmus potasti nos vino con-
punctionis adprimum vinum conpassionis
Offert quod sicut iste Samaritanus
qui infudit vinum et oleum luce 10
Offert quo ad deum vinum deuotionis
de quo dicitur Cant 5 Bibi vinum meum
cum lacte meo Ecc xl vinum et mu-
sica letificant cor Quartum offert vltra
vinum sapidissimum vinum suauissimum
vinum optimum eterne remuneracionis de
quo ysa 55 venite et emite absque
argento et absque ulla commutatione
vinum et lac vinum quidem i. gau-
dium de diuinitate et lac i. gaudium
de humanitate Quod nobis concedat qui est
benedictus in secula seculorum Amen

Benedi- Sermo de sancto
cam tibi et multi- domnico
plicabo semen tuum sicut stel-
las celi Gen 22 Chato et experien-
cia docent quod inter cetera de quibus homines
per vehemencius gaudet et iocundius
delectatur sunt ad presens duo Primum
est diuine benedictionis adeptio Secundum fi-
liorum potius multiplicationis respectu
Dico quod primum est diuine benedictionis
adeptio et racio huius statim patet quia
omne quod homo desiderat aut est bonum na-
ture vel fortune aut gratie aut glorie
desiderium autem si compleatur delectat
animam Prov dicitur pu. 13 diuina autem be-
nedictio ista quatuor largitur Ergo consu-
me delectare debet Est enim ipsa
Ad multiplicandum quo ad bonum nature
Ad ditandum quo ad bonum fortune
Ad iustificandum quo ad bonum gratie
Ad premiandum quo ad bonum glorie
Dico primo quod est benedictio diuina ad
multiplicandum quo ad bonum nature
Sic enim videmus quod ager quem multum
fructificat dicitur adeo benedictus Et mulier
fecunda sobole dicitur etiam benedicta Et
10 Gen primo dicitur Benedixit eis et ait
Crescite et multiplicamini et replete
terram Secundo diuina benedictio est ad
ditandum quo ad bonum fortune
Sicut enim ortulanus irrigat or-
tum ad fecundandum Sic deus benedixit
homines ad habundandum Et 10 dicitur Psalmus
Benedixit eis et multiplicati sunt
nimis et iumenta eorum non minora-
uit Tercio est ad iustificandum quo
ad bonum gratie Et 10 dicitur Ecc 39 Be-
nedictio eius quasi fluuius inundabit
Ad literam enim Sicut fluuius cum
inundat loca mundificat terram fecundat
et ligna arida eleuat Sic diuina be-
nedictio per gratiam inundat et mundat
per peccatorum remissione Sicut aqua
congelata et quasi liquata calore solis
soluitur Psalmus Benedixisti domine terram
tuam auertisti captiuitatem Jacob remi-
sisti iniquitatem plebis tue operuisti
omnia peccata eorum etc Item fecundat
per bonorum operum multiplicationem Sicut
planta calore et humore fecundatur
Psalmus Benedictionem dabit legislator
ibunt de virtute in virtutem videbitur
deus deorum in syon Ad literam enim
sicut apis vadit de flore in florem
ad mellificandum Sic homo qui habet gra-
tiam de virtute in virtutem donec deus deorum
reuelata facie videatur Non sicut
rana que vadit de prato in lutum
Tercium eleuat ad eternorum dilectionem
Vnde sicut expellens morbum gene-
rat appetitum sic gratia expellendo
culpam causat desiderium eternorum Si-
gnificatum habemus Josue 17 dicitur ibi
quod dixit illa gratia patri suo Da michi
benedictionem terram arentem dedisti michi
da michi irriguam et dedit ei irri-
guum superius et irriguum inferius

Tercio benedictio divina est ad plenitudinem
quo ad bonum glorie. psalmus. eius as-
cendet in montem domini aut quis sta-
bit in loco sancto eius innocens ma-
nibus et mundo corde etc. Sequitur
hic accipiet benedictionem a domino. Re-
quire. Ergo quod bonus pater et filius
summe deus gaudent de divine benedictionis
adeptione. Et ideo Gen. 32. dixit ille
Jacob ipsi deo Non dimittam te nisi
benedixeris michi. Et sequitur quod bened-
ixit ei in eodem loco. Et ideo de eo recte
potest dici illud numeri 22. Novi quod
benedictus sit cui benedixeris et ma-
ledictus in quem maledicta contuleris.
Secundo dico quod gaudet de filiorum
votiva multiplicatione in spectatione ora-
tionis sicut dicitur pro. 17. Corona senum filii
filiorum. Et hoc satis patet in promis-
sione facta Abrahe Gen. 17. et 22.
et ipsi Jacob Gen. 28. et ubique in
scriptura. Et ideo dicitur etc. Pandat :
in filiis vinces et videbis. Et propter hoc
dicitur in psalmo. filii tui sicut novelle oli-
varum in circuitu mense tue. Et ecce
sic benedicetur homo etc. Igitur quod ex istis
duobus bonus pater iocundius delectatur.
Modo videtur michi quod hac die
alius pater scilicet dominicus excellentissime
est adeptus sicut innuunt verba thematis
preassumpta divine benedictionis
Primo quidem plenitudinem
2o filiorum votive multiplicationis certitudinem
Dico primo quod hodie est adeptus
divine benedictionis plenitudinem. Ad
licam cum benedictionem glorie in qua est
Sine dolore iocunditas sicut quod faciat
Sine defectu satietas reges 2. 12.
Sine timore securitas. Benedicta
Est enim ista benedictio gloriosa patris mei etc.
Est etiam copiosissima quod facit divites
pro. 10. Benedictio domini divites facit
Est etiam securissima quod facit secur-

des psalmus. Benedicet populo suo in pace.
Adhuc autem gloriam fuit eius anima hac
die translata. Nam quo hora transitus sui
frater n. prior fratrum predicatorum de Brixia
vidit celum aperiri et duas scalas ca-
dentes ad terram submitti, quarum summitatem christus
cum matre tenebat et angeli per eas iu-
bilantes ascenderunt et descendebant et
in medio scalarum sedes posita erat
et super sedem velato capite frater se-
dens Jhesus autem et mater eius sursum
trahebat donec sedente in solio elevato
apertura celi clausa est. Et quo quidam
alius missam celebrans in eadem hora
vidit ipsum aurea corona coronatum totumque mirabili
splendore fulgentem. Eodem etiam tempore
vidit iuvenem pulcerrimum hiis verbis se
se vocantem et dicentem Veni dilecte mi
veni ad gaudia. Sicut omnia ista in
legenda sua patent. Ergo hodie bene
merito habuit divine benedictionis ple-
nitudinem ut de eo dicamus illud Ecc.
In diebus consumacionis illius benedice-
tur. Et illud psalmus. desiderium cordis eius
tribuisti ei et voluntate labiorum eius
non fraudasti eum quoniam prevenisti eum
in benedictionibus dulcedinis posuisti
in capite eius coronam de lapide precioso
Et sequitur Dabis eum in benedictionem
in seculum seculi, letificabis eum in gau-
dio cum vultu tuo. Dico 2o quod hodie
adeptus est filiorum votive multiplicationis
certitudinem. Ad licam cum hodie in di-
vina essentia cepit clare conspicere quod
eius spirituales filii debebant multiplicari
et totum mundum illuminare vita pater
et doctrina. Pro qua multiplicatione
cum semel in ecclesia oraret beati petri
gloriosos principes apostolorum petrum et pau-
lum ad se venientes aspexit, et petrus
baculum, paulus librum sibi tradere vi-
debatur, sibi dicentes, vade predica quia
a deo ad hoc ministerium es electus. Et ex quo
in momento temporis videbatur ei quod filios

a

suos per totum mundum dispersos aspiciet
incedentes binos et binos et ...
domum populis predicantes Vt sic merito
dicamus illud Thobie 6 Benediciones
in filiis consequaris Sed videte caris
simi quod non semper pre in filiis benediccio
consequitur Et racio potest esse quia alii filii
multiplicantur admodum arene / aliqui
sicut stelle celi aut multiplicantur
admodum arene pre benediccione non
consequitur Arena enim habet

- Sterilitatem
- Siccitatem
- Vilitatem
- Instabilitatem

Illi ergo ad modum arene multiplicantur qui sunt

- Steriles in bonis operacione
- Sicci in proximorum compassione
- Viles in peccatorum perpetracione
- Instabiles in bonorum ceptorum

perseveracione Et de ista arena dicitur Apok. 12 quod draco statit super arenam maris / quia dyabolus
stat super tales sicut super servos Et
de talibus dicitur Pro. 17 Natus est stultus
in ignominia sua / Sed nec pre in filio fatuo
letificabitur Et Eccli. 16 dicitur Ne iocun
deris in filiis impiis si multiplicentur
nec oblecteris super ipsos si non est timor
dei in illis Et sequitur Est vtile mori
sine filiis quam relinquere impios filios
Et propter hoc de talibus dicitur ysa. 9 Multi
plicasti gentem sed non magnificasti leti
ciam Et proch dolor de multis potest hoc
hodie dici in ecclesia dei Sed qui filii multi
plicantur sicut stelle tunc pre consequitur benediccionem in filiis
Modo filii sancti dominici sicut stelle sunt
multiplicati quod patet Prima Stelle habent

- Quantum ad materiam puritatem
- Quantum ad formam claritatem
- Quantum ad influenciam virtuositatem
- Quantum ad motum regularitatem
- Quantum ad situm firmitatem
- Quantum ad apparenciam immutabilitatem

Ad licam (?) aut filii sancti dominici religionis

predicatorum professores habent istas sex

b

condiciones Primo actu sitem puritatem
... continencie ut quilibet dicere pos
sit Apok. vlt. Ego sum genus et
radix david stella splendida et ma
tutina Non sicut multi de quibus dicitur
Job. 27 Stelle non sunt munde in conspectu
eius Secundo habent in intellectu cla
ritatem sapiencie et cognicionis Vi
detis hoc ad literam et hic apparuit
et apparet in libris fere innumerabilibus
quos per eos editi sunt Sed in comparacione plu
res quam per quoscumque alios Genesis 1 fecit
luminaria magna solem in potestatem diei
lunam et stellas in potestatem noctis Non
quo per Solem Sanctum Thomam per lu
nam dominum Albertum per stellas ceteros
possumus intelligere Non sicut multi de
quibus dicitur Job 3 obtenebrentur stelle
caligine Tercio habent in fructu fe
cunditatem doctrine et predicacionis Dan.
12 Qui ad iusticiam erudiunt multos
quasi stelle in perpetuas eternitates
Vt de eis dicamus illud Eccli. 43 Spe
cies celi gloria stellarum mundum illu
minans Non sicut multi de quibus
dicitur Joel 2 Stelle retraxerunt splen
dorem suum Quarto habent in motu
regularitatem obediencie et subiec
cionis sicut stelle fixe non erratice
que non moventur nisi ad motum fir
mamenti Vt sicut ille stelle de quibus
dicitur Baruch 3 Stelle dederunt lu
men in custodiis suis et letate sunt
vocate sunt et dixerunt assumus Et
Judicum 5 Stelle manentes in ordi
ne et ordine suo adversus Zizaram
pugnaverunt Quinto habent in situ
firmitatem permanencie et soliditatis
Non sunt enim fundati in terrenis et
caducis ymmo beatus dominicus male
dixit ei qui predicatorum ordinem ter
renarum divitiarum pulvere presumeret
maculare Vnde in testamento reli
quit eis vt paupertatem voluntariam

possiderent, sed sunt fundati in ce-
lestibus et eternis, eorum enim conversatio
in celis est. Tercio sunt firmitate
ut sunt ille stelle quas posuit deus
in firmamento celi. Gen. 2. Non
sicut illi de quibus predictum est Mt. 24.
Stelle cadent de celo. Et Apoc. 8. Ce-
cidit de celo stella. Spiritualiter enim
tunc stella de celo cadit quando religiosi
magis terrenis et temporalibus quam celesti-
bus sunt instituti. ¶ Sexto sunt
approbati puritate sancte humiliationis.
Unde et beatus Dominicus eis in testamento
suo dixit sic: Hec sunt que vobis
tamquam filiis hereditario iure relinquo:
caritatem habete, humilitatem servate,
paupertatem voluntariam possidete. Et
sicut stelle de quibus dicitur Ezech. 22. In-
gressi facias stellas. Unde ergo isti
multiplicati sunt sicut stelle. Et
de eis dici possit istud Deutro. 1.
Dominus deus multiplicavit vos et
estis hodie sicut stelle celi plurimi.
Dominus deus patrum vestrorum addat ad
hunc numerum multa milia, et bene-
dicat nobis sicut locutus est. Et
quod professores istius religionis signi-
ficentur per stellas, fuit clare monstratum
cuidam magistro Tholose in theolo-
gia regenti, qui cum quodam mane
vidisset quod septem stelle secundum putare-
tur que in lumine et quantitate maiores
crescerent quod totum mundum illuminarent,
cum scolas intrasset et legeret, beatus
Dominicus cum sex fratribus eiusdem
habitus ad eum accesserunt et suum
propositum intimantes dixerunt quod sco-
las suas vellet frequentare. Cum re-
colens visionem esse septem stellas
nullatenus dubitavit. De isto
autem Dominico cuidam matrone que
ipsum de sacro fonte levavit singula-
riter est ostensum. Videbatur enim

sibi quod puer Dominicus stellam prefulgidam
habebat in fronte que totum orbem illustrabat.
Patet ergo quod semen istud multiplicatum
est sicut stelle. Et de beato Dominico
dicamus istud Eccli. 44. Dedit illi gloriam
ut stellas exaltare semen eius. Et
de isto semine dicamus istud Ysa. 61.
Dabo opus eorum in veritate et fedus
perpetuum feriam eis, et scietur in gentibus
semen eorum et germen eorum in medio
populorum. Omnes enim qui viderint eos cognoscent
eos quia isti sunt semen cui benedixit dominus.
In quo in isto ordine inveniuntur stabilis
doctrine, perspicue scripture, Asinus simpli-
citatis cum bove discretionis, Maria il-
luminans, et puer Ihesus salvans. Ha-
bemus ergo duo. Primum est quod bonus
pater vehementius gaudet et iocundius
delectatur et de divine benedictionis adep-
tione, et de filiorum votiva multiplicationis
inspectione. Secundum est quod beatus Dominicus
hac die ista duo excellentissime est
adeptus. Ergo singularius hodie gau-
dere debuit et iocundius delectari.
Et ad hoc gaudium depromendum
assumpsi verba proposita que secundum merito
dicta possumus intelligere: Benedicam
tibi quantum ad primum, et multiplicabo
semen tuum sicut stellas celi quantum
ad secundum. In quibus verbis describitur
triplicater commendandus | Gratia beatissi-
Primo quia gloriosus afflu- | entiam premi-
orum: Benedicam tibi | Gratia pro-
Secundo quia fructuosus habun- | fecunditatis
filiorum: et multiplicabo semen tuum.
Tercio quia luminosus refulgentia celestium
radiorum: sicut stellas celi. Introducatur ergo
Et ut affluenter premiatus quia benedicam tibi
Et ut excellenter fecundatus quia et multiplicabo semen tuum
Et ut excedenter illustratus quia sicut stellas celi.
Est ergo primo affluenter premiatus propter
fecunditatem meritorum et plenitudinem

Introductio thematis

a

sanctitatis in esse qua singlariter
minuit qr Benedicam tibi | propter di
Est 2o excellens fecunditate | gnitate
filiorum et magnitudine utilitatis
in posse qua multiplicat profuit | quia
multiplicabo semen tuum | propter cla
Est tercio excellenter illustris | ritate
dinoris et certitudine veritatis in esse
quia utilis docuit qr sicut stellas celi
Dico ergo primo quod describitur gloriosus
affluentia beatificacionum primorum Est enim
affluenter primatus propter fecunditatem
meritorum et plenitudinem vel pulcritudinem
sanctitatis in esse qua singlariter minuit
quia dicitur Et benedicam tibi Adtunc
evidenciam sciendum quod quantum colligo ex
septuagesima affluens glorie benedictio
datur duodecim generibus hominum specialiter scilicet

Benedictio glie datur 12 generibus hominum affluet

- Veraciter humilibus
- Prudenter carnem macerantibus
- Misericorditer subvenientibus
- Instanter predicantibus
- Ferventer zelantibus
- Constanter pugnantibus
- Incessanter orantibus
- Continenter viventibus
- Ardenter diligentibus
- Totaliter mundum abdicantibus
- Excellenter sapientibus
- Innocenter iuste iudicantibus

Sed ut ex vita beati dominici colligitur ipse habuit excellenter et sufficientissime has duodecim condiciones Habitu

- Reverencie et humilitatis pudorem
- Penitencie et carnis maceracionis ruborem
- Misericordie et compassionis dulcorem
- Doctrine et predicacionis clamorem
- Fidei et emulacionis fervorem
- Constancie et tollerancie vigorem
- devotissime oracionis odorem
- Munditie et incorrupcionis decorem
- Gratie et dilectionis ardorem
- Voluntarie abdicacionis amorem
- Prophetie et cognicionis splendorem
- Iusticie et recte iudicacionis nitorem

Ergo merito debuit habere benedictionem glorie et affluencie habere Dico primo

b

quod affluens glorie benedictio datur ve
raciter humilibus Unde sic dicitur Job
22 Qui humiliatus fuerit erit in gloria
et humilem spiritu suscipiet gloria Et
dicit bene signanter spiritu non habitu nec
exteriori gestu sicut humiliat se multi
ypocrite de quibus dicitur Eccli 19 Est qui
nequiter se humiliat et interiora eius
sunt plena dolo Tales enim humiles
et si in puncto habent gloriam hominum tamen
gaudium ypocrite ad instar puncti
Job Sed humiles spiritu illi habent
gloriam Ideo ad illam et non ad aliam
nos hortatur Ieronimus in epistola ad cela
ciam dicens sic Nichil est quod nos
ita hominibus gratos et deo faciat quam
si vite meritis magni humilitate in
fimis inveniamur humilitatem ergo sectare
non que ostenditur actu vel gestu cor
poris simulatur aut fracta voce verbo
rum sed que puro cordis affectu exprimitur
Aliud enim est virtutem habere aliud virtu
tis similitudine Multo illa superbia
deformior est que sub signis humi
litatis latet Tanto enim quam tur
piora sunt vicia cum virtutum specie
occultatur Et propter hoc dicitur in psalmo hu
miles spiritu salvabit Ista enim est
via perveniendi ad graciam et virtus
et medicina mirabilis contra omnem
morbum peccati Unde Augustinus de verbis
domini dicit sic Vide medicinam cibum
consulere omnia tumencia comprimentem
omnia tabescencia reficientem omnia
superflua resecantem omnia depravata
corrigentem humilitatem Ambrosius in
quodam sermone dicit sic Quisquis
cupit divinitatis tenere fastigia
humilitatis yma sectetur Quicunque
vult fratrem pervenire regendo prius
illum perveniat obsequendo Unde at

cum officiis ut possit vinc

cu officiis ut possit vincere sanctitate. Si enim te non lesit semper obsequium meretur ut diligatur. Quod si forsitan lesit maius obsequium meretur benignitatis. Hoc enim vere christianitatis summa est ut amantibus vicissitudine, lendentibus pacientia respondeamus. Sicut ergo caput inclinati benedicit, et colonus arbori propter multitudinem fructuum pendenti. Sic deus illi potissime benedicit qui habens operum fecunditatem pendet et inclinatur per humilitatem. Ideo dicitur Marci 10 quod ihesus amplexatus parvulos et imponens manus super eos benedicebat eos propter eorum humilitatem. Beatus dominicus et optime servavit et servanda suis fratribus mandavit, primo intantum quod ut in eius vita legitur libencius in partibus Carthaginensium ubi despiciebatur et impugnabatur habitabat quam in partibus Tholosanis ubi amplius honorabatur. Benedictio singulariter debuit benedici ut secundum dictum intelligamus Genesis 49 Deus omnipotens erit adiutor tuus et benedicet tibi benedictionibus celi desuper. Sed nunc hodie ipsum in hoc clerici et religiosi imitantur. Audite quid dicat Bernardus omelia 4 super missus est Videas plerosque in ecclesia ubi. Et ideo dubito quod magis maledicti quam benedicti a domino inveniantur. Unde 10 Ecclesiastici Inicium omnis peccati est superbia qui tenuerit eam implebitur maledictis. Dico 2º quod ista benediccio datur prudenter carnem macerantibus. Caro enim debet si sit sufficienter nutrienda ad sustentacionem. Sicut dicitur ad Ephesios 5 Nemo unquam carnem suam odio habuit sed nutrit eam et fovet. Est tamen prudenter maceranda ad castigacionem. Sicut enim equus ligatur et frenatur ligatur. Sic caro est frenanda et maceranda per penitenciam ne serviat contra spiritum. Caro enim concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Ut dicitur ad Galatas. Et ideo dicitur ad Romanos 8 Si secundum carnem vixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis. Et sequitur ibidem Qui christi sunt carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis. Et propter hoc concludit apostolus ad Romanos 13 Carnis curam ne feceritis in desideriis, non dicit in necessariis, sed in desideriis. Circa sic dicit Augustinus super isto verbo alimenta sumenda sunt sicut medicamenta. Unde sicut medicamenta non sumuntur ad voluptatem sed propter necessitatem sic eciam debent sumi alimenta. Medicina de homine date plus et minus et qui sic sumit a domino merito benedicitur. Sic homo triumphat de carne. Figuram habemus 1 Regum 25 dicitur enim quod Abigail ex tantis asina benedicta est a david. Per asinam caro intelligitur. Asina sicut cibaria et virga et onus asino. Sic dicitur Ecclesiastici 33. Sic et carni debent dari cibaria nutricionis sustentacionis virga correccionis et onus afflictionis. Unde quidam sanctus dicebat portans cilicium saxum vero vexante me. Propter hoc dicit beatus Gregorius parte 3 super Ezechielem In hoc mundo cum variis temptacionibus nascimur et caro aliquando nobis adiutrix est in bono opere et seductrix aliquando in malo. Si urgetur ei plus quam debemus tribuimus hostem nutrimus. Si necessitati eius que debemus non reddimus civem necamus. Caro adiutrix est, sed ad hoc usque ut in bono opere nobis suf-

carnis maceracio

nota

Temptacio

nota

a

Carnis maceratio

sciat. Vita quisquis ei tantum tribuit
ut superbiat sciencie penitus ignorat.
Res itaque est magna sciencia ne unquam
quisquam propter sacietatem carnis ad iniquitatem
prorumpat turpitudinis. Istam autem
carnis maceracionem excellenter habuit
beatus Dominicus per penitencie victo-
riam. Maceravit enim eam primo vi-
giliarum honestate. Ut enim in vita eius
legitur cum ceteri fratres ad quietem
ivissent ipse in oracionibus vigilias
pernoctabat, et cum lassitudine summa
debito sompni impellaret necessitas, sive
enim ante altare, sive super lapidem
capite reclinato paululum requiesce-
bat. Docebat enim illud Eccl. 31. Vi-
gilia honestatis tabefaciet carnes.
Secundo macerabat carnem disciplina-
rum austeritate. Unde in vita eius
legitur quod tres singulis noctibus re-
cipiebat manu propria de quadam cathe-
na ferrea disciplinas. Unam pro se
alteram pro peccatoribus qui versantur in
mundo. Terciam pro hiis qui in purgatorio
cruciantur. Attendens illud Apostoli 1
ad Cor. 9. Castigo corpus meum
et in servitutem redigo, ne forte cum
aliis predicaverim ipse reprobus efficiar.
Tercio macerabat laborum penalitate.
laborabat enim per mundum discurrendo
pro peccatorum et hereticorum conversione et
pro sui ordinis fundacione. Unde dicere
poterat illud 2 ad Thim. 12. Nulla
requiem habuit caro mea. Quarto
macerabat ieiuniorum multiplicitate
sicut illa sancta Hester de qua dicitur
Hester 14. Corpus suum macera-
bat ieiuniis. Quinto abstinencie so-
brietate. Unde in potu et cibo so-
brissimus erat. Primo quod prius quam ad
domum veniret sitim in aliquo fon-
te extinguebat. Secundo quod nunquam

b

ad plenum vinum pro detento(?) non
gustavit, quod eciam cum adhuc esset
puerulus et sub nutricis custodia
constitutus deprehensus est sepe lectum
dimittere super nudam terram iacere. aditus(?)
scilicet dominum illud 2 ad Thim. 4. Et legitur
in epistola. Tu vero vigila in omnibus
labora opus fac evangeliste mi-
nisterium tuum imple sobrius esto. Er-
go benediccio datur carnem prudenter
macerantibus et ipse hanc carnem ma-
ceravit, ergo sibi merito debuit dari.
Genesis 32. dicitur. Qui vigilaverit
ad dominum inveniet benediccionem. Sed nunc
in hoc tempore nos clerici et religiosi
imitamur videamus, qui sunt
qui magis delicate vivunt, qui magis
carnem adornant et nutriunt contra
quos dicit beatus Bernardus in quodam
sermone. Cur carnem tam preciosis
rebus impinguas et adornas quam
post paucos dies vermes devoraturi
sunt in sepulcro et animam tuam bonis
operibus non adornas que deo et
angelis eius presentanda est in iudicio. Cur
animam tuam vilipendis et ei carnem
preponis, dominam ancillas et ancillam do-
minari magna abusio est. Et quia
sic facimus dubitandum non est quod a
domino maledictionem consequimur. Sicut
terra cui dictum est Gen. 3. Maledicta
terra in opere tuo spinas et tribulos
germinabit tibi. Quod licet cum ca-
ro sic nutrita generat spinas
peccatorum et tribulos malorum deside-
riorum. Dico tercio quod benediccio talis
datur misericorditer subvenientibus
sicut videtis ad literam quod pauper be-
nedicit illum qui sibi elemosinam facit et mi-
sericorditer subvenit. Et sicut agri-
cola benedicit terram fructiferam sic dominus
deus benedicit hominem misericordem.
Ideo dicitur Prov. 22. Qui pronus est ad
misericordiam benedicetur. Et 2 ad Cor. 9. dicitur

Qui parce seminat parce et metet Da-
cio autem que debetur benediccio glorie
misericordibus, ut asserit ista vox satis
quod hoc vendicat sibi bonum quadruplici iure
ad presens scilicet
Iure empcionis ut in mercatoribus
Iure laboris ut in agrorum fructibus
Iure mediacionis ut in pauperibus
Iure successionis ut in heredibus
Et istis quatuor modis transit res in do-
minium alterius Et hiis modis misericordia sibi ven-
dicat benediccionem glorie Est enim
Mercatrix sapiencior | Dico primo quod
Colona mirabilior | est mercatrix sapi-
Media securior | encior lucrum enim co-
Filia preciosior | mutat in eternum
dat temporalia ut accipiat eterna Prov. ix.
Qui miseretur pauperis beatus erit
Et .19. dicitur Feneratur domino qui misere-
tur pauperis, et pro eius constituit dominum
debitorem Dico 2° quod est colona
mirabilior Nam agri steriles et ari-
di sibi habundanter fructificant Sicut ap-
paruit hic de illo Cornelio Actuum .10.
qui licet esset gentilis meruit tamen
eius oracio a domino exaudiri Ideo
Thob. 4 dicitur Quomodo potueris esse mi-
sericors, si multum tibi fuerit habundanter
tribue, si exiguum fuerit et exiguum
libenter impartiri stude Dico 3° quod
est media securior Ad literam enim habet
literas patentes cum bulla aurea i. mor-
te Christi et testimonium scripture confirmate
de gloria obtinenda Prov. 21. Qui
sequitur misericordiam inveniet vitam et gloriam
Dico 4° quod est filia preciosior Quippe
eam diligit magis racione singularitatis dicitur pater
misericordie Cor. 2 ad Cor. 1. Benedictus
deus et pater misericordiarum etc Et Luc. 6.
Estote misericordes sicut et pater vester mi-
sericors est Isto ergo iure quadruplici

iuste sibi benediccionem vendicat paradisi
Ideo Eccli. 7° Pauperi porrige manum
ut perficiatur propiciacio et benediccio tua
Et Thob. 4 dicitur Ex tua substancia fac elemo-
sinam et noli faciem tuam avertere ab ullo
paupere Et videte quod dicit ex tua substancia
Elemosina enim requirit et materiam ex qua
fiat scilicet de proprio et non alieno, et materiam
in qua ut scilicet detur pauperibus et
non divitibus Requirit eciam formam debi-
tam ut scilicet fiat velociter sine dilacione
Iterum simpliciter sine latebre sine vane
glorie expectacione, et tunc est valde me-
ritoria Meretur enim et culpe purgacionem
unde ut dicitur Prov. 16. Misericordia redimitur iniqui-
tas Et pene relaxacionem Daniel 4° peccata
tua elemosinis redime et iniquita-
tes tuas misericordiis pauperum Et temporalia
adversus victoriosa resurreccionem Ut pote
In ruina tua disperdes inimicos tuos Et
glorie eterne adepcionem Unde Thobie 12.
Elemosina a morte liberat et ipsa
est que purgat peccata et facit invenire
vitam eternam Et Matth. 27 dicitur Esuri-
vi et dedistis michi manducare etc
Et sequitur Venite benedicti patris mei
possidete paratum vobis regnum etc
Quod pertractans Petrus Ravennas
in quadam sermone dicit sic In regno
celorum coram omnibus angelis in con-
ventu resurgencium, quod Abel passus
fuit, quod mundum servavit Noe, quod Abra-
ham fidem servavit, quod Moyses le-
gem tulit, quod Petrus ante resupi-
nus ascendit, deus tacet et clamat
solum quod pauper comedit dives esuri-
vi mecum etc Quia enim misericors est
misericordia dignus est Unde scriptum est
Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam
consequentur Et Ambrosius de officiis dicit
Nichil tam christianum commendat quam
misericordia caritatis Et Augustinus
de ci. dei dicit Nulla de virtutibus
mirabilior nec graciosior misericordia est

Nota

Nota

Hac aut marã excellentissime
habuit beatus dominicus Unde cum eet
apud placentiã Romani studij et ibi
esset fames valida, libros cũ omi
suppellectili vendidit et in precium pau
peribus erogauit, ymo quod mirand
est, cum quedã mulier quodã loco re
pisset ꝑpt nimiã quã patebat io
piam heticos constrictus adhesisse, de
creuit se ipm̃ venundari vt eius de cap
tiuitate predictã descripo et egestatis simul
occasione perindet et sub errore re
nudatum liberaret, quod et fecisset
nisi copie eius diuina mia aliter pui
disset. Alio quo alt se ipm venu
datum obtulit pro redemptione cuiusdã in
captiuitate Sarracenorum detenti
vnde dicere poterat illud Apostoli .2. ad
Cor. vlt. Ego libentissime impendar
et superimpendar pro animabus vestris
Quia g° nimã habuit multo bn̄
dictione glie meruit optinere vt ei
dictum adeo intelligamus illud Gen.
.24. Benedixisti ei et erit benedictus
Et Eccli. 45. Cognouit eum in bndictio
nibus suis et dedit illi hereditatem et
diuisit ei partem in tribubus duodecim
et conseruauit illi homines mie inuenie
tes gratiã in oculis omnis carnis Sz
nunq sic sunt misericordes hodie nos
clerici et religiosi, nunc ad sensum appa
ret q magis auari et cupidi, et
magis immisericordes q laici. De quo
conqueritur Bern. sup̄ quodã super cã
tica dicens sic Multi quod sum misera
bili gemitu dolor nõ est, xpi obprobria
sputa flagella clauos lanceam cru
cem et mortem h omnia in fornace
auaricie conflat, et precium sanguinis
in suis marsupijs includere festinant
Hoc solo a Juda scariotis differentes

q ille horũ emolumentum denariorum
compensauit. Isti uo vocationi ingluu
ie lucrorum infinitas exigunt pe
cunias, hijs insaciabili desiderio inhy
ant, perhijs ne amittat timet, et
cum amittunt dolet Et io dubium
e q nõ benedictione sz maledictionem pa
cius consequimur, sicut ficulnea in
qua dominus nõ inueniens fructum ma
ledixit ei, et statim aruit sicut
pz Marci .xi. Dico quarto q datur
affluens glie benedictio insistenter p
dicantibus. Dicunt cum videtis ad
sensum q tempore famis homines abscon
dentes bladam seu frumenta ma
ledicuntur, homines aut aperientes
horrea et vendentes benedicuntur Sic
cum sit fames nõ cibi nõ potus sz
audiendi vbũ dei, homines absco
dentes verbum doctrine maledicti, sz
vendentes illi benedicuntur Et hoc
est quod dicit Prou. .xi. Cui abs
condit frumentum maledicetur in
populis, benedictio aut sup caput
vendencium. Beatus aut dominicus
singlarissime habuit doctrine et
predicationis clamorem, ymo a predi
catione fres suos nõiari voluit
predicatores. Unde in vita sua legi
tur q adeo ad hoc ministerium est
electus. Alio quo in sompno vidit xp̄m
tres lanceas contra mundum vibra
tem Sz mater eius beatum dominicum
et beatum franciscum obtulit ad mundum
xpo dnõ subiugandum. Unde et
beatus dominicus cum nunq alias sanctum
franciscum vidisset, in crastino ex
hijs que nocte viderat ipm sine
aliquo indice cognouit, et in eius
amplexus et oscula ruens dixit
Tu es socius meus, tu pariter cur
res mecum, stemus et nullus

adiuncturus preualebit Et extunc factum est eis cor vnum et anima vna quod etiam in posteros mandauerunt obseruari Vnde bene poterat dicere illud .1. ad Thimotheum 2 Positus sum ego predicator et apostolus doctor gentium in fide et veritate Et tunc indicio meo merito positus est predicator et doctor / optime enim habuit condiciones quas debet habere bonus predicator et doctor vt sit scilicet

- Luminosus ad intelligendum
- Graciosus ad proferendum
- Virtuosus ad monendum

Dico primo quod fuit luminosus ad intelligendum Nunquam plus debet esse in fonte quam in riuo / et semen plus est in terra quam in spica Et ideo dicitur Danielis xi docti in populis docebant plurimos Contra quosdam qui plus volunt docere quam didicerunt / Ymmo et officium predicationis assumunt qui vix vnum verbum de biblia sciunt quos audiuerunt Contra quos loquitur Ieronimus in epistola ad Paulinum c 6 dicens sic Quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri Sola scripturarum ars est quam sibi passim omnes vendicant / scribimus indocti doctique poemata passim / hanc garrula anus hanc delirus senex hanc sophista verbosus / hanc vniuersi presumunt lacerant docent antequam discant / et quidam velocitate verborum ymmo audacia edisserunt aliis quod ipsi non intelligunt Taceo de meis similibus / qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerunt / et sermone composito aures populi mulserunt / quicquid dixerunt hoc legem dei putant / nec scire dignantur quid apostoli quid prophete senserunt sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia quasi grande sit / et non vitiosissimum docendi genus depravare sententias et ad voluntatem suam scripturam sibi trahere repugnantem Et subdit, puerilia sunt hec et circulatorum ludo similia docere quod ignores / Ymmo ut ad stomachum loquar ne hoc quidem scire quod nescias / Non sic Christus dominus qui fuit doctus et luminosus ad intelligendum Vnde poterat dicere illud ps. Deus docuisti me a iuventute mea et usque nunc pronunciabo mirabilia tua / Dico 2o quod fuit graciosus et facundus ad exprimendum Quia sicut dicit Tullius Sapientia sine eloquentia est quasi gladius in manu paralitici Et ideo dicitur illud Actuum .18. Vir eloquens deuenit potens in scripturis hic erat edoctus viam domini et feruens spiritu loquebatur et docebat diligenter ea que sciuit / Dico tercio quod fuit copiosus seu virtuosus ad monendum Cepit enim plus facere quam docere Et de eo dicitur illud .1. Esdre .7o. parauit cor suum ut inuestigaret legem domini et faceret et doceret / Faces ut cuius vita despicitur necesse est ut eius predicatio contempnatur Non sic multi de quibus dicitur ad Ro. 2. Qui alium doces te ipsum non doces / qui predicas non furandum furaris / qui dicis non mechandum mecharis / qui abhominaris ydola sacrilegium facis / qui in lege gloriaris per preuaricationem legis deum inhonoras / Bene ergo Christus dominus positus est predicator et doctor / sed non quasi doctor sed in fide et veritate Docuit enim

- Vera quantum ad materiam
- Et vera quantum ad modum
- Et vera quantum ad formam
- Et verissime quantum ad finalitatem

quia docuit fugere mala facere bona cauere supplicia et expectare premia Vnde potest dicere illud ysa. 48. Ego dominus docens te vtilia Et illud Actuum 26. Verba veritatis et sobrietatis eloquor Contra quosdam qui quasi scriptura indigeat mendaciis ad sui confirmationem inducunt in suis predicationibus quedam falsa et mirabilia de prestibus et auibus et aliis huiusmodi Contra quosdam etiam qui magis docere volunt

[Left margin: Condiciones boni predicatoris et doctoris]

[Right margin: eloquentia]

a

b

p̄dicac̄o vtiliu

subtilia q̄ vtilia Cont̄ quosdā alios etiā q̄ prorūpunt in abusum ad obp-brīa mag̃ et ad conuitia q̄ ad loquendū sobria / Vn̄ beatus dominicus loq̄batur

Verba veritatis nō falsitatis / docuit et
Verba vtilitatis nō curiositatis / re quidē
Verba sobrie nō iniquitatis / ad formā

cētiua docuit ~ Erat enim verbū suum

Instanter obscura elucidando / q̄si malleus
Vtiliter p̄ma promittendo / conterens pe-
Audacter vitia increpando / tras Attendens

s' dictū illud .2. ad thimo. 4. Predica verbū insta oportune argue obsecra increpa in omni paciā et doctrina Cont̄ multos q̄ mag̃ p̄dicant / pauci enim

no

Subtiliter clara obscurando / sunt hodie
Inutiliter curiosa tractando / qui audeat
Adulanter placentia loquendo / dicere veritatē

ps laudatur peccator in desiderijs aīe sue et iniquus benedicitur Non sic beatus Johēs baptista q̄ audacter arguebat herodē regem / et illos scribas et phariseos vocans eos genimina viperarum Et si essent hodie multi tales forsitan nō fierent tot exactiones et mala in mundo / Talis erat beatus dominicus Vnde poterat dicere illud pu. 8. Apperietur labia mea vt recta p̄dicent Veritatē meditabitur guttur meū et labia mea detestabuntur impiū Attendens illud pu. 24. Qui dicunt impio iustus es maledicent eis p̄pli et detestabuntur eos tribus / q̄ arguunt laudabuntur et veniet sup eos benedictio / Docuit etiā verissime quātum ad finalem causam q̄r p̄dicabat pecto-rū cōuersionē p̄p̄t iustorū fortificationē et p̄p̄t auditorū glorificationē / nō p̄p̄t ostentationē aut p̄p̄t q̄stus [illegible] Sicut multi q̄ dispargunt ut canes ad manducandum / si vero nō fuerint saciati et murmurabant / Bene ergo beatus dominicus doctor in fide et veritate vt posset

No

dicere illud Joh. 6. Verba q̄ ego loquor vobis spūs et vita sunt Gratia ergo benedictio datur p̄dicantibus et ipse verissime p̄dicauit Merito meruit benedici ut s' dictū intelligamus illud Deut° 28. Faciet te dñs excelsiorem cunctis gentibus venientque sup te vniuerse benedictiones Et seq̄tur Benedicta horrea tua et benedicte reliquie tue / et benedictus eris egrediens et ingrediens Quinto q̄ datur affluens efficax benedictio feruentibus zelatoribus Sicut enim videtis q̄ homines multum zelant pro honore domini sui a dño benedicitur Ideo dicitur in ps domini est salus et super populum tuum benedictio tua Gen̄a [illegible]. 27. dr Qui benedixerit tibi erit et ipse benedictus Fidei autem et emulacionis feruorem excellentissime habuit beatus dominicus vnde contra hereticos fuit maximus zelator fidei et sic hic patuit in hereticorum confutatione et multorum ad fidem reductione Vnde singularissime ds poterat dicere illud ps Zelus domus tue comedit me et obprobria exprobrantium ceciderunt super me Merito ergo debuit singulariter benedici vt s' dicamus illud ps Vita eius in vita ipsius benedicetur Et pu. 10. Benedictio domini super caput iusti Et Eccl. 44. Benedictionem omnium gentium dedit illi et testamentum suum confirmauit super caput eius Sed heu xpianos hodie prochdolor itaque q̄a extenuit / q̄ nō solum fidei zelum nō zelant / immo ad zelus ydolatrie sunt producti Nunc enim vnquam alias in francia tot inuocatores demonum baptizatos et magnum tale tam horrenda sortilegia propter audiuit vt iam nō cultores dei sed demonum

sunt dicendi / latria soli deo de
bita demoni exhibentes Et ideo
merito non benedictionem sed maledictiones
plurimas consequntur Unde deut.
27 dicitur Maledictus homo qui facit
sculptile et conflatile abhominationem
domini Et respondebit omnis populus et
dicet amen Et de merito quia talis
sicut dicitur in psalmo dilexit maledictionem et veniet
ei et noluit benedictionem et elongabitur
ab eo etc. Unde non solum merentur
maledictionem gehenne perpetue
sed eciam maledictionem mortis tempora
lis Ieremie Et ideo cum summa obse
cracione dico vobis illud quod Ieremie
27 Vos nolite audire prophetas vestros
et divinos et sompniatores et augu
res et maleficos quia mendacium prophe
tant vobis ut longe faciant vos de
terra vestra et eiciant vos ut pereatis etc.
Ergo sicut dicitur 1 pe. 3 Omnes in fide
unanimes in oratione estote non
reddentes malum pro malo nec ma
ledictum pro maledicto quia in hoc
vocati estis ut benedictionem heredita
te possideatis Et sequitur Et
quis est qui vobis noceat si boni
emulatores fueritis etc. qui dicat nunc
6 Dico 6o quod datur affluens glorie
benedictio totaliter mundum abdicantibus
Sicut enim homo qui se pro servicio domino
suo melius respondendo omnia expo
neret a domino merito benedici deberet
Sic qui omnia temporalia derelinquit ut
Christum nudum nudus sequatur merito a
domino benedicitur Et eis dicitur illud
ps. Benedicti vos a domino qui fecit
celum et terram Sed forte karissimi
melius videtur esse quod homo divicias
suas retineat ex quibus faciat eleo
sinas, fundet ecclesias, alat pauperes
et exerceat opera pietatis / quam quod omnia

relinquat Cui istis respondet dominus math. 19
dicens Si vis perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus et
veni et sequere me Quod pertractans beatus
Ieronimus contra vigilancium dicit sic Qui
asseruit eos melius facere qui utuntur rebus
suis et paulatim fructus possessionum
pauperibus dividunt eis non a me sed a
deo respondetur eis Si vis perfectus esse
vade et vende omnia que habes etc.
Et subdit Iste quem tu laudas 2us et 3us
gradus est / quem et nos recipimus dummo
do sciamus prima secundis et tertia preferendis Et
in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur
Bonum est facultates cum dispensacione pau
peribus erogare Melius est pro intencione se
quendi dominum insimul donare et absolu
ta sollicitudine egere cum Christo Et beatus Gregorius
super Ezech. dicit quod elemosinarum largicio ad
temporalium abdicacione comparatur / sicut sa
crificium holocausto Unde dicit sic Illi
qui ex possessis rebus subsidia egentibus
ministrant in bonis que faciunt sacrificium offe
runt / quia aliquid a deo immolant et
aliquid sibi reservant Qui vero nichil sibi
reservant offerunt holocaustum Modo do
mino est acceptabilius sacrificio ceterorum etc.
Unde sicut magis domino est acceptabilius
est dare arborem cum omni fructu ex arbo
re procedente quam retinere arborem cum parte
fructuum et aliam partem dare Sic melius
et acceptabilius est omnia simul relinquere
quam pauperibus partem erogare Unde sic
dampnatus est error Ioviniani qui adequa
bat matrimonium virginitati Ita dap
natus est error Vigilancii qui adequavit di
vicias paupertati Bene ergo pauperes et
mundi abdicatores promeruerunt benedictionem
glorie consequentur Unde math. 19 dicitur Vos qui
reliquistis omnia et secuti estis me
in regeneracione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue sedebitis et
vos super sedes 12 iudicantes 12 tribus

isrl Et Mt. 2 Beati paupes spu
ritu quoniam ipsorum est regnum celorum Istam
autem paupertatem voluntariam Christus domi
nus fuit specialiter amplexatus Ergo
merito benedictione glorie non solum quin
tam ad auream sed etiam quintam ad aure
olam debuit optinere Ut de eo dicamus
illud Eccli. 24 In celis altissimi
aperiet os suum et in conspectu virtutis
illius gloriabitur et in medio populi sui
exaltabitur / et in plenitudine sancta
admirabitur / et in multitudine electorum
habebit laudem et inter benedictos bene
dicetur Qua benedictione nobis concedat
qui est benedictus in secula seculorum Amen

Veni de libano amica mea veni coronaberis Cant. 4
Sermo in assumptione beate virginis

Videmus manifeste quod quando aliqua mulier
invitatur ad cenam regis et regis thalamum. invitari
Aliquando ratione mire speciositatis Sic
patet de Hester Hest. 2. dicitur ibi quod
erat formosa valde / et incredibili
pulcritudine omnium oculis speciosa et
amabilis videbatur Et sic ducta
est ad cubiculum regis / adamavit eam
super omnes mulieres / et posuit dyadema
regni in capite eius / fecitque eam regnare
Aliquando ratione preclare generositatis Sicut
filia pharaonis regis egipti ad cu
biculum et cenam regis Salomonis 3 Reg. 3.
Aliquando etiam ratione generis et potestatis
Sicut regnavit athalia mater otho
sie regis Iude 4 Reg. 11 Sunt modo
virgo benedicta super omnes mulieres regi celorum
regi glorie

Quo desiderabilior speciositate pulcritudine
Quo admirabilior generositate celsitudine
Quo amabilior potestate ligantie

Speciositatem contulit dignitas fecundata Nobilitate extulit humilitas conservata Potestatem

Sunt enim
Speciosior sidere
Celsior ethere
Prior genere

attulit maternitatis illibata Uno
primo/quod fuit desiderabilior specio
sitatis pulcritudine Unde de ea
dicitur ad litteram Specie tua et pulcritudine
tua intende prospere procede et regna Et merito quod
Concupivit rex decorem tuum quoniam ipse
est rex Qua auctoritate Pretiosus Bernardus
in serm. super missus est dicit sic Virgo
regia gemmis ornata gratiosior mentis
et corporis decore fulgido / spe
cie sua et pulcritudine sua in celesti
bus cognita celi civium in se pro
vocavit aspectus / ita ut et regis
animum in concupiscentiam inclinaret
et celestem nuncium ad se de supe
rioribus adduceret / Nec mirum si rex
concupivit eius decorem quia ipsa est
speciosior sidere Sap. 7. Est enim
speciosior sole et super omnem dispo
sitionem stellarum luci comparata inve
nitur prior (primior) Et ideo assensum et progres
sum eius in celum / Hodie cives celi
attendentes dicebant illud Cant. 6
Que est ista que progreditur sicut
aurora consurgens / pulcra ut luna
/electa ut sol / terribilis ut castrorum acies ordinata
/ Que est ista tante speciositatis que sic
progreditur Hac responsione Corona
est civitatis fundamentum quia aurora consurgens
ipsa est soliditatis incrementum quia pulcra ut luna
ipsa est claritatis complementum quia electa ut sol
ipsa est firmitatis fulcimentum quia terribilis ut castrorum
Ita ergo talis est merito super omnes
celos ascendit Statuit enim naturale ascendere

Calor nichil habens frigiditatis
Decor nichil habens impuritatis
Splendor nichil habens obscuritatis
Vigor nichil habens infirmitatis

Modo Caritatis non amittit
Calor frigiditate / abitat impuritate / fatos
Decor sanctitatis / tate / stante
Splendor solaris claritatis / ne
Vigor firmitatis excludit iste

nitate
Melto
ugitur
quia est
specio
sa dicat
Bernardus hodie rex
celorum

Veni electa mea et ponam in te thro
num meum qr concupi. rex spe. t. Et
ideo dicit Ieron in sermone hui9 diei
Si diligent attendas nichil e vel
nichil speciositatis nichil gre nichil
splendoris quod no resplendeat in
virgine maria Et Sctus Ambro. li. 2
de virginitate dicit sic. Quid nobilius
dei matre vel Merito igitr de ead
pt dici illud Eccl. 43. pulcritudinem
candoris eius admirabit oculus Et ia
sic dr Judith xi. Non e talis mlier
sup tra in aspectu et in pulcritudine
et in sensu v vborum Ista aut speciositatem
tulit virginitas fecundata Notis
eum qr contrarior contrarij sut effectus
Virginitas aut seu castitas et luxuria
seu carnalis voluptas inter omnia
vicia no solum fedat aiam immo etiam
corpus dicente Aplo. i. ad Corin. 6. Om
ne peccatum fecerit homo extra corpus
est qui aut fornicatr in corpus
suum peccat Et Innoc de miserijs
condicionis humane dicit O fomes li
bidinis que no solum mente extinuat
sed etiam corpus enervat no solum ma
culat aiam sed et fedat psonam Est
pessima macula de qua dr in ysaia
ibidem Abstractes ea que carnalis
e maculata tunicam Sz hodie pch
dolor no e q se abscondat a calore
eius Racio michi videtur esse qr
sm phm. 2. ethicorum ex contrarijs contra
rio fatis sit ois virtus et corrupitr
Modo castitas existens conservat vij. Viti9
primo ex sobrietate victus et io corrupitr
p ebrietatem | in actu et io corru
Secundo ex asperitate | pitur p curiositate
Tercio ex asperitate in vestitu et io cor
rupitr p mollitie et suavitatem
Quarto ex raritate in visu et io corrupi
tr p videndi curiositate | tu et io cor
Quinto ex raritate i affa | rupitr p
nimiam loquacitatem

Sexto ex honestate in actu et io cor
rupitur p inhonestatem | mulierib9
Septio ex extraneitate ad | in victu et
io corrupitur p nimiam familiaritate
Et io dicit Crisostomus sup Mt. Hec sut q
corrupta servat castitate sz sobrie
tas operacio asperitas cultus refrena
sensuum raritas sermonis honestas
vitacio oportunitas psone et loci et
tpis Sz quia proch dolor hodie magis
servatur corruptela qm observancia
Ideo no e vel vix est q se abscondat
a calore eius sz luxurie. Luxuria igitr
totum maculat et fedat. Igitr econtr
virginitas et castitas totum decorat
Sap. 4. O qm pulcra est casta generacio
cum claritate Ideo Cassiodorus de
12. abusionibus ea describes ait sic Ca
stitas e ornamentum nobilium exalta
cio humilium nobilitas ignobilium pul
critudo vilium solamen merencium aug
mentum ois pulcritudinis decus religionis
minoracio criminum multiplicacio meri
torum creatoris omn dei amica Ista
aut no qualisque sed virginale no so
lum in facto sed etiam in voto virgo be
nedictissima prima servavit Quod ad
mirans Crisostomus suprimissus est dicat sic
O virgo prudens vel Gregre in sermone
concepcionis Et merito decora dr illud
Can. 4. Tota pulcra es amica mea
et macula no e in te Et merito di
cit rex glie illud Eccl. 16. Dedi co
ronam decoris in capite tuo ¶ Dico 2o
qr fuit admirabilior celsitudine | gnositatis
Sap. 8. Generositate illius glorificat
contubernium hns dei. Et enim omn dns
dilexit eam Ipsa enim sicut dicebam
excelsior ethere qr cunctis rei create
excellit in immensum Unde Aug9 in
sermone huius diei dicat sic Quid
nos tantilli quid accione pusilli in
eius laudibus referemus cum omn
mem membra verterent in linguas
eam laudare no sufficeret vllus Altior

a

cum celo e. de qua loq intimur, abs
so pfudior cui laudes dicē conanr
Si celū inquit te vocē, altior es Si
matrem gencium predicē Si formā
dei te appellem digna existis / Si
dnam angelorū pata esse pbaris
Quid ergo digne dete dicā Job. xi
Excelsior celo est Istud aut nobi
litate extulit humilitas conservata
Ad litterā cum et si virginitas sit vtique

Humilitas

pulcerrima · tn̄ humilitas ē magis necīa
Sicut dedicat valde pulcre Bernar
Sup. omel p^a sup missus est dicens
sic Audis maria virgine, audis
et humilem Si nō potes marie imi
tari virginitatē, saltē imitare humilitē
laudabilis virginitas et laudabilior
humilitas sine magis necīa / Illa co
sulitur Ista precipitur Ad illa invitaris
/ ad ista cogeris / De illa dr̄ qui pt
cape capiat De ista dr̄ Nisi quis
se humiliaverit sicut parvulus iste nō
intrabit in regnum celorum Illa remune
ratur Ista exigitur / Potest denique
sine virginitate salvari sine humilitate
nō pt Potest inque placē humilitas
que virginitatē deplorat amissā Sine
humilitate audeo dicē qd nec marie vir
ginitas placuisset / Si cum maria
humilis nō esset / spūs sctūs sup eam
nō requievisset Sicut et in psona
eius dicimus / Respexit dns humilitē
ancille sue Et si ex virginitate pla
cuit ex humilitate concepit sine dubio pla
cet virginitas humilitas procul dubio fecit
/ humilitas igitur p Bernar virgine con
servata eius nobilitate extulit / Sic
enim qui se humiliat exaltabitur Luc. 18
Et sinistra regula c. capitulo Si
simplicat ad simplr ut Sine fuit
maxime humilis maria exaltabitur
/ Et virgo bndicta int oēs creaturas fuit

b

maxime humilis dicente Bern. omel
2. sup missus ē prtctate illud vbum
virginis Ecce ancilla domini Luc. 1.
Que ē tam sublimis humilitas q
cedē nō novit honoribus intume
scere gloria nescit Mater dei
eligitur, et ancilla se nominat
nō mediocris revera humilitatis
insigne oblata tanta glia et nō
oblivisci humilitate / Nō magnum
enim ē humilem esse in abiectione
Sz magna prorsus et rara virtus
humilitas honorata / Et dicimus de
ea illud prv. 2. humilem spū susci
piet gloria / Sicut enim satis expe
rimur triplex ē humilitas Una est proditoria
et dolosa qua humiliatur ypocrita
falsus et ista ē humilitas vulpina De
qua Ecc. 19. Est qui nequiter se humi
liat / et interiora eius plena dolo
Et sic tales humiles nō suscipit glia
sz gehenna / Alia ē humilitas af
flictoria et obprobriosa qua humi
liatur pauper involuntarius, et
hec ē humilitas asinina qua velit
nolit humiliatur sub onere De qua
dr̄ Ecc. 2. In dolore sustine et
in humilitate tua patientiam habe Isto
nō humiles nō suscipit glia sz pe
na / Tercia ē humilitas meritoria et
virtuosa boni / et hec humilitas colubi
na Et tales humiles suscipit glia
Job. 22. Qui humiliatus fuit erit
in glia / Sunt similiter tria signa
quibus pt cognosci qn̄ sit hec ista hu
militate columbina / primo de peccatoris
2° si hz dolorem / perpetratione
3° si hz adere paciē i adversis tollerancie
4° si hz labores obediē in precepto exe
cutione / Si enim hz ista tria ē humilis
spū, si nō, nō / Talem enim ha
buit virgo bndicta quia nō multo conata

Cap. 8. De puppetuo conata cruphavit
Ideo merito in eius ascensu hodie
ascendentes cives celici dicebant Que
e ista que ascendit p desertum sicut
virgula fumi ex aromatibus mir
re et thuris pigmentarij Cant. 3.
Dico tercio quod fuit amabilior propinquitate
ligaminis / fuit enim propinquior gene
rant enim saltus in nulla linea
consanguinitatis vel affinitatis sive
ascendencium sive descendencium sive
collateralium nullus pt esse propinquius
propinquior quam matris ad filium / Illa
virgo benedictissima fuit vera di
matre ideo propinquissima Et quia iure
naturali et divino filius tenetur honorare
matrem Ideo deus eam debuit quantum
potuit honorare Et racione puritatis
virginitatis et summe humilitatis de
buit super omnem puram creaturam
quantum ad animam et gloriam eius et
tandem in resurreccione quantum ad
gloriam ex merito de condigno premiari /
Igitur racione virginitatis debuit in
aliquo amplius eam honorare sed
hoc non potuit esse nisi in preueccione
glorie sui corporis Ideo hanc non solum
debuit quantum ad gloriam anime conare
sed eciam quantum ad corpus Et eciam
dotes glorificati corporis tribuendo Sic
dicit Aug. in sermone hodierno
deducat Et hoc pt confirmari / quia ap
paret quia tunc corpora sanctorum ho
norantur / sed nunquam aliquid decor
pore virginis honoratur vel habetur
in terris Igitur vel minus honora
uit matrem quam sanctos ceteros / vel eius
corpus iam glorificavit in celis / Postea
in sepulcro beati Johannis evangeliste
non nisi manna invenitur que et sca
turire creditur. Et ideo pie creditur
quod sicut eius caro fuit aliena a
corruptione Sic corpus eius / cor

ruptione non vidit sit iam glorificatum
in celis Multo forcius creditur et
credendum de sancta virgine cuius vir
ginitas longe fuit gloriosior et amabi
lior quam Johannis / Et confirmatur quia
cum iam textus videatur dicere quod iam
aliqui sancti resurgeant Sicut pz Math.
27. Multa corpora sanctorum ~~mortuorum~~ que
dormierant resurrexerunt etc. Multo
forcius beata virgo iam simul cum
corpore fuit glorificata / Et confirmatur
per illud Apli. 1. ad Cor. 15. Christus
resurrexit a mortuis primicie dormi
encium / non dicit solus / sed primus / primus
enim supponit secundum Ideo resurreccio
Christi est forma et exemplar resur
reccionis nostre Et etiam ad Ro. 6. dicitur Christus
resurgens ex mortuis iam non moritur etc.
Igitur illi qui surrexerunt iam non ulterius
mori debuerunt Igitur quia tunc re
surrectio eorum non probaret veram resur
reccionem Christi, quia dicerent heretici quod non
fuit nisi una fantastica apparicio
sed statim in pulverem redisset / Postea
si super Philippenses. 3. Philippenses idem est locus
primus glebe terre / et tocius terre Et
corpus Christi fuit pars corporis virginis
quia formatum virtute spiritus sancti ex eius
purissima parte Igitur cum corpus Christi
sit assumptum in celis Ut habetur Actuum 1.
non debuit corpus unde sumptum
est in terris dimittere sed ad dexteram suam
collocare Aug. consentiendo et dicens
matrie est obprobrium condicionis humane
obprobrio cum illius sit alienus / natura
marie extitit aliena quam ihesus de
ea suscepisse probatur Et subdit Quia
natura matris est filij / conueniens est
ut sicut filij ita et matris / non quantum ad ad
ministracionem / sed quantum ad eandem recepta
fueram Ut hodie verificatum fuerit illud
3. Reg. 2. Positus est thronus matris
regis que sedet ad dexteram eius

de assumpcione corporis

al. humane

Nota de assumpcione beate virginis

a.

Mō

Et illud psalmi Astitit regina a dex
tris eius etc. Quomodo beata virgo fuit
super omnes sanctos non solum quo ad animam
sed etiam quo ad corpus insignibus
privilegijs insignita. In tribus concepit
sine virili semine, fuit gravidata sine
gravedine, peperit sine dolore, fuit ex
cepta a generali sententia data contra evam
Igitur et in celis debuit esse privile
giata non solum quantum ad animam sed etiam
quantum ad corpus. Augustinus Qui voluit
integram matrem salvo integritatis
pudore servare, voluit etiam incor
ruptam a putredinis suae fetore ut quan
tum ad utrumque dicat sibi illud psalmi In
voluntate tua deduxisti me et cum gloria sus
cepisti me. Postea sicut templum manu
signatum domino dedicatur et ab hominibus
adoratur honoratur et sanctificatur cum
corpus beate virginis fuerat domus in qua
plenitudo deitatis novem mensibus cor
poraliter habitavit. Iuxta illud quod
cantat ecclesia domus pudici pectoris
templum repente fit dei, debuit honorari
et glorificari iuxta illud quod prophetatum
fuerat Ysaias .lx. domum maiestatis
mee glorificabo. Augustinus Thronum dei
thalamum celi domum atque tabernaculum
Christi dignum est ibi esse ubi est. Itaque
pretiosum thesaurum dignius est celum servare
quam terra. Absque omni ambiguitate cre
dam quod sicut decuit ut in terris ma
iori puritate niteret qua sub deo ma
ior nequit intelligi secundum Anselmum Ita
deceat ut in celis maiori claritate ful
geret sub qua deo maior nequit intelligi
Augustinus in sermone huius festivitatis dicit
sic Istud sacratissimum corpus de quo
Christus carne assumpsit, divine nature
humanam univit, non amittens quod erat
sed assumens quod non erat, ut verbum
caro, deus homo fieret, esca omnibus

b.

traditam sentire non valeo, dicere per
timesco. Et subdit Vera ratione
confitendum censeo mariam apud
Christum gloriose ad eternitatis gaudia
assumptam, benignitate Christi honora
tius susceptam ceteris, quam eius gratia
honoravit pre ceteris. Itaque ~~in~~ eius huma
nitatem non esse adductam post mortem
videlicet putredinis vermis et pul
veris que sine omni genuit sal
vatorem. Iterum si potestate est sanctorum
de capite capillum non perire, ista animam
integram in corpore servare posse. De
Christi igitur potestate si nullus dubi
tat ecclesiasticus quin posset integram
sine corruptione propriam servare, cur
dubitandum est noluisse quod attulit ad
tantam benignitatem gratiam, sic elegit
divina voluntas, sola gratia iure ope
ratis vehementiam ignium flam
mas non solum corpora puerorum servare
illesa, verumetiam ipa vestimenta ser
vare intacta, cur abnegat in matre
propria quod elegit in veste aliena.
Ionam servare in ventre ceti potuit non
lem cursum voluit incorruptum sola
mia, mariam incorruptam potuit non
non servavit gratia. Daniel oblatus
integerrimus fame leonum, non serva
da est maria incorrupta. Et subdit
Dignum itaque videtur letari mariam
letitia inenarrabili anima et corpore
in proprio filio proprium filium habere nulla
posse debere incorruptionis corruptiva
quam nulla secuta est tantum filium
pariendo integritatis corruptio
ut semper incorrupta tanta profusa
sit integra vivens que confirmavi ge
nuit vitam, sit cum illo quem in suo
gessit utero, sit apud ipsum ista
que genuit fovit alvit maria scilicet
dei genitrix, dei ministratrix et dei
secutrix. Degna quia aliter sentire

no audeo / alit dice no possum
Ratione igitur ppinquitat qua
attulit illibata virginitas fuit sup
os choros ad filij dextera collocata
Unde Bnh. omel pa sup nissus est
dicat sic Est quod mireris in ma
ria etc Ideo celi cives hodie oc
currentes dicebat illud Cant. 8. Que
est ista que ascendit p desertu deli
ciis affluens innixa sup dilectu suu
Primo ipse dilectus sibi obvia venit
sicut cantat eccl(es)ia Adonay tu
ssimo salvator advenit etc sibi
dicens illud Cant. 32. ornatu que
accipias dignitatis et cona co
ronis consecrationis Ipsa enim e
ista mulier de qua dr Apok. 12. Si
gnum magnum apparuit in celo
mulier amicta sole et luna sub pe
dibus eius et in capite eius cona
stellarum. 12. Habemus g° duo
Primo q aliq mulier invitat ad cona regni
tanqz rone mire speciositatis Pri(mo)
tanqz rone pclare generositatis Secu(n)do
tanqz rone generis z ppinquitatis Tercio
q virgo benedictissima fuit Regi
glorie desiderabilior etc Igitur
ab ipso ad cona merito invitatur
dicendo sibi vba thematis passup
ra Veni de libano amica mea
veni conaberis Coronaberis
Non quide cona supbie de qua ysa.
28. Ve corone supbie De qua Sap
Nec eciam cona lascivie 2. Coro
nemus nos rosis antequam marcescant
Nec etiam cona miserie de q ysa. 22.
Conans conabit te tribulatione
Sed etiam cona glorie transitorie de q
Jere. 13. De capite vro descendet co
na glorie vre Istis igit no co
naberis sicut multi in mundo Christus
enim tuus filius fuit quadrupliciter co

na conatus contra ista cona qdrupl(ic)e
Primo cona carnea in concepcione que
fuit cona humilitatis contra cona supbie
Cant. 3. Egredimini filie syon et videte
regem in dyademate quo conavit eum mr sua
Secundo cona spinea in passione que
fuit asperitatis contra cona lascivie Jo.
19. Milites plectentes cona spinea
imposuerunt capiti eius Tercio
Tercio cona lapidea in resurrectione q fuit feli
citatis contra cona miserie Ps. Posui
sti in capite eius cona de lapide precioso
Quarto cona aurea in ascensione q fuit
cona eternitatis contra cona glorie transi
torie Eccl. 45. Cona aurea sup ca
put eius expressa etc Sic ig conaberis
Primo ig conaberis cona regalis fa
stigij in signum potencie sic conantur
reges corona magistralis insignij
Secundo in signum sapiencie qua co
ronantur doctores fastigij mi(ni)s
Tercio cona pastoralis genuum cleme
ncie qua coronantur episcopi z pastores
Quarto cona victorialis premij in si
gnum victorie q conantur pugiles
Quinto singularis privilegij in sig excelle
ncie qua conantur virgines et clerici tonmentes
Sexto cona virginalis premij in sig pudicicie
qua conantur puelle virgines
Septimo cona maternalis gaudij in
signum presidentie qua conatur mar
tires Veni igitur de libano ve
ni coronaberis In qbus vbis q(ui)bus · divisio thematis
tanguntur tria Primo quare virgo
benedicta hodie ad celeste convivium
debuit festinare Notis enim q ali
quis ad aliquod convivium quantumqz
magnum z splendidum no dignatur
venire pp(ter) tria tunc speciosius sibi
Primo q no invitat graciose dicatur Quinto sicut
Secundo q ipse no adornatur ut. in Mat. 22.
Tercio q ibi no honoratur gloriose/ no
datur locus nisi sibi fruitur iuxta statum

sum Et ut omnis excusatio remedii
beate virgini ad celeste tolletur
3° prenittit invitatio graciosa omnem rubore
auferens veni / adornatio speciosa
Q° ostenditur ipius sponsa omnem de
corem preferens de libano / omnem
Tercio premittit² conatio gloriosa / hono
rem conferens eam veni coronaberis
Igitur virgo benedicta tu
es invitata speciosius quia de libano
eris honorata gloriosius quia veni coronaberis
Veni igitur quia ardentissime deside
ratur tue societatis consorcium veni
Veni igitur quia precordialissime deside
rat² seu adamat² me sponsus tuus
de libano / quia festinantissime expecta
veni igitur² / tue ad tue felicitatis
bravium veni coronaberis ¶ Dico
ergo primo quod ne virgo benedicta se excu
set quia non est invitata graciose premittit²
invitatio graciosa omnem ruborem
auferens / invitat² graciosius quia arde
tissime desiderat² sue societatis
consorcium Ad cuius evidentiam sciendum quod
consorcium alicuius societatis desideratur
a diversis propter diversa / Sciendum gratie et be
nivolentiam adrependam / diversitudinis vicissitudinem
sciendum ad assequendam leticie et de
lectationis dulcedinem / indigentie et
sciendum ad relevandam / desolationis neces
sitatem vel amaritudinem / a celi pa
tria propter exaltationem beate virginis / letari
desiderat deus / et quilibet be
atus propter secundum angelus / etatis / nuus ¶ Dico
propter eum homo peregrinus / primo quod deus
desiderat eam assumptionem ad repen
dendam gratie et dilectionis vicissitudinem
Ad litteram vera caritas requirit aliam
Modo virgo benedicta in claustro sui uteri
sicut in loco digno quod posset reperiri in
terris deum susceperat unde in evangelio
hodierno legitur² luc. x. Intravit ihesus
in quoddam castellum et mulier quedam excepit
in domum suam Igitur ut deus rependeret gratie

et dilectionis vicissitudinem deside
rabat eam suscipere in loco sublimiori
sui pallacii Et hoc est quod deducit
Bernardus Bern. in sermone huius festivitatis
dicens Quem in castellum huius mundi
intrantem maria susceperat ab eo susce
pitur hodie sancta ingrediens civitatem
Sed cum quanto putas honore cum quan
ta exultatione cum quanta gloria tu
in terris locus dignior virginalis
uteri templo in quo deum maria sus
cepit / nunc in celis regali solio quo
utique maria hodie filius sublima
vit ¶ Felix nimium utrumque susceptio
ineffabilis utraque quia utraque inestima
bilis est Et ideo sicut ipse deducit ex
hoc hodie illud evangelium in ecclesia
recitatur / ut sicut gratia susceptionis
fuit inestimabilis ita et gloria inestima
bilis cognoscatur² Et subdit / eius
cogitare sufficiat quam gloriosa hodie
regina mundi processit / et quanto de
votionis affectu tota in eius oc
cursum celestium legionum prodierit multitudo
quibus ad thronum glorie canticis
sit deducta / quam placido vultu quam
serena facie quam letis divinis am
plexibus suscepta a filio et super omnem
sit exaltata creaturam / cum eo hono
re quo tanta mater digna fuit / cum ea
gloria que tantum decuit filium Feli
cia prorsus oscula labiis impressa
lactentis / cum virgineo matris ap
plaudebat gremio Sed inquit non
feliciora censebimus que ab ore sedentis
in dextera patris hodie in beatifica sa
lutatione suscepit cum ascenderet ad
thronum glorie epithalamium dicens
et canens / osculetur me osculo oris
sui Cristi generationem² / marie assumptionem
quis enarrabit Quantum enim gratie
in terris adepta est pre ceteris tantum et
in celis obtinet glorie singularis

Nam si oculus no vidit nec auris au
divit mir que pparavit ds hijs
q diligunt eu / quid pparavit g
gneti se Et quod omniby etiu est
ponibus diligenti Que eloqt
selex maria cu excepit salvatore
felicior fuit Cum excepit a sal
vatore vtrobiqz mira dignitas
invenitur Et istius viassitudis
habemus figura 2 Re. 19 vbi
dr q Berzellay pbuit almeta
regi q diu fuit in castris Cui rex
voles redde viassitudine dixit
Veni ut requiescas mecu secure in
velim / Quid Berzellay q int p
tatur fortitudo mea nisi virgo
maria benedicta / que sola in pas
sione xpi fortis in fide extitit
Ista igitur pbuit almeta regi
q diu fuit in castris sui vteri et
huius mundi Rex igitur glie vo
lens ei redde viassitudine cla
mavit hodie Veni etc Et hic di
cit mecu ad dextera mea sup
omnez creatura exaltata Et merito
Cum enim pmiu correspondeat
merito / dignu e ut que fuit ma
ior in merito esset maior in pmio
Ipsa enim ad locu os sanctos et an
gelos in merito transcendit / Primo
quidem virgines virginalis pudi
cicie fecunditate Ipsa enim sola virgo
et mr fuit / Ipsa etia pma votu
virginitatis emisit Ideo de ea Cap. x
Incoiquinatos claminu pmidi vi
cis / Sedo transcendit confessores
teperancie sobrietate Johs Cris
sup mt tractas illud mt Antiq conve
nirent etc dicit sic Jozeph conside
rans marie sobrietate q nunq vi
nolenta nunq in messate fuit / fa
cilius esse credebat virgine posse
parere q maria posse peccare

Tercio transcendit martires pene et
martirij qnitate Na aliorum mar
tiru carnem sz bte virginis aiam
legitur gladius ptransisse Luc. 2 Tua
inquit aiam ptransibit gladius / Quarto
transcendit aplos fidei firmitate Na
illi tpe passionis a fide recesserunt vl
dubitaverunt Ipa aut immobilis se
in fide pstitit / Quinto excellit patriar
chas prolis sublimitate / quis enim
vl que nisi ipsa sola dm genuit / Sexto
excessit pphetas cognicois claritate Ipa
enim expimentalit cognovit que nunq
alius expimento didicit / Ultio
excessit os angelos in pulcitate simulitr
claritate Unde Bnh dicit In an
gelis e puritas humilitas et caritas. sz
quid horu no pervenit in maria. Ig
tur cu transcendat os in merito / meri
to transcendit os in pmio Vn pt dici
illud Ecc. 24 In omni gente et in
omni pplo pmatu tenui Et Judic
13 Ista ascendit hodie in eminencie
locu Ideo merito dicit hodie ds Ve
ni Can. 4 Veni de libano sponsa mea
Et dicit hic sponsa Ipam enim ds
pr desponsavit / cui iste idem q erat
filius sui in divinitate / fuit marie filius
sm humanitate Ipam sps filius fecu
davit Ipsam spus sanctus obumbravit
Igitur sicut sponsa invitatur ut sedeat
ad dextera sponsi / ita maria ut se
deat ad dextera dei Quarto 2o q
angelus et qlz btus desiderat sue
societatis commercium ad assequendu leti
cie et dilectionis dulcedine Nd licz
enim psone valde dilecte multu leti
ficat et delectat Et io no mirum si
hodie in pntia virginis fuerunt ordi
nes celici letificati et delectati. si enim
adventu salutacois infans nondu lactatus
in vtero exultavit Luc. 1 / quo no
magis in eius pntia aves celici exul
taverunt Sicut deducat Bnh in sermone

a

hui9 festiuitatis dicens sic. Virgo ho
die gloriosa celos ascendens supnorum
gaudia ciuium copiosis sine dubio
cumulauit augmentis. Hec est eius
salutacio et ipum exultare fecit in
gaudio quem intra adhuc viscera
claudut. qz si puuli nondum nati aia
liquefacta est ut maria locuta est.
quid putamus que na fuerit ista ce
lestium ciuium exultacio. cum et voce
audire et videre faciem et btam eius
filij pncia meruerit. Et io ipsi me
rito dicitur illud ps. Veni ut salues
nos. Et ipa videbit illud Zach. 2.
lauda et letare filia syon qz ecce ego
venio et habitabo in medio tui. Ondi
tio qz omnis homo peregrinus desi
derat marie exaltacionem ad celi pa
lacium ad releuandum sue indigencie et
desolacionis necessitatem et amaritudinem
ad liberandum videmus qz hic indigens et oppres
sus multum gaudet et desiderat habere
amicum aliquem iuxta regem qui posset eius
indigenciam releuare. Modo nos in pe
regrinacione constituti habemus penes dnm
fidelissimam aduocatam que pnitatibus
nris releuandis ostendit oculi nre pe
ctus et vbera. Vnde Bnh. in predicto ser
mone dicit sic. Aduocatam premisit pe
regrinacio nra que tamquam iudicis mater
et negocia mie pertractauit suppliciter. et
efficaciter nre salutis pcessum hodie mu
nus terra direxit in celum. ut dando et
accipiendo felici et amicicie federe
complectitur humana diuinis. terrena ce
lestibus. yma supmis. Ille enim ascendit
fructus terre sublimis. Vnde data optima
et dona pfecta descendit. Ascendens ergo
in altum virgo beata dabit ipa quoque dona
hominibus quid. Siquidem nec facul
tas deesse poterit nec voluntas. Re
gina celorum est. misericors eadem quoque
et mr est vnigeniti filij dei. Et in

b

alio sermone dicit. Ista sola virgo
maria est. Ipsa enim ad litteram
assistit ut pro nobis veniam impetret
reducat nos ad memoriam nobis
infundat gratiam. tandem pducat ad
gloriam. Johannis x. Ego veni ut
vitam habeant et habundancius ha
beant. Tercio igitur ciuitas graciosi
us qz ardentissime desiderabatur
sue societatis commercium. Veni vt
de hoc exponamus quod scribitur Cant. 2.
Surge ppera amica mea co. mea
formo. mea. et veni. Ad cuius euide
nciam sciendum qz in omni motu est
considerare quatuor | termini a
Terminum a quo expellitur | quo et dere
Motum quo expellitur | lictio quia
Mobile quod mouetur | periculosum
Et terminum ad quem conatur | propter lubri
In hiis igitur istis | citatem. Sur
primo precipitur | ge | racio
Modo indicatur motus celer | qz fru
ctuosum propter breuitatem ppera
Tercio subditur mobilis condicio qz spcio
sum propter sanctitatem amica mea co
Quarto consulitur terminus ad quem precio qz
gloriosum ppter felicitatem veni. Pro
dico qz precipitur terminus a quo delicto
qz periculosum ppter lubricitatem. Surge
de loco lubrico et periculoso. quia
libenter surgit. Mundus iste talis
est. 1. Joh. 1. Mundus in mali
gno positus est. Et btus Anto
nius vidit totum mundum plenum
laqueis quos non poterat euadere
nisi humilitas. Mundus enim est magis
periculosus quam mare tempestuosum. Est
enim ad modum fluuij tempestuosi
Liuidus per supbiam | Ideo cuilibet mag
Horridus per inuidiam | dicitur Josue x. Sur
Auidus per auariciam | ge quare iac
Rabidus per iram | iaces pronus
Morbidus per accidiam | in terra. Ad licitum
Fetidus per luxuriam | potest dici mlt
Sordidus per gulam

ex nobis qui magis iacemus pri
mitia sola terrena cogitando et di
ligendo quam spiritum erigamus celestia
querendo. Et certe male mundus cum
et ea que sunt in mundo sunt commenda
et adeo quia mundus amatorem sui
Primo inimicum dei constituit Jac.
4. Amicus huius mundi inimicus dei
constituetur. Deficit. 1. Jo. 2. Mundus
Secundo transit et transit et concupiscentia eius
Tertio hominem opprimit Jo. 4. pressuram habebitis
Quarto decipit quia 1. Jo. 2. dicit omne quod
est in mundo aut est concupiscentia etc.
Quinto inficit 2. pe. 2. Effugientes coin-
quinationes mundi. Non cognoscit Jo. 1. et
Sexto dicitur non co mundus eum non cognovit
Septimo bonos odit Jo. 15. Si mundus
vos odit scitote etc. Iniquis subiacet
Octavo servituti de Joh. 12. princeps
huius mundi eicietur foras. 1. ad
Nono eterne dampnacioni addicat Cor.
11. Cum iudicamur a domino corripimur ut
ne cum hoc mundo dampnemur. Igitur
nolite diligere mundum neque ea que in mundo
sunt. 1. Jo. 2. Et surgite ne sedeatis
currite ne iaceatis per dilectionem ne
dormiatis per delectationem. Unde an-
gelus excitavit petrum dicens Sur-
ge velociter Actuum. 12. Et videtur
michi quod quilibet nostrum debet surgere
Primo de peccatis contendendo Mich. 7. ne le-
teris inimica mea quia cecidi etc. Secundo et
Secundo peccata confitendo Thren. 2. Surge lauda in nocte
Tertio satisfaciendo Eph. 5. Surge qui dor-
mis. glo. per confessionem et exurge etc. per
satisfactionem etc. Quinto. Surgite postquam
Quarto bona faciendo quam sederitis etc.
Quinto bono perficiendo 3. Re. 19. Sur-
ge et comede grandis enim etc.
Sexto in divinum eligendo Eccli. 48. Surrexit
nathan propheta qui adeps separatus a carne
Septimo verbo instruendo Actuum. 15. Surgens
petrus dixit Viri fratres. Eccli. 48.
Octavo gratia inflammando Surre-
in celestibus cognita, celi ciuiu[m] in
se p[ro]uocauit aspectus ita ut et regis
ani[mu]m in sui concupiscentia[m] inclinaret
/ et celeste[m] nu[n]ciu[m] ad se desup[er]nis edu
ceret Patet [er]go quo formositate[m] attu
lit ex dono v[ir]ginitatis Judith xi
no[n] est talis mulier sup[er] terra[m] in aspectu
in pulcritudine in sensu verbor[um] Vt p[er]
hoc dicatur illud Cant[icorum] 2 Flores
apparuerunt in terra n[ost]ra Dico
2° q[uod] Beata v[ir]go in suo egressu p[ro]
tulit o[mn]is co[m]placentie iocunditatis et
dulcedinis oblectamentu[m] / quod ha
buit ex dono glorios[e] et p[re]cels[e] fecu[n]di[tatis]

b

Eccl[esiastic]i xi Initiu[m] eni[m] dulcoris h[abe]t fru
ctus eius Et io[annes] 61 dixit angelus
Benedictus fructus ventris tui
Luc. 1° Vnde de eius dulcedine
dicebat p[salmi]s Gustate et videte q[uonia]m
suauis e[st] d[omi]n[u]s Et alibi Q[ua]m magna
multitudo dulcedinis tue domine 2[?]
Vnde ip[s]e sua mira dulcedine di
cebat de seipso Eccl. 24 Qui edu[n]t
me adhuc esurient, et q[ui] bibu[n]t me
adhuc sicient Tanta eni[m] e[st] ista dul
cedo q[uod] gustata excitat appetitu[m]
Ip[s]e eni[m] est mel in ore, melos i[n]
aure, iubilus in corde. Protulit
[er]go o[mn]is dulcedinis delectamentu[m]
ex ip[s]ius dono fecunditatis Quod
admireris Bern. oml. 1 sup[er] missus
est dicat sic Est q[uo]d mireris in
Maria s[cilicet] ad v[ir]ginitate[m] fecunditas
A s[ae]culo eni[m] no[n] e[st] auditu[m] ut aliq[ua]
simul esset mater et v[ir]go Si et
cui[us] mater attendas, quo te tua
sup[er] eius mirabili celsitudine ducet
admiratio Nonne ad hoc ut te vide
as no[n] satis posse mirari Nonne tuo
i[m]mo veritatis iudicio, illa q[ue] d[eu]m
habuit filiu[m] sup[er] o[mn]es choros exaltab[itu]r
angelorum Et subdit Felix maria
cui nec humilitas defuit n[e]c v[ir]ginitas
Et quid singularis v[ir]ginitas qua[m]
no[n] temerauit s[ed] honorauit fecunditas
Et insigni[?] sp[eci]alis humilitas qua[m]
no[n] abstulit s[ed] extulit fecunda v[ir]ginitas
Et i[n]co[m]pabilis prorsus fecunditas
qua[m] v[ir]ginitas simul comitat[ur]
et humilitas Quid hor[um] no[n] mira[bi]le
quid no[n] inco[m]pabile, mirum si no[n]
hesitas in eor[um] ponderatione quid
tua iudices dignius admiratione
stupenda e[st] in matre v[ir]gini-
tas, an in v[ir]gine fecunditas / an cu[m]

c

tota sublimitate humilitas Et
videte sicut deducat idem Anshelmus
omel. 3. Istud studium domui tam propter
defectum fecunditatis fuit consecutum ad
domum scilicet ad domum admirande vir-
ginitatis. Unde dicit sic Elegisti
virgo beata mysterium esse contemptibilis
et ut illi placeas cui te probasti ma-
ledictionem incurrere sterilitatis, et
ecce maledictio in benedictionem com-
mutatur, sterilitas fecunditate re-
compensatur. Aperi virgo sinum, ex-
pande gremium, prepara uterum quia
ecce facturus est tibi magna qui po-
tens est, in tantum ut pro maledictione israel
beatam te dicant omnes generationes Nec suspe-
ctam habeas prudens virgo fecunditatem
que non aufert integritatem, concipies
sed sine peccato, gravida eris sed non grava-
ta, paries sed non cum tristicia, nescies
virum et gignes filium, illius eris
mater cuius deus est pater Filius pa-
ternitatis erit corona tue castitatis,
Sapientia patris erit cordis tui fructus vter-
i virginalis, Deum denique paries et
de deo concipies, Confortare ergo
virgo fecunda, casta puerpera, mater
intacta, quia non eris amplius ultra ma-
ledicta, nec inter steriles deputata
Et adhuc maledictionis absit sermo
carnem, non quia sterilem videt sed quia
fecunde invident, Memento quod etiam
maledictum pertulit ancias qui te ma-
trem suam benedixit in celis, sed et in
terris ab angelis benedicta et a cunctis
generationibus ecce merito beata predi-
caris Benedicta ergo tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui
Et ideo de ea prophetizatum fuit ad literam

d

ysa. xi. Egredietur virga de radice
yesse et flos de radice eius ascendet
et requiescat super eum etc. Dico 3o
quod contulit beata virgo omnibus affluentie
utilitatis et plenitudinis complementum
ex dono copiose et intense caritatis
Unde Anshelmus in quodam sermone dicit
sic Per te virgo sancta celum impletum est
infernus evacuatus est, reparate ruine
celestis urbis, et expectantibus miseris
vita perdita data, Sap. 7. Venerunt
michi omnia bona pariter cum illa Dicitur
enim dicit beatus Augustinus in sermone de na-
tivitate Auctrix peccati eva, auctrix me-
riti maria Eva occidendo obfuit,
maria vivificando profuit, Illa percus-
sit, ista sanavit Hoc autem habuit ex
dono copiose et intense caritatis Unde
beatus Anshelmus in quodam sermone dicit sic
Maria omnibus omnia facta est sapien-
tibus et insipientibus copiosissima
caritate debitricem se fecit, omnibus mise-
ricordie sinum aperuit ut de plenitudine
ipsius accipiat universi, captivus re-
demptionem, eger curationem, tristis conso-
lationem, peccator veniam, iustus gratiam
angelus leticiam, denique tota trinitas
gloriam, filius carnis humane substantiam
ut non sit qui se abscondat a calore eius
Unde ad literam Ipsa est illa virga
Aaron quam invenit Moyses germinas-
se, et turgentibus ramis erumpant
flores qui foliis dilatati in amigdala
deformati sunt, sicut dicitur Numeri. 17
Unde Eccli. 24. Transite ad me omnes
qui concupiscitis me et a generationibus
meis adimplemini Dico quarto
quod beata virgo maria protulit omnibus fructum
gratie suam, et gratiarum spiritualium
condimentum ex dono virtuose et
immense sanctitatis Unde Ambrosius

a

li. 2. de virginitate Talis fuit ma
ria ut eius unius vita sit omnium dis
ciplina / Et ibidem dicit Sit vobis ta
m in ymagine descripta vita marie
in qua velut in speculo refulget spes
castitatis et forma virtutis / Hinc su
matis exempla vivendi ubi tamquam in
exemplari magisteria expressa probitatis
quid corrigere, quid fugere, quid te
nere debeatis ostendunt / Fragrabat
enim toto spiramine Unde ad laudem spi
rabat ex dono sue mire sanctitatis

Cuius visus humilitatem	Unde de ea
Cuius vultus simplicitatem	dicit Cant.
Cuius auditus taciturnitatem	2° Odor
Cuius gustus sobrietatem	unguentorum
Cuius lingwa veritatem	tuorum super
Cuius odoratus gracie suavitatem	omnia aro
Cuius tactus integritatem	mata Un
Cuius manus largitatem	de eius sa
Cuius viscera pietatem	nctitate loquitur
Cuius venter divinitatem	Crisostomus
Cuius intellectus claritatem	super Math
Cuius affectus bonitatem	recitans illud
Cuius cor sanctitatem	Math. 1°
Cuius incessus gravitatem	Ioseph
Cuius gestus honestatem	cum esset

iustus noluit eam traducere etc. dicit
sic O inestimabilis laus Marie
Ioseph plus credidit castitati quam utero
intumescenti, plus gracie quam nature
conceptum vidit et fornicationem non
estimavit Possibilius credebat
mulierem sine viro concipere quam maria
posse peccare / Et origenes super eodem
verbo dicit sic Ioseph iustus erat iu
stus in verbo, iustus in facto, iustus
in legis consumacione, iustus divino
gracie Ideo eam dimittere volebat
in qua veritatem misterii et sacramenti

b

cum quidam magnificum in esse cogito
scebat et approximare se indignum
cognoscebat exemplo petri Luc. 7.
Recede a me quia homo peccator sum
Ideo ipsa de se ipsa dicebat Eccli. 24.
In me omnis gracia vite et veritatis
in me est omnis spes vite et virtutis
Non hic quod nullus eam corrupisse
potuit Unde propter hoc de se dicit
Eccli. 24. Ego quasi vitis fructificavi
suavitatem odoris et flores mei fructus honoris et
honestatis Dico quinto quod virgo benedicta
in suo egressu obtulit gracie lenitatis
et mansuetudinis incrementum ex
divino gracioso et ostensa humilitatis
Unde sibi dixit Angelus Luc. 1.
Ave gracia plena Ecclesia recitans Ieronimus
in sermone de assumpcione dicit sic
Talis decebat virginem parere ut esset
gracia plena que dedit celis gloriam
/ terris deum, pacemque mundo refu
dit, fidem gentibus, finem viciis
/ vite ordinem, moribus discipli
nam / Ave gracia plena, et bene
plena quia ceteris per partes spiritus
datur Marie autem tota se in
fudit plenitudo gracie / Et Hugo
in sermone de annunciacione pro
testans illud verbum Luc. 1. Invenisti
sti graciam apud dominum dicit sic Inven
tam graciam / graciam plenam, graciam
generalem, graciam singularem
Et non solum tibi sed omnibus etiam
graciam invenisti / Quia glorificavit fructu
ventris tui a domino meretis te me
diante pervenit / Ipse nimirum sola
ni minirum rex ille dives et potens
exinanitus est, excelsus humi
liatus, immensus abreviatus
et ab angelis minoratus est verum

denique dei filius incarnatus est
quo fructu / nempe ut ob eius
paupertate locupletemur / eius hu-
militate sublevemur / eius in mortalitate
magnificemur / eius incarnatione
adherentes deo incipiamus unus
esse cum eo spiritus hoc autem ex dono
habuit humilitatis gratiose deus enim
superbis resistit humilibus autem dat
gratiam Jac. 4 et Eccl. 3 quanto ma-
gnus es humilia te in omnibus et
coram deo invenies gratiam De humi-
litate autem beate virginis loquitur
Bernardus omel. 2 super missus est
pertractans illud Luc. 1 Ecce ancil-
la domini et dicens sic Que est
tam sublimis humilitas que cedere
non novit honoribus / insolescere nescit
gloria / mater dei eligitur et an-
cillam se nominat Non mediocris
revera humilitatis insigne / nec ob-
lata tanta gloria oblivisci humilitatem
Non magnum est esse humilem
in abiectione Magna prorsus et
rara virtus humilitas honorata Si-
gna autem vere humilitatis sunt tria scilicet (signa humilitatis)
dolor penitentie de peccatorum perpetratione
amor patientie in adversorum tolerantia
labor obedientie in preceptorum adimpletione /
De ista autem virgine que propter suam
humilitatem obtulit gratiam Eccl. 50
quasi arcus refulgens inter nebulas
glorie et quasi flos rosarum in diebus
vernis Habemus ergo primo quod flos in
suo ortu seu egressu | Habet
offert aspectui formositatis decorem | 2º quod
profert sensui iocunditatis amorem | Bea-
confert affectui utilitatis valorem | ta virgo
profert olfactui suavitatis odorem | in sua
offert tactui lenitatis dulcorem | nativitate
quia egressa est de utero matris sue
attulit ex dono speciose et adiuvan-

de virginitatis omnis complacentie iocunditatem et
Ergo quasi flos egreditur Unde licet (Introductio Thematis)
hodie egreditur | cunctum alliciens in-
quasi flos aspe- | ra formositate
quasi flos affectum vincens grata iocunditate
quasi flos effectum perficiens magna utilitate
quasi flos olfactum reficiens multa suavitate /
In quibus verbis ad commendationem istius vir-
ginis tria tanguntur | divini operis nob-
primo enim cunctum prodigium | ostenditur quia ma-
tra summi regis portat in matrice quasi
secundo novum privilegium eterni muneris scilicet inscribit
intacte sanctitatis / dans pulcritudinem flos
tertio pium refugium humani generis ad nos
diffundit summe bonitatis dans plenitudinem egreditur
Est quod virgo beatissima civitate potissima divini
numinis quasi | optima paterni et
est secundo reparatrix | matri cunctis
quia flos non spina | deiecti hominis secundo
est tertio consolatrix piissima | egreditur
propter primum debemus in ea intendere clarius quia
relucens speculum divine perfectionis quasi
propter 2m debemus eam diligere carius quia est in-
removens obstaculum nostre salvationis flos
propter 3m debemus scilicet occurrere devocius quia
est pabulum nostre refectionis egreditur
Obmissis vero primo et tertio membris
que satis esset pulcrum ad deducendum causa
brevitatis et ut magis sequentia compre-
hendentibus conectatur Dico solum de
secundo ubi sicut dicebam novum privilegium
eterni muneris scilicet inscribit intacte sanctitatis
dans pulcritudinem quia flos Unde
flos non spina Unde sicut de ea cantat
ecclesia Sicut spina rosa ge. in. ma-
St mau v. opi. g. cul. / Unde licet
sit de spina non tamen spinosa Et de hac
pulcre loquitur Bernardus omel. 2 super missus
est dicens sic Letare pater Adam sed magis
o Eva mater exulta / qui sicut omnium fuistis
parentes ita omnium fuistis peremptores Et
quod infelicius est prius peremptores quam paren-
tes Ambo inquam consolamini super filia

s; illa amplius deq; malu ortu est
pus / tanq obprbriu inomes ptrasit
mulieres Instat naq; tpus quo
iam tollatur obprbriu nec habeat
quid causetur adusus feminam ho
Et subdit pptea curre Ewa ad ma
ria / curre mater ad filia / filia
p matre rndeat ipa matris obprbriu
auferat / ipa patri p matre satisfaciat
q' ecce et si vir cecidit p feminam
iam no erigitur nisi p feminam / p
dens p statua humilis p superba / que
p ligno mortis gustu tibi porrigat
vite / Et p venenoso cibo illo ama
ritudinis dulcedine parat fructus
eterni Et subdit O admiranda et
omni honore dignissima virginem
O feminam singlarit veneranda
sup oes feminas admirabilem parentu
reparatricem / posterorum vivificatrice
Flos g° pz In atrijs domus dni
meu florebit vt ipa de se dicit q' scribr
Cant. 2. Ego flos campi In qbus
vbis tria tanguntur / tria demostrantur
Primo enim virgo bea / singulariter Ego
quod est pronomen demonstrativu
Scdo adoratur suavit' q' flos / cam
Tcio imploratur utiliter q' flos / pi Ibz
salicet gnalit' expositus q' flos cam
pi no calami seu orti / singulariter pro
Primo g° demonstratur sin / pter fastigi
um excellencie singularis Ego
Scdo odoratur suavit' pp pretiosum
mundicie virginalis quia flos
Tcio imploratur utilit' ppt auxiliu
sufficiencie gnalis q' flos campi
Dico g° p° q' demonstratur singla
ppt fastigiu excellencie specialis q'
Ego singlarit' dotata privilegijs ex
cellenciaus sup omnem creatura Ego
enim sum illa quam pr sanctificavit
quam filius fecundavit / quam sps scus

obumbravit Ego sup choros
angelorum exaltata / sup omnem crea
tura sublimata / regina a dextris
xpi collocata / que transcendo oes virgines
pudicitie fecunditate / oes confessores
temperantie sobrietate Sicut dicit
Ansh sup mgt Transcendo martires
pena et martirum quantitate / q' alios
martiriu carne / s; bte virginis aiam
legitur doloris gladius ptransisse
Luc. 2. Ego etia sum q' transcendo aplos
fidei firmitate In me enim sola
tpe passionis fides remansit Ego
etia sum que transcendo patriarchas plus
fidei sublimitate Ipsi enim hoies
s; ego deum et hominem genui Ego sum
que transcendo oes prophetas cognitionis ve
ritate et clar'te Quod enim ipi fide
cognoverunt hec in me experimentalr
didici / sicut qm concepi sine viri semine
portavi sine gravedine / pepi sine do
lore et corruptione Ego etia que
transcendo angelos glorie et sedis
sublimitate / prolis fecunditate / car
nis virginitate / Immo etia sicut dt
Anshs Transcendo angelos in maiori
puritate / in maiori humilitate /
in maiori caritate Vt possum dicere
illud Eccli 24. Ego ex ore altissimi
prodij / primo genita an omnem crea
tura Ego feci in celis ut oriret'
lumen indeficiens / et sicut nebula
texi omnem terram Ego in altissimis
habitavi et thronus meus in colup
na nubis / gyrum celi circuivi sola et pfu
ndum abyssi penetravi et in fluctibus maris
ambulavi / et in omni terra steti et
in omni pplo et in omni gente primatum
habui etc Et sequitur Ego quasi tere
bintus extendi ramos meos et
rami mei honoris et gratie Ego quasi
vitis fructificavi suavitatem odoris et flores mei

spalit'

frūt. hono. et honest. Ego mr̄ pul.
dil. et ti. et ag. et sc̄e. spei In me
omnis grā vite et veritat, in me
oīs spes vite et v̄tut. Ego etiā
sum illa de qua dr̄ Apoc. 12.
Signū magnū apparuit in celo
Mulier amicta sole et luā sub pe
dibus eius. et in capite eius coro
stellarū 12. Ad lrām 12. privilegia
beate v̄ginis quorū quatuor st̄ de celo

Angelica salutatio
In vteꝰ sactificatio
Sp̄s sc̄ti supuētio
Et filij dī ver̄ ᵃˡⁱˢ ⁹ceptꝰ
Et quatuor ex pte corpis
scilicet quia fuit
V̄ginitate purissima
Sine corrupcōne fecunda
Sine grauamie grauida
Sine dolore puerpera
Quatuor ex pte aīe sr̄
Pudoris masuetudo
Humilitat deuotio
Fidei et opis magnitudo
Et martiriū cordis

Bene ergo sin
gularis demō
stratur ppter
fastigiū ex
cellencie spe
cialis Ergo
Et voltis
audire ex
cellenciā sin
gulare, pt
dicē ipsa q
habz respe
ctu ad dn̄m
prem̄ quādā
licet ī eqlē
eqlitatē Quia ille q est vē rea
lit filius dei pr̄is, ē vē realit fi
lius istius v̄ginis matris Habz
2ᵃᵐ p respectū ad dei filiū quādā
supioritatē Unde dicebat ille vir
incis impat redeptori Habz 3ᵃᵐ p re
spectū ad sp̄m sanctū grē imesitatē
q̄ sp̄us sc̄us nō solū in ea venit
s̄ et eciā supuenit Unde ppt istā
prerogatiuā dicit ipa Cāt. 2. Dilcūs
meus michi et ego illi Et Apoc. 22.
Ego sum genus et radix dauid stel
splendida et matutina Et hijs dr̄
stella Ad lrām nomē v̄gīs maria
.i. stella maris Luc. 1. Quod ptbūs
Ambros. ouil. 2. sup missus est dicit
sic V̄go maria aptissime sideribꝰ

compatur Quia sicut sine corrupcōe
sui sidus emittit radiū, sic absqz sui
lesione v̄go pturit filiū Nec sideri
radius suā minuit claritatē, nec v̄gi
ni filius suā integritatē Ipa ergo e
nobilis illa stella ex Jacob orta cuius
radius vniūsū orbem illuīauit, cuius
splendor refulget in supnis et infe
ros penetrat trās eciā plustrās et ca
lefaciēs magis mētes q̄ corpora
fouet v̄tutes exurit vicia Ipa eiū
est pclara et eximia stella sup hoc mare
magnū et spaciosū nārio sublevata
micās meritis illustrās exēplis O q̄sqis
te intelligis in huius seculi pfluuio, ma
gis inē procellas et tēpestates fluctuare
q̄ p terrā ambulare Ne auertas oculos
a fulgore huius sideris si nō vis obrui
procellis, si insurgāt venti teptacōnū
si incurras scopulos tribulacōnū, re
spice stellā, voca mariā, si iactaris
supbie vndis, si ambicōis, si detraccōis
si emulacōis, respice stellā voca mariā
si iracūdia aut auaricia aut carnis
illecebra nauiculā cōcusserit mētis re
spice ad mariā, si criminū imanitatē
turbatus, cōsciē feditatē confusus
iudicij horrore pterritus, baratro īnci
piās absorberi tristicie, despacōis abis
so, cogita mariā in picul̄is, in an
gustijs, in rebus dubijs mariā cogita
mariā inuoca, nō recedat ab ore nō a
corde, et vt impetres eius oronis
suffragiū ne deseras cōūsiōis exēplū
Ipam sequens nō devias, ipam
cogitās nō desperas, ipam cogitās
nō erras ipa tenēte nō corruis, ipa
ptegēte nō metuis, ipa duce nō fa
tigaris, ipa duce ppicia ad gliam
puenis, et sic in temetipo experiēs
q̄ merito dictū sit nomē v̄ginis ma
ria Patz ergo quō singlarit demr̄at ppt
ista privilegia ppt ista fastigia ppt

stus excellencias singulares et pro-
gnitivas speciales. Et quia sicut dicit
Ieronimus in sermone de assumptione Nullus
sufficit ad eam laudandam dicit sic Nam
nos tantilli quid actione pusilli in eius
laudibus referemus cum si omnia nostra
membra vertentur in linguas eam lau-
dare sufficeret nullus. Altior enim celo
est de qua loqui nitimur abisso profun-
dior cui laudes dicere conamur. Si ce-
lum inquit te vocem altior es, si matrem
generationum predicas. Si formam dei te ap-
pellem digna existis. Si dominam an-
gelorum per cuncta esse probaris. Quid ergo
digne de te dicam. Tandem de primo
membro transeo et venio ad secundum con-
vertendo magis sermonem ad mores.
Dico 2o quod virgo benedicta suaviter
odoratur propter florem munditie virginalis
quod flos. Ad beatam purissimam candi-
dissimam suavissimam. Et videte dicitur
quod in scriptura sacra quantum ad presens spe-
ctat lego quintuplicem florem
florem deserendum
florem contempnendum
florem assumendum
florem appetendum
florem prosequendum
Flos deserendus est flos prave delectationis qui crescit in orto concupiscentie
Flos contempnendus est flos mundane con-
gratulationis qui crescit in orto fortune
Flos assumendus est flos meritorie
operationis qui crescit in campo gratie
Flos prosequendus est flos vite redemptionis
qui crevit in utero femine
Flos appetendus est flos eterne remu-
nerationis qui crescit in orto glorie
Dico ergo primo quod est flos deserendus
scilicet flos prave delectationis qui crescit
in orto concupiscentie sive gaudie car-
nis sive superbie vite. Unde de flore

concupiscentie carnis dicitur Sap. 2. di-
cebant impii apud se cogitantes non
recte. Et sequitur Nullum pratum sit quod non
pertranseat luxuria nostra. Et sequitur Co-
ronemus nos rosis antequam marcescant
ne pertranseat nos flos temporis. Et
iste flos est valde vilis et fetidus.
Et super omnes in personis ecclesiasticis
tanto sit maioris infamie et tenacioris
adhesionis. deserendus. Quia sicut
dicit Gregorius in moralibus Ex quo
luxuria mentem hominis semel occupa-
uit, vix eam bona desideria cogi-
tare permittit. Quia enim viscerosa hominis
mundi desideria, quia ex suggestione
oritur cogitatio, ex cogitatione affectio
ex affectione delectatio, ex delectatione
consensus, ex consensu operatio, ex
operatione consuetudo, ex consuetudine
desperatio, ex desperatione peccati defensio
ex peccati defensione gloriatio, ex gloriatione
dampnatio. De isto flore dicitur Ier. 48.
Date florem Moab quia florens egre-
dietur et civitates eius deserte erunt
et inhabitabiles. Et hec deserte ab om-
ni bono. Unde eam describens Ieronimus
in quadam epistola dicit sic Ignis
infernalis luxuria, cuius materia gula
cuius flamma superbia, cuius scintille
prava colloquia, cuius fumus infamia
cuius cinis inopia, cuius finis gehenna.
Crescit etiam iste flos quandoque in orto
superbie, quia quanto in altum erigitur
tanto ad modicum flatum cadit. Unde
de isto flore dicitur Ysa. 28. Ve corone sup-
erbie Effraym flori decidenti. Iste
flos fecit cadere primum angelum de paradiso
et primum hominem. Primum enim angelum
fecit cadere ambitio excellentie et potestatis
Unde dicebat Ysa. 14. Ascendam in
celum super astra celi exaltabo solium
meum et similis ero altissimo. Sed primos

parietes fecit eadem cupido noxie sciencie
et curiositatis volebat enim esse sicut
dii scientes bonum et malum Gen. 3.
Unde Bernhardus in quodam sermone qui est
de v[ir]g[in]e dicit sic Potestatis ambicio an-
gelum felicitate privavit angelica
et sciencie appetitus hominem inmor-
talitatis privavit gloria spoliavit
Et est dubium quod multi hodie per se do-
lor cadunt propter istum florem / multi
propter ambicionem excellencie et potestatis
Currit enim quilibet hodie qui seculi
bus explorator / auctores honorat / vni-
versis inclinat / sequitur. obsequitur.
sic quo tandem se ingerere valeat
in prionijs crucifixi Unde Bernhardus
in predicto sermone de assumpcione dicit
sic Pauci euadunt quibus non do-
minandi libido dominatur / Hic est
qui benefici vocatur qui potestatem habet
Hic est qui laudatur peccator in desidte-
rijs anime sue / potentibus suis os
adulatur / invidet os Sed que sequi-
mini miseri homines / an non vide-
tis sathanam tamquam fulgur de celo
cadentem Mons iste est mons in
quem ascendit angelus et dyabolus
factus est Multos etiam facit eadem
ad similitudinem priorum parentum cu-
pido noxie sciencie et curiositatis ho-
die enim multi querunt et docent et dicunt
magis curiosa quam fructuosa / subti-
lia quam vtilia nova quam vera / inscla-
ria quam edificatiua / humana quam diuina
contra illud quod dicitur Eccli. 3. In superva-
cuis rebus noli scrutari multipliciter
et in pluribus operibus eius non eris
curiosus Et Seneca in quadam epistola
dicit sic Si multum superesset etatis
parce dispensandum erat ut sufficeret
necessarijs nunc Quanta dementia est super-
vacua discere in tanta temporis egestate

propter hoc dicit Sapiens Prov. 23. pru-
dencie tue pone modum Unde Bernhardus
super Cantica per totum illud Apostoli. 1. ad
Thim. 8. Si quis estimat se aliquid
scire nondum cognovit quomodo oporteat eum
scire dicit sic Vides quod non approbat
multum scientem si modum sciendi nesciuit
Vides quo fructum et vtilitatem in
modo sciendi constituerit Quid ergo dicit
Ipsi ut scias quo ordine. quo studio.
quo fine. vnumquodque oporteat nosse
Quo ordine / ut illud prius quod maturi-
us monet ad salutem Quo studio ut
illud ardencius quo vehemencius ad
amorem Quo fine / ut non ad vanam
gloriam et ostentacionem sed ad tuam et aliorum
salutem Ut dicat quilibet doctor illud
Ysa. 48. Ego dominus docens te vtilia
Est ergo iste flos superbie flos decidens
Sicut hic apparet Dan. 4. de illo na-
buchodonosor qui dicebat Ego nabuchodonosor
quietus eram in domo mea et florens
in palacio meo Et tunc sequitur ibi / quod
ab hominibus proiectus est et cum feris
fuit habitacio sua etc. Secundus flos
est flos contempnendus scilicet flos humane mun-
dane congratulacionis qui crescit in agro
fortune Et iste duplex Unus temporalis
prosperitatis Alius corporalis speciositatis
et vterque contempnendus est / et quia parum
durat et quia frequenter ad malum incli-
nat Unde de temporali prosperitate dicitur Eccli. 10.
Omnis potentatus vita brevis Et
ratio est Quia sicut dicit Apostolus ad
Ro. 12. Qui preest in sollicitudine Et
Gregorius in moralibus exponens illud Job
26. Gigantes gemunt sub aquis / Quia
ille qui inhiat vita assequi honores
cupiunt. sub ponderibus populorum gemunt
Nam quanto quis alcius erigitur tanto
curis grauioribus curuatur / eisque
ipsis populis. mente et cogitacione suppo-
nitur quibus supponitur dignitate

Nota

Prosperitas temporalis

no

diuicie

Ideo Sap. 5. d. Diuicias iactancia
quid contulit nobis transierunt enim hec
omnia velut vmbra Bene enim diui-
cie comparantur vmbre Quia sic q
fugit solem ante se fugit vmbra retro
et eq Sic q fugit deum poculis fugit
vmbram retro puta diuicias, nisi quantum
sufficiunt nature ad sustentacionem, non autem
ociosos et inordinatos affectus Et in
ps. diuicie si affluant nolite cor ap-
ponere Quod preceptum difficile est quod Mt. 6.
d. Vbi est thesaurus tuus ibi est et cor
tuum Et Apostolus dicit .j. ad Thim. 6.
Qui volunt diuites fieri incidunt in
laqueum dyaboli et desideria multa et
inutilia et nociua que mergunt ho-
minem in interitum et perdicionem Radix
enim malorum est cupiditas Tercio ergo
quod iste flos temporalis prosperitatis contemp-
nendus est et quia parum durat et ad
malum inclinat Et eodem modo flos

pulcritudo corporis

corporalis speciositatis Unde ysa. 40.
Omnis caro fenum et omnis gloria eius
quasi flos feni Super quo verbo dicit
glosa Fenum nascendo habet nitorem, cre-
scendo decorem deinde florem, tandem
ardore solis siccatum redigitur in
puluerem Sic homo per etatum succes-
sionem amittit decorem et cadit in mor-
tem et in puericia nitet, in iuventute
floret in senio marcescit, et in mor-
te decidit Et sic transit Unde Job Homo
sicut fenum dies eius fu tanquam flos
agri sic efflorebit quoniam spiritus pertran-
sibit in illo et non subsistet etc.
Tercius flos est flos assumendus qui
est flos meritorie operacionis qui crescat in
campo gracie Nulla operacio est meri-
toria vite eterne nisi operans sit in gracia
Dicat videtis ad sensum quod domus stra-
ta floribus placet amantibus Sic deo

anima nos diuinitus amabilis placet
anima meritoriis operacionibus adorna-
ta Ideo dicebat Eccl. 39. Flore-
te flores quasi lilium et date odorem
et frondete in graciam Et videte
quod mirabiliter loquitur Cum enim arbor
floreat non est mirum, sed quia flos flo-
reat mirum videtur Et tamen in spiritu-
alibus mirum non est, sed notorium est
Ecclesia enim incomparabiliter ad lapsos
flores sunt quos elegit deus in
populum peculiarem ut ad modum apum
flores colligat ad mellis confectionem
Et sicut flos habet dulcorem. candorem
ruborem odorem decorem effi-
caciam seu valorem Sic clerici
prolapsis habent | virtuosa opera
dulcorem in allocucione | cione vite
candorem in consciencie puritate | merito sunt
ruborem ex dilectione | flores illi
odorem in fama et bona opinione | de quibus
decorem in conuersacione | dicitur
efficaciam seu valorem in | Cant. 6.
Flores fructus parturiunt Iste ergo
floribus dicat sapiens florete
videtis ad sensum quod flores suo colore
spiritualia demonstrant, sua folia ad solis
radium aperiunt Suo odore aera
perfundunt Suo vigore oculos confortant
Sic ergo flores .i. persone ecclesiastice
floret, qui mundum venustat per ex-
cellenciam meritorum, qui voluntatem
suam deo aperiunt ad obedienciam man-
datorum Sic homines perfundunt per
euidenciam bonorum exemplorum Et
oculos reficiunt per doctrinam sanorum
documentorum ysa. 27. Florebit
et germinabit israel, et implebunt
faciem orbis semine Flos vltra
condiciones quas dixi supra habet Tenui-
tate teneritate lenitate Florem

c d

Quilibet tenuius cum astringitur
quilibet tenelius cum teritur
quilibet lenius cum portatur et geritur Ergo
flores nostri in persone ecclesiastice floreat
cum habent pro contemptum et
tenuitatem mundi desspectionem
teneritatem per mansuetudinem et iniuriarum remissionem
levitatem per mandatorum ad impleacionem
ysa. 27. Florebit quasi lilium Et nota
domine quod licet scriptura papiat quod
floreamus, tamen spaliter papit quod
floreamus quasi lilium Lilium ergo habet
granam auream et sex folia que con-
servat grana illa Et integrum re-
dolet sed manibus confricatum fetet
Et ideo signat castitatem que deo et
hominibus redolet si maneat illi-
bata, sed fetet si fuerit per incontinenciam
violata Tunc habet sex folia per quam
conservatur victus sobrius, et ideo
Primum est vini corrumpitur per ebrietatem
Sicut patuit de loth Gen. 19.
Secundum est solum ociositas, et ideo cor-
rumpitur per ociositate Ecc. 33. Mul-
tam maliciam docuit ociositas Et Eze.
16. Ecce hec fuit iniquitas Sodo-
me. saturitas panis et habundancia et ocium
Tercium solum est cultus seu vestitus as-
peritas Quia sicut dicit Augustinus Cir-
ca mollibus ita spiritus ducis nu-
tritur Hac blanda alliciunt, hec
aspera extent Et ideo Johannes voluit
eam servare Ideo erat vestitus pilis ca-
melorum et zona pellicea circa lum-
bos eius Sicut dicitur Mt. 3. Apostolus
ad gal. ultimo Qui seminat in car-
ne de carne et metet corrupcionem
Quartum solum est cubicio sollitudinis a ideo pedi-
tur per impedicionem aspectum Sicut habetur
patuit de david 2. Reg. xi. Unde Ecc. 9.
Averte faciem tuam a muliere compta et
ne circumspicias faciem alienam propter spe-

ciem mulieris multi perierunt, et exhac
concupiscencia quasi ignis exardescat
Quintum solum est sermonis raritas Corrum-
punt enim bonos mores colloquia prava Sicut
dicit Apostolus 1. ad Cor. 15. tunitatis
Sextum solum est vitacio opportunitatis et loci et
persone et temporis opportunitas enim frequenter
facit peccare Sicut habetur apparuit de
Amon qui corrupit Thamar sororem
suam cum esset simul in conclavi Ut patet 2. Reg. 13.
Unde istis 6. foliis dicit Crisostomus super
Mt. Hec sunt que incorrupta servant ca-
stitatem Sobrietatis victus, asperitatis
cultus, ociositas, inhibicio sollitudinis, sermo-
nis raritas, vitacio opportunitatis et persone
et loci et temporis Oportet ergo personas
ecclesiasticas quod floreat quasi lilium, quia specialiter
debet florere virtute castitatis Unde Jeronimus
in quadam epistola dicit Quamvis virtute
polleas quibuscumque opibus niteas totum
habes perditum si angulo careas castitatis
Sic ergo debet florere quasi lilium Cant. 2.
Sicut lilium inter spinas Et dicit signanter
inter spinas Est enim lilium spinas aspi-
lilium infra spinas nis pungitur
infra spinas | lilium infra spinas
inter spinas | lilium inter spinas aspis custoditur non pungitur
super spinas | Sed lilium super spinas
asperius nec pungitur nec custoditur
Est ergo lilium infra spinas castitas viola-
lilium inter spinas castitas conservata
Sed lilium super spinas castitas coronata
Sic ergo florete flores quasi lilium Ecclesiastici
Et date odorem Videtis ad sensum quod
ista aromatica dat singulariter odorem
Tunc ex maiori tricione cum magis teritur
Tunc ex maiori desiccacione | Sic er-
Tunc ex maiori diffusione | go perso-
Tunc ex maiori incensione | ne eccle-
Tunc ex maiori elevacione | siastice
Tunc ex meliori composicione | dant o-
Tunc ex maiori apericione | dorem
Cum sit contrita usque ad pulverem per earum humiliacionem

a

Cum sunt desiccati ab humore carnal
concupiscentie prout tamen a caris incorrupti
Cum sunt longe lateque diffusi per pietatem
et compassionem | census per devo
Cum sunt fortiter in | tione | et contempla
Cum sunt multum elevati per ora | tione
Cum sunt recte compositi per honestam conversationem
Cum sunt apti per famam et bonam opinionem
Eccli. xlix. Memoria Iosie in compo
sicione odoris Et Eccli. 39. Quasi li
banus odorem suavitatis habete Et
Eccli. xx. Sicut cynamomum et bal
samum aromatizans odorem dedi quasi mir
ra electa dedi suavitatem odoris Cum persone ec
clesiastice sic sunt florentes et odorife
re tunc imitantur Christum et dicunt quod scribitur
Cant. i. Lectulus meus floridus tigna
domorum nostrarum cedrina laquearia
cypressina Et videte domini quod totus
decor et compositio personarum ecclesiasticarum
consistit in tribus scilicet | Pro p
In virtuosa conversatione religiosorum | sequi
In studiosa gubernatione prelatorum | causa
In graciosa ordinatione clericorum | brevitatis
Propter primum dicitur lectulus meus floridus | Sed quia
Propter 2m tigna domorum nostrarum cedrina | plures
Sed propter 3m laquearia cipressina | ex
nobis qui hic sumus de numero tignorum
Videamus si sumus ligna cedrina
Cedrus habet tres conditiones | valde
Habet proceritatem est enim arbor | alta
Habet virtuositatem quia suo odore fugat serpentes
Habet incorruptibilitatem seu diuturnitatem
Erimus enim ligna cedrina | Sed vi
Si sumus altiores contemplatione et devotione | dete
Si sumus virtuosiores in doctrina et predicatione | quid
Si sumus firmiores in gratia et sancta operatione | dicat
Bernardus contra Simonem ad Eugenium papam ad modum
sunt qui non que sua sunt querunt ex omnibus
autem eius Omnes diligunt munera
nec possunt ~~munera~~ Christum diligere quia

Christum

b

manus suas mamone iam dede
runt Intuere quo incedunt nitidi
ornati circumamicti varietatibus
tamquam sponsa procedens de thalamo
suo Nonne si quempiam repente emi
nus procedentem aspexeris sponsam
putabis potius quam sponse custodem
Unde non habent illis exuberantie estimas
rerum ~~hmidumia~~ affluentiam / ve
stium splendorem / mense luxurie / conge
riem vasorum argenteorum et aureorum
nisi de bonis sponse Unde est quod
illa paupera inops et nuda relinquitur
tur facie miseranda inculta hispi
da exsanguis Propter hoc non est
hoc ornare sponsam sed spoliare / non
est custodire sed perdere / non est defensare
sed exponere / non est instruere sed prosti
tuere Non est pascere gregem sed ma
ctare et devorare / dicente de illis domino
Qui devorant plebem meam ut
cibum panis Et quia comederunt Ia
cob et locum eius desolaverunt Et
in alio propheta Peccata populi mei
comedunt / quasi dicat / Peccatorum pec-ca
exigunt et peccatoribus debitam sol
licitudinem non impendunt Quis enim
dabit michi de nostris prepositorum
qui non plus vigilet subditorum eva
cuandis marsubiis quam viciis extir
pandis Ubi qui orando fleat ubi
qui predicet annum placabilem domino
Et subdit / O utinam tam vigiles
reperiantur ad curam sicut alacres
currunt ad cathedram vigilarent
utique et non sinerent de se dici Amici
mei et proximi mei adversum me
appropinquaverunt et steterunt Tercio dico
quod est flos assumendus flos scilicet me
ritorie operationis quod crescit in campo
gratie qui est flos illesus Non enim

seditur nebula inanis glie / nec
flatu reacndie / nec estu concupie
nec gelu arcedie ¶ Dico quito qd e
flos appetendus q e flos eterne re
muneracionis q cessat in orto glie
Et iste flos e bene appetendus qubi e
Intuitus contusse pulcritudinis pt
Amplexus summe dulcedinis iustus
Repulsus ons inquietudinis ger
Obtentus eterne beatitudinis mina
bit si. lili. et flo. inet. an domi
¶ Dico 6o qd e flos psequendus q
est flos nre redempcionis q aquit
in orto femine / et iste flos e xpus
virginis filius et e virgo bndicta
et vterqz flos ~ vt dicere
Germinauit in conceptione illud ps
Apparuit in natiuitate Refflo
Flanguit in passione ruit ca
Qz refloruit xpus in resurrectione ro mea
Virgo in sua assumptione Quod at
ipsa pt dici flos Rose. viole. lilij
Vinee z sic de alijs floribus causa breuitatis
omitto ¶ Cano et vltimo dico qd
virgo bndictissima imploat vtilr
ppt auxiliu beneficentie gnalis qr
flos campi Videt assim qd e
flos in thalamo / flos in orto / flos
in campo Et e dicu qr flos in tha
lamo e illatus no tn inatus Sz flos
in orto et si inatus no tn omnibus
expositus Flos aut in capo e oibz
expositus Flos eciam in orto cresat
hominu artificio et labore Sz flos in
campo sponte Merito ergo virgo bndi
ctissima q nata e tota florida an
sui natiuitate ab origínali sanctificata
que est omnibus exposita iustis
peccatoribus sapientibus et insipientibus
que sola post xpum cultura prius no
indiguit qr sine omni peccato fuit

Flos campi dr no solu calami seu
orti si flos campi imploratur vtilr
ppt auxiliu beneficentie gnalis Vn
Bernhardus in quadam sermone Ille solus
o virgo beata sileat laudes tuas q te
fideliter inuocatam senserit 6i vnqm in
suis necessitatibus defuisse Nec mirum
si vocata ades que eciam no vocata
presto es Ideo dr in ps Inuenimus
eam in campis silue Vnde dicebat
Ecc. 24 Ergo qsi oliua speciosa in campis
Vnde dicat 61 in ps Campi tui re
plebuntur vbertate Dicamus ergo ista
flori sic gnalr exposito qd dicit
Bernhardus in sermone suo et e satis deuota
oracio Inuetrix gracie / genitrix vite
nre salutis / per te suscipiat nos / q per te
datus e nobis Excuset apud ipm
integritas tua culpam nre corruptionis
et humilitas graciosa nre veniam impe
tret ~~vanitat~~ vanitatis / copiosa cari
tas tua nrorum cooperiat multitudinem
peccatorum et cetera sicut in sermone de assumptione

Omnis Sermo in festo
Omnium sanctorum
Omnis multitudo sanctorum e et in ipsis eius Cinitas
16 Ciuitas que no recipit aliquid
inquinatu aut inmundu sz omnem multi
tudinem que in ipsa est sancta et mun
dam Ciuitas huius mundi recipit
et mundu et inmundu / bonu et malu
sanctu et inquinatu Vnde mundus est
Ager q continet triticu et zizania ~
Sagena que continet pisces bonos et
malos Sicut declarat Saluator Mt 13
In mo qnqz exaltat magis malos qm bo
nos Ecc. 8. Vidi impios qbus mala
puenerunt qsi opa egerint impiorum
et sunt impij q ita securi sunt qsi iustorum
facta habeant Sz no e mirandu qr in
ps dr Vidi impiu superexaltatu etc
Et Crisostomus No miremur si mali mihi

bi

a

mudo et vos patimini mali nichil
huit in celo / et vos nichil habetis in
mundo / si spe illius boni ad quod tendit
quicquid in via contigerit gaude debet
In mundo enim sicut dicit Bernhardus in
quodam sermone est malicie plenum / sa
piencie modicum / ubi omnia viscosa
omnia lubrica / omnia operta tenebris et
obsessa laqueis / ubique periclitantur anime
et affliguntur corpora ubi omnia va
nitas et afflictio spiritus Et beatus
Augustinus in libro suo intitulato specu
lum vel manuale in capitulo de vita eterna
dicit sic Vitam adesinat et consumato
finiatur vita ista / vita dubia / vita
ceca / vita erumpnosa / quam honores
tumidant / dolores exterminant ardo
res exsiccant / aera morbidant / esce
inflant / ieiunia macerant / ioci sol
uunt tristicie consumunt / sollicitudo co
artat / divicie iactant / paupertas deicit /
servitus ebetat / iuventus extollit /
senectus incurvat / infirmitas frangit /
meror deprimit / et post hec omnia mors
interimit / universis gaudiis sine ipo
nes conta adesse desierit nec fuisse
putentur .i. Joh. 2. Transit mundus
et concupiscencia eius / Dz civitas ce
lestis illa regio paradisi non recepit ali
quid inquinatum immundum aut malum
unde non recipit zizania sed triticum
non edos sed agnos Mt. 17. Unde ad
licarum Apoc. 12. dicitur Nec intrabit in ea
aliquid coinquinatum et faciens ab ho
minacione et mendacium Ergo omnis
multitudo que ibi est sancta est Et quia de
illa tali multitudine hodie celebra
mus ideo merito dicere possumus verba
thematis prescripta Omnis multitudo
sanctorum est etc. Unde Augustinus in dicto libro i. c.
dicit sic Civitas dia que treno resoluta

arcte / celum petit libera / que beatis ca
admixta spiritibus maiestati tue ca
assistit / que te incircumscriptum lumine
cernit / que nullo metu vel mortis vel
hostis afficit / que incorruptibilis
perpetue munere letatur O vita vi
talis dulcis et amabilis et semper
inmemorabilis ubi non est hostis impu
gnans ubi nulla illecebra sed summa
et certa securitas et secura tranquilli
tas / et tranquilla iocunditas / et io
cunda felicitas / et felix eternitas
et eterna beatitudo / et beata trinitas sine
fine laudacio et visio deus Et subdit
ubi illi angelorum ympnidici chori
et supernorum civium societas / ubi
dulcis sollempnitas / ubi prudens prophetarum
rex chori ubi iudex apostolorum numerus
ubi innumerabilium martirum victor exer
citus ubi confessorum constancia primi
sui percepcione consolata ubi fideles
viri quos a virilitatis sue robore
voluptas huius seculi emolliri non
potuit ubi sancte puelle mulieres que
ad sexum pueri sexum vicerunt ubi pu
eri qui dum essent in carne annos
suos moribus transcenderunt ubi se
nes quos etas debiles reddidit
virtus boni operis non reliquit Horum
omnium sancta frequencia et tue insti
tuende pulcritudinis mensura
sine fine leticia fac me domine deus toto
corde intendere / velud carere felicitate
pervenire Ergo merito de hac sollemp
nitate dicere possumus Omnis multitudo
sanctorum est et in ipsis est dominus Ubi
tangitur quatuor que reddunt festum aliquod
valde solempne scilicet
Numerositas sanctorum
Dignitas ipsorum
Securitas possessorum
Multiplicitas et suavitas sanctorum

modo in isto festo est

Introductio thematis

c

Homi et angelorum inmortalitas inenarrabilis Omnium multitudo sanctorum dignitas incomparabilis torum possessorum securitas inamissibilis est
Gaudiorum perpetuorum felicitas inexplicabilis. et in ipsis est dominus Unde quod festum
Gloriosum ex multitudine assistencium omnium multitudo
Gaudiosum excelsitudine gubernancium sanctorum
Graciosum excelsitudine regnancium est
Gloriosum ex dulcedine refficiencium et saciancium et in ipsis est dominus
Propter defectum primi non fuit plena solempnitas de qua dicitur luc. 14 homo quidam fecit cenam magnam. Sed non potuit eam intrare
Propter defectum secundi illa de qua dicitur math. 22. ubi aderat iste qui non habebat vestem nupcialem
Propter defectum tercii illa filiorum Job Job. 1. quia corruit domus super eos
Propter defectum quarti illa de qua luc. 11. Amicus meus venit ad me et non habeo quid ponam ante eum Sed illa videtur esse figura istius de quo legitur Hest. 1. quod Assuerus fecit grande convivium principibus et pueris suis, fortissimis persarum et medorum inclitis et prefectis provinciarum coram se ut ostenderet divicias glorie sue et regni sui magnitudinem per septem dies etc. Et per istos intelligantur patriarche et prophete Apostoli martires Confessores virgines Applica Modo de istis dicitur Apok. 19. Beati qui vocati sunt ad cenam nupciarum agni etc. ¶ dico ergo primo etc. De angelis enim dicitur Daniel 7. Milia milium ministrabant ei et decies centena milia assistebant ei Et in Job dicitur Numquid est numerus militum eius De hominibus dicit Jeronimus in quadam epistola quod non est dies in anno quin non sit collectus plus quam quinque milibus martirum

d

excepto primo die Januarii Sed Apok. 7. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat etc. amicti stolis et palme in manibus eorum Et sequitur Hii qui amicti sunt stolis albis qui sunt et unde venerunt Et sequitur Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione etc. Primum sic dicit Augustinus Venale habeo quidem regnum celorum, quod emit paupertas regnum, labore requies, dolore gaudium morte vita Sequitur, laverunt stolas suas et ideo dicuntur sancti sanguine tincti, ideo sunt ante thronum dei etc. Circa multitudinem Augustinus 22. de ci. dei Ibi quicquid desiderabitur aderit etc. Et sequitur Et qui sedet in throno habitat super illos etc. Ipse enim erat dominus illorum in perpetuum Tercium sic dicit Augustinus 22. de ci. dei Ipse erit unde saciatur Ipse erit quicquid ab hominibus honeste desideratur et vita et salus et virtus et gloria et copia et honor et pax et omnia bona Ipse erit finis desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigacione laudabitur Apok. 19. laudem dicite deo nostro omnes sancti eius etc. Prima
ergo huius solempnitatis magnitudo ex
Senilitudine assistencium
Excelsitudine gubernancium
Rectitudine regnancium
Ex dulcedine saciancium
Festinemus igitur karissimi sicut dicit Apostolus ad Heb. 4. ingredi in illam requiem Bernhardus Festinemus ut habitemus sine metu, habundemus sine defectu, epulemur sine fastidio Et Augustinus Illuc festinate ubi semper vivatur, si enim tantum diligitis istam miseram fluidam sed vitam, ubi cum tanto labore vivitur ubi vix currendo satagendo suadendo suspirando necessitatibus corporis satisfacitur, quanto magis amare debetis vitam eternam ubi, nullum laborem sustinebitis ubi semper summa securitas summa felicitas, felix libertas, felix

beatitudo Ibi erunt homines simi-
les angelis et fulgebunt sicut sol etc.
Ideo dicit Apostolus ad ephe. 3. In cari-
tate radicati et fundati ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis. Dico
primo etc. Caritas enim diuidit inter fi-
lios regni et filios perdicionis. Unde non
habet aliquid viriditatis ramus boni
operis nisi maneat in radice caritatis
Cant. 3. Ascensum purpureum media
caritate constrauit. Ad Col. 3. Induite
vos sicut electi dei sancti viscera misericordie
benignitatem humilitatem modestiam pa-
cienciam donantes inuicem si quis ad-
uersus aliquem habet querelam sicut et
Christus donauit vobis. Super omnia autem
hec caritatem habete quod est vinculum
perfectionis et pax Christi exultet in cor-
dibus vestris pax Christi. Nota quod rex
philippus egressurus ad ottonem impera-
torem et alios confidentes egressus est
quia arguit pacem Christi non esse ad alios
et esse cum ipso. Unde dixit sicut
habetur in speculo historiali li. 13. c. 11.
Cum inquit anno sub a domino papa
excommunicatus est / hostes et destructores
ecclesie sunt / et pecunia que illis in sti-
pendia ministratur de lacrimis pauperum
et ecclesiarum acquisita est. Nos autem
christiani sumus in communione patris sancte
ecclesie fructes quamuis peccatores tamen ecclesie
dei consentimus, et clerum pro posse nostro
libertates defendimus. Unde de dei
misericordia fiducialiter debemus presumere
quia nobis licet peccatoribus dabit de
nostris et dei hostibus triumphare
sicut et fecit. Nota caritas ergo est ma-
gis venenum secundum Augustinum est cupidi-
tas. Math. 24. Quoniam superhundauit ini-
quitas refrigescet caritas. Et in ista de-

bemus esse radicati et fundati
ne cadat ad omnem uentum. Sicut
arbor male radicata et fundata.
Applica. Dico 2° etc. ut possitis
comprehendere. Apprehensio est boni fi-
niti comprehensio est boni infiniti i.
ad Cor. 9. Sic currite ut comprehen-
datis. Debet enim qui vult predam istam
comprehendere currere velociter persequentes
Sicut enim accipit brauium i. perse-
ueras Canis nobilis pro sectu-
rarum si ostensum per predam nec
ipsum dimittit licet multis aliis
obuiet. Cant. 1. Trahe me post te
curremus in odore unguentorum
tuorum. Sed aliqui non senciunt istum
odorem et ideo non currunt post istam
predam sed remanet uel cadauere
in luto in via. Non sic Apostolus qui di-
cebat Ad phil. 3. Sequor si quo-
modo comprehendam et sequitur Que retro
sunt obliuiscens ad ea que sunt priora
me ipsum extendens ad destinatum
persequor brauium eterne vocationis
Nec mirum quia sicut dicit Gregorius
in omel. Si consideremus que et
quanta nobis promittuntur in celis
vilescunt animo que habentur in terris.
Aliqui videntur non sperare aliam
vitam / et tamen dicit Apostolus 1 ad Cor.
15. Si tantum in hac vita etc. Sed bo-
ni sequuntur usque comprehendant
Job 11. Vestigia dei comprehendes
et usque ad perfectum reperies. Dico
3° etc. quar aest laxre que
dom doit molt amer estre en
societate tali ubi cum sanctis In ps.
Cum sanctis suis etc. Nota quod nullus
debet diffidere quantumcumque peccauerit quia
ibi latro etc. Regnum celorum vim
patitur etc. Et in alio ps. Ad quid

c

congregabit Ut sicut dicitur in
collecta. Due propiciationis habun-
dancia multiplicatis intercessoribus
largiaris. Apok. 8. Data sunt ei
incensa multa ut daret de orationibus
orationibus sanctorum omnium super altare au-
reum quod est ante thronum dei et
ascendit fumus incensorum de oratio-
nibus sanctorum et de manu angeli
in conspectu dei. Ad hoc ergo congrega-
tur. In psalmo Gloria hec est omnibus
sanctis eius. De qua gloria loquitur
Augustinus in libro suo de simbolo contra iu-
deos et paganos dicens sic. Vide-
mus illuc fratres mei ubi videbi-
mus quod oculus hominis non vidit, ibi
audiemus quod homo auris non audivit
ubi intelligemus quod cor hominis
hic comprehendere non valebit, videte
fratres quibus exultationibus venarrari
gaudio. Et quale gaudium erit ubi
nullus tiror erit, quale gaudium
erit cum te videris sociatum angelorum
participem regni celorum, regnare
cum rege nichil concupiscendo, omnia
possidere sine avaricia, dominare sine super-
bia, administrare sine assessore, iudi-
care sine metu barbarorum, regnare
sine morte. Ista cena vincterum. In
libro suo qui dicitur manuale dicit sic. Fe-
lix anima est sicut supra ante distinctionem.
Ad quam gloriam nos perducat qui est bene-
dictus in secula seculorum amen. In mag-
nis sermonibus ponatur ista auctoritas loco
alterius, que ponatur in fine Augustinus
in libro suo de simbolo contra iudeos et
paganos de dictis istius vite et illius
dicit sic. Quantum interest inter infelici-
tatem et illam debemus nosse. Caritas mea hic
falsitas ibi veritas, hic perturbato il-
lic fida possessio, hic pessima adver-
tudo illic sempiterna dilectio. Hic

d

periculosa elatio illic secura exultatio.
Hic timetur ne qui erat amicus effici-
tur subito inimicus, illic semper manet
amicus quia illic nullus admittitur
inimicus. Hic quicquid est bonum timetur
ne pereat, illic quicquid acceperis servabitur
ab illo qui fecit ut nunc eam tu sentias, et
quod acceperis non amittis. Hic mores
alii vita. Hic omnia que creavit deus
illic ipse pro omnibus et in omnibus deus. Deo gratias.

Sufficit. Sermo in festo omnium
Sat vobis omnibus sanctorum
multitudo sanctorum est et cum
ipsis est deus. Num. 16. Apostolus dicit 2a
ad Corinthios 3o quod ad beatitudinem seu felicitatem
requiritur propter sufficientia. Et ratio satis est
clara. Quia beatus habet omne quod vult
Unde Beatus quicquid voluerit adest. Et
quod noluerit ad notum abest. Talis autem
hec sufficientia. Ergo ad beatitudinem requiritur
sufficientia. In psalmo Beatus quem elegisti et
assumpsisti habitabit in atriis tuis. Re-
plebimur in bonis domus tue. Modo
videtur nobis quod ad hoc quod habeatur
sufficientia faciunt specialiter tria

Grata societas | Amabilem eam reficiunt
Verax iocunditas | Homo conspicandum grata
Plena securitas | et amabile. Unde dice-

bat ille Seneca quod nullus boni sine
socio est grata possessio iocunda. Et propterea hec
Eccl. 4. dicitur melius est esse duos quam unum
habent enim emolumentum societatis sue.
Credo gaudium veri comprehendabile, non
est oblectamentum super cordis gaudium
Sicut dicitur Eccli. 30. Et Salvator dice-
bat Ioh. 17. Gaudium meum in vobis
sit et gaudium vestrum impleatur. Et
tercio reficit penitus plenum et delectabile.
Ideo dicit propheta in psalmo Saciabor cum
apparuerit gloria tua. Et apostolus ad
Phil. 3. Que retro sunt obliviscens
ad ea que sunt priora extendens meipsum

ad destinatam prosequor beatam sup-
ne vocacionis / Quodo videatur nobis
quod in illa eterna beatitudine in illa ce-
lesti gloria vbi omnes sancti habitant sine me-
tu habundant sine defectu / epulantur
sine fastidio / sicut clarissime ista tria
dicit sanctus innuunt verba thematis passim supposita /

divisio Thematis

Est enim ibi concio valde nobilis
summe claritudinis pulcritudinis et amoris / concio multitudo
Est ibi regio valde delectabilis summe
plenitudinis summe quietudinis et dulcoris / solatoris /
Est ibi possessio valde fertilis summe am-
plitudinis summe beatitudinis et honoris
/ et cum ipsis est dominus / Primo quidem
est ibi concio valde nobilis summe claritu-
dinis summe pulcritudinis et amoris
omnis multitudo Gloria enim hec est omnibus
sanctis eius Dicit David in psalmo Et dicit
signanter, gloria hec est omnibus sanctis
eius / quia illa celestis beatitudo est gau-
dium et gloriam / quia gloria excludit omne
tedium et deficienciam quam habet presens vita
Et io dicit, hec est, non transit sed ma-
net / habet gaudium consortium et complacen-
ciam cum omnibus sanctis eius / Unde sancta
tamen ibidem sequitur, cum primus omnibus
sanctis eius filiis israel populo appropinquanti
sibi / Et quod haec per ordinem ista tria loquitur
Augustinus valde pulcre in libro qui dicitur spe-
culum vel manuale c. 30. qui intitula-
tur de vita eterna dicens sic / Felix anima
que terreno resoluta carcere libera
celum petit / que beatis iam admixta spiri-
tibus maiestati tue assistit / que eter-
ni temporis lumine ditatur / que nullo me-
tu vel mortis vel hostis afficitur / que
in incorrupcionis munere letatur / O
vita vitalis dilecta et amabilis et
semper memorabilis vbi non est ho-
stis impugnans / vbi nulla illecebra
sed summa et certa securitas et secura tran-
quillitas / et tranquilla iocunditas / et

iocunda felicitas / et felix eternitas
et eterna beatitudo / et beata cum sine
fine visio atque laudacio dei vt
hoc ei succedat / et mortale hoc
induatur immortalitate Utinam de-
sinat et cito finiatur vita ista / vita
dubia / vita ceca / vita erumpnosa
quam humores tumidant / dolores
extenuant / ardores exsiccant / aer
morbidat / esce inflant / ieiunia
macerant / ioci solvunt / tristicie con-
sumunt / sollicitudo coartat / securitas
hebetat / et divicie iactant / paupertas
deicit / iuventus extollit / se-
nectus incurvat / infirmitas frangit /
meror deprimit / et post haec omnia mors
interimit vniversis gaudiis finem
imponens / ita ut cum desierit esse
nec fuisse putetur / Jam itaque
adveniat domine adveniat obsecro
regnum illud carens morte / carens
fine / cui nulla tempora succe-
dunt per evum / vbi continuus sine no-
cte dies / Ubi illi angelorum ympni-
dici chori / supernorum civium concentus /
Ubi dulcis sollempnitas / a peregrinacione
huius iste laborem redeuntium vbi providi
prophetarum chori / vbi index apostolorum
numerus / vbi innumerabilium martirum
victor exercitus / similiter confessorum
constancia premiique sui percepcione
consolata / Ubi fideles viri quos
a vilitate sue robore voluptates
huius seculi emollire non potuit et
sancte pie mulieres que cum seculo sexum
vicerunt / Ubi pueri qui cum essent
in carne annos suos moribus transcen-
derunt Atque senes quos etas de-
biles reddidit et virtus boni operis
non reliquit / Ad horum enim sancta
frequenciam et tue inspeccionis pulcri-
tudinis mansuram sine fine leticiam

sit me deus toto corde intendere vi
lit autem, scilicet pervenire. Est ergo
hec concio valde nobilis summe quan
titudinis summe pulcritudinis et ador
nata multitudine. De qua dicitur 2. Par. 6.
Benedixit rex faciem suam et benedixit
universe multitudini Israel, id est vide
nti deum. Unde de hac multitudine
potest accipi quod scribitur Luc. 2. Facta
est cum angelo multitudo militie
celestis laudantium deum et dicentium
Gloria in altissimis deo etc. Et
videte quod in verbis propositis non acci
pitur multitudo sed omnis multitudo
ita quod nomen collectivum accipitur
etiam cum signo universali propter hoc
quod sunt ibi multe multitudines ad
unitatem. multitudo angelorum
Est ibi prima militantium sub signo evi
dentie et claritatis. Angeli enim in
celo semper vident faciem patris. Qualis
autem est ista multitudo dicitur Dan. 7.
Milia milium ministrabant ei et decies
centena milia assistebant ei. multi
Est ibi 2a multitudo patriarcharum tantium
sub signo spei perseverantie et longa
nimitatis. tudo prophetarum multi
Est 3a multitudo tantium sub signo fidei
doctrine et veritatis. militantium sub
Est ibi 4a multitudo apostolorum signo sapien
tie gratie et caritatis. milita
Est ibi 5a multitudo martyrum ntium sub
signo patientie et securitatis. Que multitudo
tanta est quod sicut dicit Jeronimus
non est dies in anno excepto die kalendarum
Januarii qua non triumphos plus
quam quinque milia martyrum est insigni
tus. Unde Job 25. Nunquid est numerus militum eius.
Est ibi 6a multitudo confessorum
militantium sub signo satisfactionis et humilitatis.
Est ibi septima multitudo monachorum
et anachoritarum militantium sub signo

abstinentie penitentie et sobrietatis.
Est ibi octava multitudo virginum milita
ntium sub signo munditie et integritatis.
Et videte domini quod quelibet multitudo
habet suum primicerium et portat arma
diversi coloris, ut in illa celesti urbe
ostendatur anima in vestitu deaurato
circumamicta varietate. Unde Assuerus
qui interpretatur beatitudo in solempni con
vivio quod fecit erant tapetia varii
coloris Hester 1o. michaele primicerium
Angeli enim habent mi et portant arma
coloris aurei. Patriarche habent Adam
vel Abraham primicerium et portant
arma coloris coccinei. Prophete habent
David primicerium et portant arma co
loris celestis sive azurei. Apostoli habent
Petrum primicerium et portant arma
coloris purpurei. Martires habent pri
micerium Stephanum et portant arma
coloris rosei non quarumcumque rosarum sed
rubearum. Confessores habent marti
num parem apostolis et portant arma co
loris violacei. Anachorite et monachi
habent Johannem Johannem baptistam pri
micerium et portant arma coloris ceru
lei qui color est in arcu celesti. Vir
gines habent beatissimam matrem Christi pri
miceriam et portant arma coloris ar
gentei. Non prosequor quia non est dicendum
modo de eis sigillatim sed collective.
Sunt ergo iste octo multitudines in si
gnum quod hodie in evangelio 8 beati
tudines describuntur. In signum etiam huius
omnes sancti collective et cum signo
distributivo in septima acies nominantur.
In psalmo Psallite domino omnes sancti eius.
Et in alio psalmo Diligite dominum omnes
sancti eius. Et in alio Timete dominum
omnes sancti eius. Et in alio Hymnus
omnibus sanctis eius filiis Israel. Et in eodem
Gloria haec est omnibus sanctis eius.
Et ideo ista duo accipio pro uno quia

a

in eod ps° Et in alio ps Orabit ad
te omis sanctus Et ad eph. 3° In ca
ritate radicati et fundati ut possi
tis comphendere cu omibus sactis It
Apoc 8° Et data sut angelo incensa
multa ut daret de oronibus sactorum
om Et Apoc. 20 laudem dicite deo
nro os sancti eius In signum etia
huius portam resurrectio signatur
Beatus aut q ht ptem in resurrectione
pma Dicitur d' Apoc 20 Unde de
hac multitudine audiuistis statim
epla que habetur Apoc a Ubi pq
numerauerat q de qlibet tribu filiorum
isrl erat. 12 milia signati accipie
do nuim determinatu p indetermiato Subdit
Post hec vidi turba magna qua nemo
dinumerare poterat ex omibus gentibus
et tribubus et ppli et linguis sta
tes ante thronu amicti stolis albis
et palme in manibus eoru / De hac
multitudine d' pu. 14 In multitudine
ppli dignitas regis Et 1. Esdre 2
Omnis eni multitudinis e tte quasi
aia vna Et 10 Beatus erat de quo
verificabitur illud Ecc 39 In multitudine
electoru habebit laudem ¶ Dico
2° q ibi e regio valde delectabilis
sume plenitudis sume certitudinis
gaudij et dulcoris / sanctoru est De
hoc loquitur Bnhus sup Cant dicens
O bta regio paradisi o vera regio deli
ciaru ad qua suspiro de valle lac
maru / vbi sapia sine ignorancia vbi
memoria sine oblivione / vbi intellectus
sine errore / vbi racio sine obscuritate
fulgebit Beati q habitat in domo tua
dnie in scla sclorum laudabut te
Et beatus Aug in lo soliloquiorum ait
ad dnm c penltio dicens sic O quando
veniam et apparebo an faciem tua dnie

b

Putasne videbo illa die, diem
inquam iocunditatis et letitie diem
qua fecit dns ut exultemus et
letemur in ea / O dies pclara
nesciens vespera no hens occasum
/ in qua audiam voce laudis / vo
cem confessionis et exultacionis / intra
in gaudium dom dei tui / intra in
gaudium sempiternum / in domum dom
dei tui vbi sut magna et inscru
tabilia et mirabilia quorum no e nus
Intra in gaudium sine tristicia qd
contmet etna leticia / vbi erit oe
bonum et no erit aliqd malu vbi
aderit qcq volueris / vbi erit qcq
volueris / vbi erit vita vitalis / vbi
no erit hostis impugnas nec vlla
illecebra s et cta securitas / secura
tranquillitas / tranquilla iocunditas
iocunda eternitas / etna beatitudo
et bta trinitatis et vnitatis visio
que e gaudium cordis mei / gau
dium sup gaudium / vinces oe gau
dium extra quod no est gaudium
Tam ego intrabo in te vt videam
deum meum q habitat in te Ps / Ad
implebis me leticia cu vultu tuo
delectacios in dextera tua usqz in
finem Et in alio ps Qua magna
multitudo dulcedinis tue dnie
qua abscondisti timentibus te Et
pt h dicebat Apls ad Eph. 1
Pater glie det vobis spm sapie
ut sciatis que diuicie glorie
hereditatis eius in sactis / Sacti
eni eius exultacioe exultabut
in ps Et Dan. a Suscipient re
gnum sacti dei altissimi et obti
nebunt regnum usqz in seculum et
in seclm secli / vbi inebriabuntur
abubertate domus tue, et torrete
voluptatis tue potabis eos etc

c

¶ dico 3º quod ibi est possessio valde fertilis summe amplitudinis summe beatitudinis et honoris / Et ad ipsos est dominus unde dicit Augustinus ubi supra capitulo soliloquiorum 34º dicit sic Felices qui de periculo huius maris educti ad te domine portum tutissimum pervenire meruerunt / O vere felices qui de pellago ad littus de exilio ad patriam optatam iam quiete / beati qui ad bravium illud perpetue glorie hinc quo per multas tribulaciones consequentur iam felici iocunditate adepti letantur in perpetuum / O vere beati o terque quaterque beati qui iam malorum omnium exuti securi iam de immarcessibili sui gloria ad regnum decoris pervenire meruerunt / O regnum eternum regnum omnium seculorum ubi lumen indeficiens et pax domini que exsuperat omnem sensum in quo sanctorum anime requiescunt / et leticia sempiterna super capita eorum / gaudium et leticiam obtinebunt et fugiet dolor et gemitus O quam gloriosum est regnum in quo tecum domine regnant omnes sancti amicti stolis luminis sicut vestimento habentes in capite suo coronam de lapide precioso / O regnum beatitudinis eterne ubi tu domine spes sanctorum et dyadema glorie facie ad faciem videris a sanctis letificans eos undique in pace tua que exsuperat omnem sensum / Ibi gaudium infinitum / leticia sine tristicia / salus sine dolore / vita sine labore lux sine tenebris / vita sine morte / omne bonum sine omni malo Ibi iuventus numquam senescit / ibi vita terminum nescit / ibi decor numquam pallescit / ibi gaudium decrescit / ibi dolor nullus sentitur / ibi gemitus numquam auditur / ibi triste non videtur / ibi leticia semper habetur / ibi malum non timetur quoniam summum bonum possidetur quod est semper videre faciem domini virtutum .1. ad Cor. 2. Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus hiis qui diligunt illum Psalmus Dominus virtutum ipse est rex glorie / Et non dicebat ille patriarcha Jacob Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem et salva facta est anima mea / Et ipse dominus dicebat ad Abraham Gen. 17. Ego dominus protector tuus sum et merces tua magna nimis Et Apoc. 21. dominus deus omnipotens templum illius est et agnus / et civitas illa non eget sole neque luna ut luceant in ea Nam claritas dei illuminabit eam / et lucerna eius est agnus Ideo dicebat Moyses Deut. 33. Cum eo sanctorum milia Et Judas in canonica sua Dominus cum sanctis milibus suis venit iudicium contra. Apoc. 3. dicitur Introibo ad illum et cenabo cum ipso et ipse mecum / et dabo ei sedere mecum in throno meo sicut ego sedi cum patre meo in throno eius

¶ Habemus ergo duo Primo quod ad sufficienciam faciunt contra sordes Vera iocunditas et plena sanctitas ¶ Secundo ut exprimunt verba thematis passumpta ¶ In eterna beatitudine ¶ Est contio valde nobilis summe certitudinis summe pulcritudinis et amoris ¶ Est regio valde delectabilis summe plenitudinis summe quietitudinis et dulcoris ¶ Est possessio valde fertilis summe amplitudinis summe beatitudinis et honoris / Ergo ibi est sufficiencia ut melius concludamus verba thematis passumpta Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum et cum ipsis est dominus / Vel possumus sic introducere ait devote considerantes

Resumpcio thematis

tāta esse sctorū multitudine sicut
sup̄ tactū est Attendentes etiam
qm p veneracōnē sctorū q̄tuor bn̄
ficia obtinet Eorū enī intercessione
Eleuatur despectus nostre misie et q̄dāq
Releuat̄ defectus nr̄e neglige̅ et cōmissioꝫ
Roborat̄ pfectꝫ pseueran̄ e boe opacōꝫ
Condonat̄ effectus nr̄e instācie et oroꝫ
Sicut posset declarari plenius pscriptꝫ
Iste ergo deuote aie videtes tātā vtilitē
ex sctorū veneracōe videtes tātā
multitudine sctorꝫ hoīm et anglorū
q̄ nec tpus nec hora nec scīa nec ptās
ad cuiusq3 singillatim veneracōm suffi
ciebat, de ista insufficiencia suspirabat
anxiebatur et dolebat dicetes illud
Ruth .j. Nolite me vocare Noemi .i.
pulcrā s3 mara .i. amarā q2 valde
me amaritudine repleuit oīpotes Ubi
spūs scūs q' adiuuat infirmitate nrā
sicut dicit Aplus ad Ro .8. pie compa
ciēs, ecclīam quā semp dirigit gu
bernat et regit, ad institucōm istius
celebritatꝫ induxit, et romanū pon
tificem inspirauit dicēs illud ps Congre
gate illi sctos eius Ut quod nō pt
fieri distributiue, fiat sub vna celebritē
collectiue Sicut dicit Collecta hd dei
oīm sctorꝫ merita sub vna tribuisti ce
lebritate venerari Ut sicut ipe sps
sctus ita et ecclīa per eū gubnata
dicat aīabus deuotis vba thematꝫ
pscripta Sufficiat vob etc Qm̄ dicat
Quiq3 q̄ p veneracōne sanctorum
despectus nr̄e condicōnis eleuat̄ Et hoc
defectus nr̄e omissiōis releuat̄ oēs scōs
pfectus bone opacōis roborat̄ veneari
effectus nr̄e oracionis condonat̄ Ergo
nō dubitetꝫ de despectu Et ita vob
nō formidetꝫ de defectu sufficiat q̄
Et exultetis de pfectu oīs multitudo
Iubiletis de effectu sctorꝫ est etc

cū ipīs dns est Ut dicat aīe deuote
Ecclīa illud Micheę .4. Nunc quare
merore
morore contheris nunq̄ rex nō ē ibi
aut consiliarius tuus pījt q̄ dicat
ymo Rex s3 glorie q̄ inspirauit
Consiliarius romanꝫ pontifex q̄
ordinauit Ergo sufficiat vobis
Uel possumus sic introducere Vide
tur nob q̄ in mundo isto oīe conui
uiū, oīs solēpnitas, oīs curia hȝ
insufficienciā ex q̄tuor que secutur
Quiq3 ppt assistēciū paucitate et vi
Quiq3 ppt distribuēciū inferiorītē litate
despiciabile et notabile, ut si sunt
homines vilis condicōnis reprehēsible
Quiq3 ppt consedēciū iordīē q2 s3 di
gniores sedet in loco infimo minus
digni in loco supmo q̄ntitate defe
Quiq3 ppt ferculorꝫ ctibilem q2
scilicet male fruitur Ppt pmū
habuit insufficiēciā illud conuiuiū
de quo dr̄ luc .14. q̄ hō q̄dā fecerat
cenā magnā et vocauit multos
s3 omes ceperut se excusare sicut di
citur in textu ibidē Unus q2 villā
emerat Alius quīq3 iuga boum
Alius q2 vxore duxerat Et ideo iratꝫ
pr̄fāmilias precepit suo suo vt exi
ret in plateas et vicos ciuitatis
et paupes ac debiles cecos et clau
dos introduceret Et cū suus fecisset
sicut preparat ei dns et adhuc locꝫ
sunt Unde et dns dixit Exi in vias
et sepes et compelle intrare ut imple
atur domus mea Ecce ergo conui
uiū insufficiēs et defectuosū ppt
assistenciū paucitate notabile
Ppt 2m fuit insufficiēs aliud conui
uiū de quo hetur Math .22. vbi
dr̄ q̄ rex fecit nuptias filio suo
Et subiungitur, q̄ serui eius egressi
in via congregauerunt oēs quos inue

ncrat bonos et malos Et imple
te sunt nuptie discubentium Et d(icitu)r
ibi q(uod) rex intrauit ut videret discube(n)
tes / et vidit ibi hominem no(n) vestitu(m)
veste nuptiali / quem iussit mitti
in tenebras exteriores Et subiungit(ur)
q(uod) multi sunt vocati pauci vero electi
Est manifestissime conuiuium insufficiens
prudentem et defectuosum propter assiste(n)
cium paucitatem notabilem / primo reple
te sunt nuptie discubentium s(ed) insuf
ficientes propter discubentium vilitatem de
spicabilem q(ui)a erant ibi boni et mali
Propter tamen sunt insufficientes et defe
ctuosum in quo reprehendit reprobi ui
tatos / attenderetis quod primos accu
bitus et eligerent non s(ecundu)m merita et
dignitatem s(ed) s(ecundu)m eorum concupiscentias
et improbitatem Sicut faciunt hodie
multi in ecclesia Luc. c. Propter q(ui)a
tum sunt insufficientes conuiuium in quo
deficit vinum Ioh. 2. c. Et etiam
illud magnum conuiuium quod fecit
Assuerus rex ad quod regina no
luit venire Hest. 1. Sed in conui
uio paradisi in illa celesti curia no(n)
est aliquis istorum defectuum Sicut
innuunt verba thematis pass(im) supra
Ibi enim est assistentium multitudo copiosa q(ui)a t(ame)n p(ri)m(um)
Ibi est recumbencium celsitudo gloriosa q(ui)a
omnes sancti sunt omnes reges et sacerdotes
Apoc. 1. et 5. gratuitus ordo et re
Ibi est congre cte(tu)do virtuosa Ibi
enim pascuntur agni iuxta ordinem suum
Ysa. 5. Unusquisque enim propria mercedem
accipiet s(ecundu)m suum laborem 1. ad Cor. 3.
Ibi quarto est omni desiderabilium ple
nitudo copiosa Ergo ibi est omnis
sufficientia Ibi enim nullus reperitur
defectus nec multitudinis nec pul
critudinis nec celsitudinis nec ordinis

nec rectitudinis nec plenitudinis
Ergo Sufficiat vobis etc. Unde dicebat
ille propheta O quam felix illa ciuitas in qua
iugis solempnitas / et quam iocunda curia
que cure prorsus nescia nec langwor
hic nec senium / nec fraus nec terror ho
stium / s(ed) una vox letancium et iubilan
tium cordium / Illic regina virginum cu(n)s
cendens culmen ordinum / illic cuncta
angelica sub yerarchia triplici trine
gaudet et simplici se monarche
subicit creature et deficit nullum
quem prospiciunt / fruuntur nec deficiunt
quo frui magis siciunt Illic precedere
positi pro dignitate meriti / semota ca
ligine lumen videt in lumine Ergo
Sufficiat vob(is) etc. / In quibus verbis tangu(n)
tur quatuor que omnes sancti obtinent et habe(n)t
Primo sufficientie adeptionem Sufficiat vob(is)
Secundo omnis circumuencionem q(ui)a omnis multitudo
Tercio omnis excellencie perfectionem sanctorum est
Quarto omnis glorie consumacionem q(ui)a caput ipsius est dominus
Sancti ergo tunc Suffi
in appetitu et desiderio contenti ciat vobis
in conuictu et consorcio recreantur q(ui)a omnis multitudo
in ordine et fastigio delectantur q(ui)a sanctorum est
in aspectu et amplexu et gaudio pre
miantur q(ui)a caput ipsius est dominus / Unde vi
detur nobis q(uod) in eterna beatitudine s(an)ctorum
moderamen accipit(ur) ve sacietatis Sufficiat vob(is)
modulamine percipit(ur) gratie societatis / omnis multitudo
culmine accipi(tur) et attingit(ur) preclare dignitatis / sanctorum est
solamen concedit(ur) plene felicitatis / q(ui)a ca
put ipsius est dominus Dico primo q(uod)
sancti omnes habent omnis sufficientiae adeptionem
omnes enim sancti in appetitu et desiderio
contentatur sicut illi qui acceperunt moderamine
vere sacietatis temperamentum moderaminis
contentantis Sufficiat vobis Et videt(ur)
q(uod) vltimo arguit primo / Quia cum
enim sanctorum est dominus ideo habent

a

sufficiencia Et propter hoc licet in scri
ptura in pluribus locis nominentur
omnes facti numquam tamen concluditur suffi
ciencia nisi cum additur, et cum ipsis
est dominus Solus enim deus quietat appeti
tum et desiderium Et ideo dicebat Aug(ustinus)
libro confessionum c. 1° Fecisti nos domine
ad te et inquietum est cor nostrum donec
requiescat in te Et racio est anima vas
capax alicuius maioris numquam imple
tur ex minori Anima autem mea capax
dei est dicente Augustino .14. de tri.
c. 8. eo ipso quod mens mea imago
dei est ideo eius capax est / eiusque
esse particeps potest Ergo numquam impletur
numquam quietatur nisi in solo deo propter
hoc dicebat Salvator Johannis .17. hec
est vita eterna ut cognoscant te verum deum
et quem misisti ihesum christum Et beatus
Johannes in canonica sua 3. c° dicit nondum
apparuit quid erimus Scimus quoniam cum
apparuerit similes ei erimus quoniam vide
bimus eum sicuti est Quod pertractans
Aug(ustinus) 1. de trinitate c. 8. dicit sic Hec
contemplacio promittitur nobis actionum
omnium finis atque eterna perfectio gaudiorum
Filii enim dei sumus et nondum apparuit
quid erimus, scimus quia cum apparuerit
similes ei erimus, quia videbimus eum sic
est Quod autem hec sufficiencia est adeo
dicit idem Aug(ustinus) de civitate c. 30. et ultimo
Quanta erit illa felicitas ubi nullum erit
malum nullum latebit bonum vacabitur
dei laudibus qui erit omnia in omnibus
Nam quid aliud agetur ibi nec ulla
desidia cessabitur nec ulla indigencia
laborabitur Et subdit Vera ibi gloria
erit laudantis nec errore quisquam nec adu
lacione laudabitur Verus honor qui
nulli negabitur digno / nulli deferetur

b

indigno sed nec ad eam ambiet
nullus indignus ubi nullus per
mittetur esse nisi dignus Vera
pax ubi nichil adversi nec ab aliquo
nec a se ipso quisquam patietur premium
virtutis erit ipse qui virtutem dedit / eique
se ipsum quo melius et maius nichil
esse possit promisit Quid est enim ali
ud quod per prophetam dixit Ero illorum
deus et ipsi michi erunt plebs Nisi
ego ero unde sacietur Ego ero
quecumque ab omnibus honeste desiderantur
et vita et salus et victus et copia
et gloria et honor et pax et omnia bona
Sic enim et illud recte intelligitur
quod ait Apostolus Ut sit deus omnia
in omnibus Ipse finis erit desideriorum
nostrorum qui sine fine videbitur / sine fastidio
amabitur / sine fatigacione laudabitur
Hoc munus / hic affectus hic actus profe
cto erit omnibus sicut ipsa vita eterna
communis Patet ergo quod ibi sufficiencia
quia cum ipsis est deus Et istud conclu
debat Apostolus philippus Joh. 14
dicens Domine ostende nobis patrem
et sufficit nobis Licet enim philippus
iuste reprehendatur / quo credebat de
sufficiencia in visione filii sicut in visione
patris / quodammodo credens patrem maio
rem esse filio Sicut deducit Aug(ustinus)
omel. 68. super Johannem / tamen in hoc
verum dicit quod in visione patris est suf
ficiencia Quod pulcre deducit idem
Aug(ustinus) 1° de Trinitate c. 8. dicens
sic Tunc erit quod scriptum est adimple
bis me leticia cum vultu tuo, in illa
leticia nichil requiretur amplius
quia non erit quod amplius requiratur
Ostendetur enim nobis pater et suffi
ciet nobis / quod bene intellexerat phi
lippus ut diceret domino Ostende nobis
patrem et sufficiat nobis Sed nondum in

tellexerat eo qz nod i dipuz ipse pro
tinusse dicē Dnē onde nobis te vt
eun hoc intelligēt / rnsū ē ei a dno
Tanto tpe vobiscū sū et nō cogno
uistis me phylippe qui videt me
videt et prem meū Qz quia vole
bat eū ex fide viue anteq̄ posset
illud vidē secutū ē ei ait Non cre
dis qr ego in pre et pr̄ in me ē
qm̄diu eū sumus in corpoē pegri
namur a dnō per fidem eū am
bulamus nō per spem Contēplo enim
qz mercēs ē fidei cui mercedi per
fidem corda mundat Sicut scriptū
ē Mundans fide corda eorū / proba
tur aut qz illi contēplacōni corda
mundent illa maxime sūa Beati
mundo corde qm̄ ipsi dm̄ videbunt
Et quia h̄ ē vita etna dicit dns
in pſ longitudine dierū reple
bo eū et ostendā illi salutare meū /
Siue ergo audiamus ostende nobis
filiū / siue audiamus ostende nob
prem̄ tantūdem valet / qr neuter
sine alio pt ostendi vnū ēē sicut
sicut ait Ego et pr̄ vnū sumus
denique propter ipsam inseparabilitē
sufficienter aliqn̄ nominat vel pr̄ solus
vel filius solus adimpletiuus nos
leticia cū vultu suo / nec inde sepa
tur vtriusq3 spus i. pris et filij Qz
qz spus sanctus pp̄e dicit veritatis qp̄s
quē hic mundus accipe nō pt / hoc
est eū plenū gaudiū nrm̄ quo
amplius nō est frui trinitate deo
ad cuius imagine facti sumus / propter
hoc aliqn̄ ita loqtur de spū sancto
tamq̄ solus ipe sufficiat ad beatitudinē
nostrā / et io solus sufficit qr separari
a pre et filio nō potest Sicut pr̄ so
lus sufficit qr separari a filio et spū
sancto nō pt Et filius io sufficit solus

qr separari a pre et spū sancto nō pt
Patet ergo qz ideo in sanctis concluditur
sufficiencia qr in tanto ipis ē dns Ideo
dicebat Aplus .2. ad Cor. 3. Omnis
sufficiencia nra ex deo est Et io illi
q̄ querunt sufficienciā in aliquo alio q̄
in deo siue in diuicijs siue in honoribus
siue in voluptatibus siue in quibuscumque
alijs / deficiunt Hec enim omnia nō suffi
ciunt s3 deficiunt / nō reficiunt s3 inficiunt
nō perficiunt s3 decipiunt Sap. 5. Quid
profuit vobis supbia / aut diuiciarum ia
ctancia quid contulit vobis Transierunt
hec omnia velut vmbra Joh̄ in Can
sua 1a 2o c.o dicit sic Nolite diligē
mundū nec ea q̄ in mundo sunt / mundus
enim transit et concupiscencia eius Vnde
btūs Augus volens nos ad contēptum
huius vite et ad dilectōne vite future
in qua hodie viuunt oēs sancti inducere
in libello suo de symbolo contra iudeos
et paganos. c. vlt. dat differenciam
inter istā vitā et illā dicens sic / Nō
qualis ē ista vita ita inuenit et illa
quantū aut distat inter hac et illam
debet nosse caritas vrā / hic falsitas
ibi veritas. hic perturbacō / ibi fidei pos
sessio. hic diffidencia ibi sufficiencia
hic pessima amaritudo ibi sempitna
dilectio / hic periculosa elacō / illic secura
exaltacō hic timet ne q̄ erat amicus
efficiatur subito inimicus ~~hic quippe
bonū timet ne peat~~ Illic semper manet
amicus qr nullus ibi admittit inimicus
Hic quoque ē bonū timet ne peat / illic
quicquid accepis ab illo seruabis q̄ fecit
vt nec tu transeas et quod accepis nō
amittas / hic mors ibi vita hic oīa
q̄ creauit deus illic ipse pomnibus et
in omnibus deus Et que digna dicit
si eum aliq̄ dicunt nō eum sufficiat huma
na lingwa ~~enarrare~~ laudare qd̄ sensus
mortalium nō valet conphendē Veniemus

a

illuc fratres mei et ibi videbimus quod oculus hic non vidit Ibi audiemus quod auris hic non audivit Ibi intelligemus quod cor humanum hic comprehendere non valebit, videntes fruentesque exultabimus inenarrabili gaudio O quale gaudium erit tunc te videntes socium esse angelorum, participem regni celorum regnare cum rege militiam conspiciendo, omnia possidere sine avaricia, divitem sine pecunia, administrare sine assessore, iudicantem sine metu barbarorum, regnantem sine morte vitam eternam vincentem Idcirco idem Augustinus in libro de utilitate agende penitentie concludebat sic Illuc festinate ubi semper vivatis Et cum sic amatis istam miseram flendamque vitam ubi tunc tanto labore vivitis, ubi vix currendo satagendo sustinendo suspirando necessitatibus corporis satisfacitis, quanto magis amare debetis vitam eternam, ubi nullum laborem sustinebitis ubi semper summa securitas summa felicitas, summa libertas, summa ubertas, summa claritas, summa civitas, summa iocunditas, felix beatitudo Ubi implebitur illud quod dominus dicit in [illegible] Sicut homines similes angelis Et illud Fulgebunt iusti etc. Patet ergo quod hic non est defectus nisi deficientia, sed ibi sufficientia Sed videtur quod licet sancti habeant istam sufficientiam ita quod in appetitu et eorum desiderio quietatur, sunt tamen temperamentum moderaminis quietatis Verum est quod licet istud obiectum et subiectum beatificet omnes sanctos tamen formaliter et subiective maior est in uno beatitudo et gloria quam in alio Sicut ipse Salvator expresse dicit Matth. xj ubi de Johanne loquens dicit quod qui minor est in regno celorum maior est illo Ergo in regno

b

celorum est maior et minor Item Deus non reddet unicuique secundum opera sua si ille qui fuit multo maioris meriti maius premium non haberet Et idem Augustinus xx de civitate dei ultimo dicit Quemadmodum futura sint premiorum pro meritis etiam gradus honorum et gloriarum quis est ydoneus cogitare quanto magis dicere quod tamen futuri sunt non est ambigendum Et ipse Salvator dicebat Joh. xiiij In domo patris mei mansiones multe sunt Quod exponens Augustinus omelia lxvij super Johannem dicit Ex multis quisque fuit particeps cui aliud minus aliud amplius Et erit diversitas premiorum pro diversitate meritorum, hec erit multitudo mansionum pro disparilitate mansorum, sed tamen omnium in eternitate amorum sine termino Tamen ergo quod quilibet quilibet sanctus habeat sufficientiam non tamen sed tanta gloria formaliter unus sicut alius sed maiorem unus quam alius et diversitati premiorum correspondet una diversitati meritorum Quomodo autem hoc sit possibile quod iste minorem gloriam habeat tamen sibi sufficiat Augustinus declarat xx de civitate dei c. ultimo dicens sic Ideo beata illa civitas magnum in se donum videbit, quod nulli superiori nullus inferior invidebit, sicut nunc non invident archangelis ceteri angeli, cum nollet esse unusquisque quod non accepit quamvis sit pacatissimo vinculo ei qui accepit astrictus, quemadmodum nec in corpore vult oculus esse quod est digitus cum membrum utrumque obtineat concorditer universi pacati compago Sic itaque habebit donum alius alio minus ut hoc quoque donum habeat ne cum plus volet Et hoc quod Augustinus concludit quod potest stare sufficientia cum uno dono Homo quia ibi nulla invidia

Sedo quia ibi volutas pacatissia
ita ut nullus velit habe quod
no accepit Sicut nec oculus vult
esse digitus / nec digitus vult esse
oculus Hoc etiam declarat idem Aug
xx. omel sup Johanne tanges et
ptractans parabola Saluatoris mt. 20
inqua dr quod ita illi q circa nouissi
ma hora venerat recipiant dena
riu sicut illi q circa prima laborave
rat cu illo vbo Johis. xiv. In do
mo pris mei masiones multe sunt
dicens sic Et si alius alio e for
tior, alius alio sapientior, alius
alio iustior, alius alio sanctior fan
ctas quod in domo pris mei masiones
multe sunt Nullus alienabitur ab
illa domo vbi masionem quisque pro suo
accepturus est merito Denarius
quidem ille equalis e omnibus quos
prfamilias eis q operati sunt in vinea
iubet dari omnibus / no in eo dis
cernens q minus et qui amplius
laborauit Quo vtique denario vita
significatur eterna vbi amplius alius
alio nemo viuit / quia in eternitate
no e diuersa viuendi mensura Sed multe
masiones diuersas masionum in vna
vita eterna significat dignitates /
Alia enim gloria solis / alia e gloria
lune / alia e gloria stellarum / Stella
enim a stella differt in claritate / sic
in resurreccione mortuorum tanquam stel
le sancti diuersas masiones diuerse cla
ritatis in celo tanquam sortiuntur in regno /
Sed propter denarium nullus separatur
a regno atque itaque ds erit omnia
in omnibus Et sicut ds quoniam caritas
est per caritatem fiat / ut quod habent
singuli commune sit omnibus Sic enim
quisque etiam ipse habet cum amat in alio

quod ipe no habet Non erit itaque
aliqua inuidia imparis claritatis / quoniam
regnabit in omnibus vnitas caritatis
Hec ille Augustinus in racionibus quibus
tetigit De ciuitate dei / Sed quod no erit
ibi inuidia Secundo quod erit volutas
pacatissima ita quod nullus velit habere
quod no alter habeat Addit hic etiam racionem
mutuam caritatem et concordiam / quod ita sunt
adinuicem conglutinati ut vnusquisque in se
ipso habeat quod in alio amat Et iterum
ergo quo sunt moderamen ad sufficienciam
eorum sicut figuratum Num. 16. vbi dr qm
cu dns pluit mana filiis israel ad re
scendum dictum e Colligat vnusquisque
quod sufficit ad mensuram / Et sequitur
quod nec q plus collegerat habuit am
plius nec q minus collegerat repperit minus
sed vnusquisque habuit quod sufficeret Certum
ista mana e beatitudo eterna sicut dr Apoc. 2.
vincenti dabo mana absconditum De quo
mana licet vnus sanctus in celo plus
collegerat quam alius tamen quo ad sufficie
ciam nec q plus collegit habet amplius
nec q minus minus Ita enim suffi
cit minori sicut maiori Et hoc est
quia volutas et desiderium quietatur
Et videtur nobis quod sicut inuidie re
legatio / volutatis et appetitus quieta
cio / concors et vera dileccio sunt in
beatis causa sufficiencie Ita suo
modo inuidie   / cetera ambicio / ca
ritatis refrigeracio sunt in nobis ca
quod nunquam sufficienciam habemus / Hodie
enim ita regnat inuidia / ita vigeti
effrenata concupiscencia / ita torpet vera
amicicia quod nullus potest aliquo contentari
Si videt alium plus habere statim inuidet
nisi tantum habeat / sicut fres Joseph
inuidebant ei / nec poterant ei quicquam pa
cifice loqui Gen. Sap. dicit puer 30.
Sanguisuge due sunt filie dicentes
affer affer scilicet carnis voluptate

Luxuria

Cupiditas et Ambicio

a

et mundi concupiscencia Voluptas
enim carnis est ignis qui numquam dicit suffi
cit / Ignis quidem sulphureus qui ma
culat non solum carnem sed fedat etiam per
nam de quo dicit Jeronimus in qua
dam epistola Infernalis ignis luxuria
cuius materia gula / cuius flamma superbia
/ cuius scintille prava eloquia / cuius fumus
infamia / cuius cinis inopia / cuius fi
nis gehenna Et Gregorius in moralibus Ex
quo luxuria semel mentem alicuius occu
pavit vix eum bona desideria co
gitare permittit / Sunt enim viscosa hec
desideria / quia ex suggestione oritur co
gitacio / ex cogitacione affeccio / ex affec
cione delectacio / ex delectacione consensus
ex consensu operacio / ex operacione consuetu
do / ex consuetudine peccati defensio / ex pec̄ti
defensione gloriacio / ex gloriacione dap
nacio Iste est ignis qui numquam dicit suf
ficit sed semper clamat affer affer ~~Volup~~ prov. xxx Volup
tas enim preteritis non saciat / futura cru
ciat / presencia non delectat Unde Job 31.
Ignis est usque ad consumacionem et omnia
radicans genimina Quia sicut dicit
Jeronimus in quadam epistola Quantacumque virtute
polleas quibuscumque opibus niteas totum
trahet retro retro si cingulo careas
castitatis / Secunda filia sanguisuge est
etiam clamat affer que est etiam ignis
qui numquam dicit sufficit est ceca ambicio
et cupiditas / et ista quoque procedit ex
superbia qua vult omnes et in honori
bus et in diviciis et in familiis et
in pompis et conviviis et in expensis
et tunc est ignis fulgur eius qui faciat
descendere cum magno impetu / Videbam
enim sathanam sicut fulgur de celo ca
dentem Utraque procedit ex radice ava
ricie et tunc est ignis subtraneus quia

b

etiam numquam dicit sufficiat Et certe iste
ignis ceteris ambicionis et cupiditatis
insaciabiliter regnat in personis ecclesia
sticis Bernardus ad henricum archiepiscopum
Senonensem per unum folium circa fine
epistole dicit sic Curritur in clero
passim ab omni etate et ordine
a doctis pariter et indoctis ad ecclesiasticas
curas / tamquam sine curis iam quisque
victurus sit cum ad curas pervenerit
Preter mirum de hiis qui necdum in se
metipsis experti sunt / videtis quippe
illos qui iam plerosque honeros capite
sarcine sumunt zelum non solum non
gemere tamquam sub onere / sed insuper petere
plus onerari / non deterreret periculis
que cupiditate ceci non vident
sed favoribus amplius quos illis pres
se videt provocatur Infinita sed
ambicio et insaciabilis avaricia
Si ad primos honorum gradus merue
rit ecclesia / meruerit autem vel
vite merito vel potius cum carnis
et sanguinis que regnum dei non
possidebunt prorogativa / non ideo cor
da gestant deinceps semper estuancia de
siderio quo utique magis ac magis
et dilatentur ad plurima et subli
mentur ad celsiora Verbigracia Cum
factus fuerit quis in utriusque ecclesia de
canus prepositus archidyaconus
aut aliquis huiusmodi non contentus in
uno / in plures si possit quotquot pa
let acquirere honores sathagit tamen
in una quam in pluribus / quibus si forte
si locus evenit libenter preferret unus
epatus honore epi dignitatem Sed
numquid sic saciabitur / factus episcopus / ar
chiepiscopus esse desiderat / quo forte
adepto / rursum quid alcius sompnians
nescio laboriosis itineribus et
sumptuosis familiaritatibus Roma

mi statuit frequentie palacium constru
ctas et exinde comparatas amici
cias. Ut luci spiritualis gracia hoc
fatuit, laudandus est zelus, sed presump
corrigenda. Bernardus. Et videte
quod sicut ignis ex appositione lignorum
nunquam diminuitur sed augetur, nunquam
extinguitur sed incenditur. Et propter
talis ignis cupiditatis et ambitionis
in corde alicuius, nunquam ex appos
itione bursarum quotcumque et quorum
cumque extinguitur sed
augetur. Unde Aristoteles in prima politice
c. 2 dicit, malicia hominum irreple
bilis est, et primum quidem suffici
unt duo oboli solidi, cum autem hic iam
fuerit pactum, semper indigebit pluribus
usque in infinitum veniat, infinite enim
est concupiscentie natura, ad cuius vero
repletionem multi vivunt. Et Seneca
in quadam epistola dicit Divitias dices
sicut non pecunie addendum est sed cupi
ditati detrahendum. Et in libro epistolarum
libro 1 epistola 2a in fine dicit sic Nunquam
parum est quod plus cupit. Quid enim
refert quantum illi in archa quantum in
horreis lateat, quantum pascat, quantum
fenoret, si alieno inhiat, si non acqui
sita sed acquirenda computat. Carissimi si mo
dum divitiarum queris primus habere
quod necesse est, proximus quod satis est.
Et Sanctus 2 de consolatione. Ad
vitare indigenciam copiam querit.
Videat ne vobis illud eveniat
plurimis eos indigere qui plurima
possident. Ergo carissimi ad ha
bendum sufficienciam non facit multi
plicatio bursarum aggregatio pe
cuniarum, sed quietatio appetitus
amotio cupiditatis. Ideo dicebat
Salomon Proverbiorum 23 Noli laborare ut diteris
sed prudencie tue pone modum. Et

27. Mel invenisti comede quod suffi
ciat. Item apostolus ad Philippenses 4 dicebat
Ego didici in quibus sum sufficiens esse.
Ergo carissimi sufficiat vobis ponatis
frenum cupiditati quietetis appetitum et
tunc erit in vobis sufficiencia. Et verifi
cabitur illud 2 ad Corinthios 9 In omnibus
omnem sufficienciam habentes habundetis
in omne opus bonum. Hic habet sancti
tus illud psalmi In loco pascue ibi me collo
cavit. Illi enim sancti celesti Syon dicitur
in psalmo Lauda Ierusalem dominum lauda deum tuum
Syon quoniam confortavit seras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te
qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti satiat te. Quod
pertractat Bernardus sermone 30 super Cantica dicit
Quamvis non illuc vehementer cupiat pasci
et propter pacem et adipem et propter sacie
tatem nil ibi formidatur nil fastidi
tur nil deficit. Tuta habitatio paradisus
festinemus ad locum tuciorem, ad pastum
suaviorem ad agrum uberiorem et fertilio
rem festinemus ut habitemus sine metu
habundemus sine defectu, epulemur sine fasti
dio. Et subdit pertractans illud Cantica 1 In
dica michi ubi pascas ubi cubes in meri
die. Ubi meridies plenitudo fervoris
et lucis, solis status, umbrarum exterminatio
desiccatio palludum fetorum depulsio
o perhenne solsticium quando iam non inclinabitur
dies. O lumen meridianum o vernalis te
periescens o estiva venustas, o autumpnal
ubertas. Et ne quid videatur preterisse
o quies et feriacio hyemalis. Aut certe
si hoc magis probat sola. Nunc hyemps
abiit et recessit. Hunc locum in quo tante
claritatis pacis et plenitudinis indica
michi quia et sic hic pascis non tamen in satietate
nec cubare licet sed stare et vigilare oportet
propter timores nocturnos. Sed nec clara
lux nec plena refectio nec mansio tuta.
Indica michi ergo ubi pascas ubi cubas
in meridie quod ad sacietatem omni felicitate
promeret quod repleti sunt in bonis domus
tue, et epulantur et exultant in conspectu
dei et delectantur in leticia. Et idem
Bernardus in libro suo meditacionum quod alias

intitulatur de interiori homine ca. e
dicit sic primum e vide deum viue ad
deo, viue de deo, esse de deo q est oia
in omnibus, hic dm q e summum bonum,
ibi e summa felicitas, summa iocunditas
vera libertas, perfecta caritas eterna secu
ritas et secura eternitas Ibi e vera leti
cia, plena sciencia, ois pulcritudo et
omnis beatitudo Ibi pax pietas bo
nitas lux virtus honestas gaudia le
ticia dulcedo vita perhennis gloria laus
requies amor et concordia dulcis Sic
enim in deo ho btus erit in eius conspectu
petens nichil non fuerit videbit eum ad volunta
habebit ad voluptatem et fruetur ad
iocunditatem, eternitate vigebit, in veri
ditate fulgebit et veritate, in bonitate
gaudebit, sicut habebit permanendi et
nitatem sic cognoscendi felicitatem
Ciuis siquidem erit illius sancte ciuitatis
cuius angeli sunt ciues et deus pr templum
filius eius splendor, spus sanctus caritas
O ciuitas celestis, mansio secura, patria
totum continens quod delectat, populus
sine murmure, incole quieti, homines
nulla indigencia habentes Unde glosa
dicta sunt de te ciuitas dei Sicut leti
cium omnium nrum habitacio est in te Boni de
lectentur in leticia et exultacione, ubi dele
ctentur de deo, cuius aspectus pulcer
facies decora, eloquium dulce, delectabil
est ad videndum, suauis ad habendum
dulcis ad perfruendum Ipse per se placet
et per se sufficit ad merit(um), sufficit ad p
mium, nec ct illud quis aliud queritur
quia totum in illo inuenit quicquid desideratur
Et ita semper libet illum oculis inspicere
semper habere, et in illo delectari et in
illo perfrui Quia in illo clarificat intellectus et
purgatur affectus ad cognoscendam di
ligendam et intelligendam veritatem
et hoc totum bonum hominis nostre solet et creare
creatorem suum Sue ergo nos angit re

spacia viciorum stare vel sitire absin
thium huius mundi, sed naufragium
huius vite labentis, pati infortu
nium impii tirannidis ferre dominium
antique mortis, et non magis co
uolare ad sanctorum felicitatem, ad an
gelorum societatem, ad solempnitatem
superne leticie et ad iocunditatem con
templatiue vite, ut possimus intrare
in potencias domini et videre superha
bundantes diuicias illas bonitatis
illius Ibi vacabimus et videbimus
quam dulcis est dns, et quam magna
multitudo dulcedinis eius Vide
bimus glorie decorem sanctorum splen
dorem et regie potestatis honorem Cogno
scemus patris potenciam filii sapiam
et spus sancti benignissimam clemenciam
Et ita habebimus noticiam illius trini
summe diuina nobis concedat qui est be
nedictus in scla sclorum amen Sermo
de sancto spiritu

Totus mons
fumigabat eo quod dns descen
disset super eum in igne Exo. 19.
Notatis quod fumus indicat ignem
Unde 1. Mach. 4. vidit quod succensa sunt
castra fumus eum qui videbat declara
bat quod factum est Sed quia alia
et alia causa arguit aliud et aliud
effectum ideo alius et alius ignis
causat aliud et aliud fumum, et facit
aliter et aliter subiectum in quo e fu
migare Aliter enim fumigat thus
in igne et aliter sulphur Nam thus
facit fumum redolentem suauiter Sed
sulphur fumum fetentem horribiliter Ideo
dico videtur michi quod spiritualiter
est duplex ignis
Unus qui accenditur ex malicia
Alius qui accenditur ex dei gracia
In primo descendit dyabolus | valde
In secundo deus et io faciunt | aliter
et aliter fumigare Dico primo
quod est ignis qui accenditur ex malicia

in quo descendit dyabolus descendens
in igne sulphureo superbie fumiga-
te propria excellencie fastigium
in igne sulphureo luxurie fumiga-
te libidinose concupiscencie incendium
in igne greco gule fumigate cu-
pule vicium nec avaricie fumiga-
in igne sbeca te insaciabilitatis vicium
in igne alieno invidie fumigate
vindicte desiderium gante felicitatis
in igne egipciaco ire alieno odium
in igne tine concepto accidie fugate
celestis gracie extractum Et quia cuiussimi
sicut satis causa ex effectu cogno-
scitur Ideo qui vult scire si habeat in
corde suo aliquem istorum ignium vide-
at si cor suum fumigat aliquem istorum
Si enim cor suum primo fumigat propter ex-
cellentie fastigium sive in vita sive
in sciencia vult ceteris preesse nulli subesse
estimat de se magna de aliis parva
Vult omnes docere a nullo doceri, totum vult
dicere nihil audire, pro constanti habeas
quod talis habet ignem sulphureum superbie
de quo igne in psalmo Supercecidit ignis
glosa superbie et non viderunt solem
iusticie Ezechielis primo de igne fulgur egre-
diens Et iste ignis facit valde impe-
tuose descendere Sicut apparuit hoc
de superbo lucifero de quo dicitur Luce 10
videbam sathanam sicut fulgur de celo
cadentem Sed videte quod ignis ful-
gureis quamquam sic aliquem percuciat inte-
rius quod nullum signum adustionis ap-
pareat exterius Aliquando autem apparet
magnum signum adustionis exterius Ad
literam ita est quod ignis sulphureus super-
bie ita percutit aliquos interius in
corde quod tamen non apparet exterius in
opere videntur exterius valde humi-
les sicut vulpes se simulans mortua
et serpens rigens frigore in hyeme
videtur non habere venenum Sic multi
quamdiu sunt pauperes sub aliorum disci-
plina videntur carere tali igne sul-
phureo superbie Sed postquam ascendunt

ad honores et habent quod volunt
tunc manifeste apparet ignis Est enim quasi
vespe sic humiliat et mollicia eius plena
sunt dolo Ecclesiastici 19 Unde Seneca epistola
ad Lucillum dicit sic Multorum quia
imbecillia sunt latent vicia non minus au-
sura cum eis Sic tute serpens etiam pestifera
ferens tractatur dum riget frigore non de-
sunt illi venena sed torpent, multorum
superbia ambicio et luxuria ut paria pes-
simis audeant, fortune favore desiderant,
eosdem velle cognosces da posse quantum vo-
luerit In aliis autem et plerisque hodie
incolentis proh dolor apparet hoc signum
adustionis exterius et in actu et in gestu
Signa enim superbie secundum Hugonem libro 1
de anima sunt Clamor in locucione
amaritudo in silencio, dissolucio in hila-
ritate, furor in tristicia, honestas
in ymagine, inhonestas in actione,
rancor in reprehensione Et certe ista sunt
in multis nostrum hodie apparet Ergo
signum est quod sit ibi ignis superbie Contra
quos loquitur Alanus de planctu nature
dicens sic Heu unde iste homini fastus
ista superbia cuius crapulosa nativitas
cuius vita laboriosa demollitur penalitas
cuius penalitate penalior mortis concludit
necessitas, cui esse momentum, vita nau-
fragium, mundus exilium, cui vita aut
abest aut spondet absenciam, cui mors
aut instat aut minatur instanciam Iste
ergo ignis est malus quia facit malum Unde
Ysaie 9 Succensa est quasi ignis impietas et
convolvetur in superbia fumi Secundo
quod si cor fumigat libidinose concupiscencie
incendium signum est signum est quod habet ignem
sulphureum luxurie qui fetet horribiliter
In psalmo Ignis sulphur et spiritus procellarum
pars calicis eorum Et 10 Genesis 19 dicitur quod pluit
dominus super Sodomam sulphur et ignem et
sequitur quod subvertit civitates has et omnem
circa regionem, et universos habitatores ur-
bium et cuncta terre virencia Viditque Abra-
ham descendentem de terra favillam quasi for-
nacis fumum Et hic dicit quod subvertit omnia
virencia, quia ad literam cunctas virtutes

Signa superbie

Luxuria

a

Tercia sicut dicit Jeo⁹ (?) et licet virtute
polleas / quibuscumque operibus niteas to
tum trahes per te per ea si cingulo
careas castitatis. Et de illo igne dicit
idem: O infernalis ignis luxuria cuius
materia gula / cuius flamma superbia / cuius
scintille praua colloquia / cuius fumus
infamia / cuius cinis inopia / cuius fi
nis gehenna. Et ideo dicitur Ecc. 9: Auerte
faciem tuam a muliere compta et ne cir
cumspicias speciem alienam propter speciem enim
mulieris multi perierunt / et ex hac con
cupiscentia quasi ignis exardescit. ¶ Di
co tercio quod est ignis gratiosus gule fumigans

Gula

crapule vicium. Ad litteram enim sicut ignis
gratiosus ardet in omni materia / ita iste.
Unde Job 31: Ignis est usque ad consumptionem
deuorans et omnia eradicans genimina.
Ideo dicitur Luc. 21: Attendite ne grauentur
corpora vestra crapula et ebrietate. Et
maxime die isto ubi propter abusum
homines consueuerant vino inebriari
et in vini laudibus immorari. Unde sic

Ebrietas

dicit Innocencius de miseria condicionis humane:
Quid turpius ebrioso cui fetor in ore
tremor in corpore / qui promit stulta
prodit occulta / cui mens alienatur
facies transformatur. Ubi enim nullum secre
tum ubi regnat ebrietas secundum illud Salomonis
que non fecere desertum. Et Ambrosius in libro
de penitencia dicit: Ebriosus tu absorbebit
vinum absorbetur a vino / abhominatur
a deo despicitur ab angelis / deridetur ab
hominibus / destituitur virtutibus / confunditur
a demonibus / conculcatur ab omnibus. Et de
ista gula dicitur Eccli 23: Anima calida quasi
ignis ardens non extinguetur donec
aliquid glutiat. Et Apoc. 9: De ore
eorum prodit ignis et fumus. ¶ Dico

Auaritia

quarto quod est ignis subterraneus auaricie
qui fumigat immisericordie flagicium.
Ad litteram enim sicut videtis quod ignis
per appositionem materie magis crescit ita
auarus ex potu sitim multiplicat

b

quanto plus habet siue de diuiciis siue
de beneficiis tanto magis desiderat
quanto plus crescit. Unde Seneca: Senectute
hominis cetera vicia senescunt / sola
autem cupiditas iuuenescit. Iste autem
ignis dicitur subterraneus quia secundum philosophum 4
libro ethicorum per inordinatam virtutem con
cluditur id est per diuites de quo dicitur Michee 6:
Adhuc ignis in domo impii. Et Prov.
30: Ignis numquam dicit sufficit. Et
ideo dicit Seneca: Diues fieri
non potest addendo sed cupiditati
detrahendo. Et alibi: Non qui parum
habet sed qui plus cupit pauper est etc. 2a
epistola ad Lucillum. Et de istis dicitur in
psalmo: Mox ut honorificati fuerint et
exaltati deficientes quemadmodum
fumus deficiet mutabitur potior etc.
¶ Dico quinto quod est ignis alienus ira

Ir

cundie fumigans vindicte deside
rium. Et de isto dicitur Prov. 26: Sicut
carbones ad prunas et ligna ad
ignem / sic homo iracundus suscitat ri
xas. Et iste ignis dicitur alienus quia
homo est animal mansuetum natura. Unde
homines iracundi vindicatiui sunt
figurati Levit. 10 per illos Nadab
et Abiu qui posuerunt in thuri
bulis ignem ardentem et egressus
ignis a domino deuorauit eos et
mortui sunt. Et ad litteram illi erant
sacerdotes ad significandum quod illi
qui sunt hodie magis impatientes magis
vindictam desiderantes sunt clerici et
religiosi. In psalmo: Ascendit fumus in
ira eius et ignis a facie eius ex
arsit etc. ¶ Dico 6o quod est ignis

Inuidia

egipciacus inuidie fumigans alie
ne felicitatis odium. Et iste ignis
est maxime afflictiuus quia affligit
ex eo ex quo debet extingui scilicet
ex aliena felicitate. Inde anxiatur
unde debet consolari. Et ideo dicitur ignis

egiptius de quo d[icitur] Sap. 16. Novis
aquis et grandinibus pluvijs
persecucionem passi sunt et per ignem consump
ti, quod enim mirabile erat in aqua
que omnia extinguit plus ignis va
lebat Et de isto igne d[icitur] in ps[almo] Cir
cumdederunt me sicut apes et exarse
runt sicut ignis in spinis Ad literam
enim sicut ignis in spinis crepat
sic iste visis aliorum bono crepat
Ideo dicit Seneca in li[br]o de moribus
Quod viri invidi oculos habent in omnibus
civitatibus torquentur Nam quanta
felicium sunt gaudia, tanta invidorum
sunt gemitus De istis invidis dicit
petrus Ravennas in quodam sermone
Invido vultus minax, torvus
aspectus, in facie pallor, in labijs
tremor, in dentibus stridor, verba
rabida, effrenata convicia, et manus
ad violenciam prompta Iuxta illud
poete Nunquam est recta acies livnat
rubigine dentes pectora felle vi
rent lingwa suffossa veneno Ri
sus abest nisi quod sibi fecere dolores
Et hodie proch dolor ita ignis iste
invaluit quod fere totum mundum occupa
vit, et in claustris religiosorum
et in camereis et pallacijs pote
tum et sunt pro toto et respectu omnium sive
sunt superiores sive equales sive
inferiores Unde Aug[ustinus] in quodam
sermone dicit sic Invidia est odium
aliene felicitatis, respectu inferiorum
ne sibi equentur, respectu superiorum
quia eis non equatur, respectu parium
quia eis equatur Unde Cayn invidit
abel propter acceptationem Rachel lye fecunditati
Saul david felicitati, Per invidiam
prevaricatus est lapsus mundi et mors
Christi Iste ergo est pessimus ignis de quo
Eccli. 23. d[icitur] homo nequam in ore car
nis sue non desinit donec incendat

ignem Et quia pessimus ideo habet pessimum
sive fumum Apoc. 9. Ascendit fumus
putei sicut fumus fornacis magne et
obscuratus est sol et aer de fumo putei
et exierunt locuste in terra et data est
illis potestas sicut habent potestatem scorpiones
terre Expone Septimo dico quod est ignis
tinee corruptus accidie fumigans celesti
gracie extinctum Ad literam enim Sicut ignis
consumit humidum Sic corruptus ignis acci
die consumit omne bonum quia omnem mali
ciam docuit ociositas Eccli. 33. Et ideo Ioel
1o. d[icitur] exsiccati sunt fontes aquarum et
ignis devoravit speciosa deserti Deut[eronomii]
32. Ignis succensus est et devorabitque
terram cum germine suo et montium fundamenta
comburet Et ideo statim sicut iste ignis
accensus est in corde, capta est civitas
cordis Ut habetur in figura Iozue. 8. ubi
d[icitur] Vidit Iosue quod capta erat civitas
eo quod fumus urbis ascenderet Expone ergo
quod est ignis accensus ex malicia in quo
descendit dyabolus, et quo fumigat tal
ignis Dico 2o quod est ignis accensus
ex dei gracia in quo descendit dominus
Descendit ergo dominus viciose
in igne consumptive pravitatis et livoris affeccionis
In igne illuminante ad veritatis et splendorem divine cognicionis
In igne inflamante ad pravitatem et fervorem viciose delectacionis
In igne movente ad stimulationem et vigorem virtuose operacionis
In igne elevante ad felicitatem et dulcorem gloriose
fruicionis Habet fumum validum quia facit fumigare
omni hic ignis primam in ceteris materiam
Sacerdotes habet fumum lucidum quia facit fumiga
re doctrinam in predicacione fumigare
Laicus habet fumum calidum quia facit misericordiam
in elemosinarum largitate
Claustrales habet fumum nitidum quia facit fu
gare munditiam in conversacione Dico quod
continuus habet fumum placidum facit
fumigare graciam in divinorum contemplacione
Dico primo quod Ad literam enim Sicut
ignis consumit ligna Sic spiritus sanctus
in corde vicia, quia caritas que est donum

Accidia

spiritus sancti operit multitudinem peccatorum
ut dicitur i. Pe. 4. Et ideo Deut. 4. dicitur Dominus
deus tuus ignis consumens est. Iste
autem ignis fumus est validus quia fu
gat penitenciam in carnis maceratione
per penitentiam enim delentur peccata. Et de
isto fumo dicitur Thob. 6. Si super carbo
nes ponas fumus eius extricat omne ge
nus demoniorum sive a viro sive a
muliere. Et hoc permittat si super car
bones ponas, quia penitentia seu compunctio
carnis maceratio nisi sit posita super
carbones caritatis non extricat peccatum
Dico 2o quod descendit in igne etc. Sic
enim ad literam ignis illuminat obscura. Ita
et corda fidelium. Tren. De excelso
misit ignem in ossibus meis et erudi
vit me. Et istius ignis fumus est luci
dus quia fumigat doctrina in predicatione
Sicut enim sol spargit lumen et fons
erupit in fluvium. Sic qui suscepit sapi
enciam in corde debet hoc habere fluvium
doctrine in ore. De fumo dicitur Ysa. 6. Commo
ta sunt superliminaria cardinum a voce cla
mantis et domus impleta est fumo.
Dico 3o quod descendit in igne etc. Ad
literam enim. Sicut ignis calefacit et
inflamat. Sic deus inflamat ad sui
et proximi dilectionem Luc. 12. Ignem ve
ni mittere in terram et quid volo nisi ut
accendatur. Et istius ignis fumus
est calidus quia fugat miseriam in elemosinarum
largitione. Ad literam enim amor non potest
esse ociosus, operatur enim magna si
est, si vero renuerit operari amor non
est. Sicut dicit Gregorius in omelia. Et ideo
i. Jo. 3. dicitur Qui habuerit substantiam
mundi et viderit fratrem suum necesse
habere et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in illo. quasi diceret in illo.
Et de isto fumo dicitur Apoc. 8. Ascendit
fumus incensorum de manu angeli
coram deo. Dico 4o quod descendit in

igne etc. Ad literam enim sicut ignis
continue est in motu. Sic et anima ignita
igne celesti continue de virtute in virtute
movetur. Ibunt enim de virtute in
virtutem sicut dicitur in psalmo. Et ideo Actuum 2. dicitur
quod apparuerunt eis dispartite lin
gue tamquam ignis seditque super sin
gulos eorum et repleti sunt omnes spiritu sancto
Et istius ignis fumus est nitidus quia
fumigat munditiam in conversatione. Ysa. 4.
Creavit dominus super omnem locum montis
Syon nubem per diem et fumum et splen
dorem ignis flammantis in nocte. Dico
quinto quod descendit in igne etc. Ad
literam enim. Sicut ignis naturaliter fertur
sursum. Ita anima ignita ascendit
in celum. Judicum 13. Cum ascenderet
flamma ignis altaris in celum ascendit
pariter et flamma. Et istius ignis fumus
est placidus quia facit fugare tristitiam
in divinorum contemplatione. Ad literam enim
ubi amor ibi oculus. Et ideo Cant. 3.
Ascendit per desertum sicut virgula fumi
ex aromatibus mirre et thuris
et universi pulveris pigmentarii.
Modo beatissimus Martinus ut ex
vita eius manifeste colligitur istis quinque
modis evidentissime fugabat scilicet
Ex fumo penitentie in carnis maceratione
Et doctrine in predicatione
Et misericordie in elemosinarum largitione
Et mundicie in conversatione
Et gratie in contemplatione. Fuit enim
Admirabilis abstinencie severitate
valde utilis doctrine fecunditate
Incomparabilis elemosinarum largitate
Immutabilis vite sanctitate
Invincibilis contemplationis suavitate
Dico primo quod fuit admirabilis absti
nentie severitate. Hoc in vita eius
legitur, quod in exemplum ordinatus duo
bus miliaribus extra urbem monasterium
instituit ubi cum 80 discipulis in
multa abstinencia vixit. Nam ibi

vnum nemo noverat nisi que tunc
nis infirmitatis texisset Mollior
quam situs ibi pro ciuine erat vno et
nuda humo / vno tamen cilicio super le
ctum cubare consueverat Vnde cum
infirmitate qua mortuus est la
gueret / et a discipulis suis roga
retur ut in lectulo suo vbi iacuit
et cilicio recubebat stramentum ali
quod poneretur Audit Non decet
filii xpianum nisi in cinere et cilicio
mori Ego si illud vobis exemplum
relinquo ipse peccavi Vt hodie
dicere possimus illud ps Transiuimus
per ignem et aquam et eduxisti nos
in refrigerium ¶ Dico 2o quod fuit vtil
doctrine fecunditate docebat enim perplexi
sibi creditum verbo pariter et exemplo Vt
de eo dicamus illud Eccl. 48 Surre
xerit helyas quasi ignis et verbum eius
quasi facula ardebat Et in ps Igni
tum eloquium tuum vehementer et servus
tuus dilexit illud ¶ Dico 3o quod fuit
incomparabilis elemosinarum largitate
Non de clamidis divisione ¶ Nota
etiam quos tunicam suam altei dedit
cum admissa veret Et io de eo
Beatus Ambrosius dicit sic Beatus marti
nus prophani errorum templa destruxit
vexilla pietatis erexit / mortuos
suscitavit / ab obsessis corporibus de
monia seva exclusit / et variis
laborantes languoribus salutis re
medio sublevavit / qui ita perfectus
est ut xpum texisset in paupere et ve
ste quam egenus susceperat mundi
dominum induisset O felix largitas
qua divinitas operatur O clamidis
gloriosa divisio que militem texit
et regem O inestimabile donum
quod vestire meruit deitatem / quod
erat poblatione integri corporis re
ceptus qui pro quantitate vestis exi
gue dominum vestire meruit et vide

Aduterat sibi dictum illud Levit. 6
Ignis in altari meo semper ardebit que
nutriet sacerdos subiciens ligna ma
ne per singulos dies ¶ Dico 4o quod fuit
immutabilis in sanctitate Vnde in morte cum vi
deret dyabolum assistere dixit Quid hic
astas cruenta bestia / nichil in me fu
nestum reperies Abrahe me sinus reci
piet quia sicut dicitur in ps Qui facit
angelos suos spiritus et ministros suos
ignem vrentem ¶ Dico quinto quod fuit
insatiabilis contemplationis suavitate Vnde
in eius vita legitur Oculis ac manibus
in celum semper intentus invictum ab ore
spiritum non relaxabat Vnde et in infirmi
tate qua mortuus est constitutus / cum
discipuli eum rogarent eo quod supinus
iacebat quod corpusculum mutatione late
ris relevaret Audit Sinite fratres
sinite me potius celum inspicere quam terram
ut spiritus ad dominum dirigatur Vnde
iste in terris positus in celestibus habita
bat Vt de eo dicamus illud Levit. Ignis
iste perpetuus est quod numquam deficiet Et Eccli. 10
quasi thus in igne ardens / Conclude
do ergo ex quo ignis in quo dominus descendit
facit cor fugare

- Et primam in rarissima macerationem
- Et doctrina in predicatione
- Et misericordiam in elemosinarum largitate
- Et medicina in conversatione
- Et gratiam in contemplatione

ut 1o probatum est Et beatissimus Martinus iste quamquam modis excellentissime et evidentissime fugavit Vt 2o probatum est Merito de
eo assumere potui verba thematis
praeassumpta Totus nitor fugabat
eo quod dominus descendisset super eum in igne / Introductio Thematis
non solum invisibile sed etiam visibile sicut
in apostolos descendit Vnde postquam data tu
nica pauperi missam cum celebraret glo
bus igneus apparuit super caput eius
et a multis ibidem visus fuit Vnde
etiam par apostolis dicitur Vt de eo cantat
sancta mater ecclesia Martine par
apostolis / Merito ergo de meo vero apostolo

a

dite possumus Totus mons etc. Et
sic dicitur Totus Quia quantum ad omnes
eius partes fumigabat Ergo sic
Visus humilitate Totus mons
Voltus simplicitate fumigabat etc.
Auditus taciturnitate In quibus verbis
Gustus sobrietatem introducitur
Lingwa veritatem quadruplicat
Odoratus suavitate commendandus
Tactus integritate Primo quia emi-
Manus liberalitate nenter sublima-
Intellectus claritatem tus dignitatis
Affectus bonitatem fastigio qua vir-
Cor sanctitatem tuose prefuit To-
Venter castitatem tus mons Secundo
Viscera pietatem quia eminet deco-
Incessus gravitate ratus sanctitatis
Gestus honestatem premio qua
virtuose claruit fumigabat Tertio
quia affluet confortatus dignitatis presi-
dio qua miraculose splenduit eo quod
descendisset etc. Quarto quia extollet
inflamatus caritatis incendio qua
copiose prefuit in igne Et videtur michi
quod ista quatuor competunt sibi quia mons
Mons enim super valles habet presulari
Eminentie celsitudinem fastigio
Continentie plenitudinem apostoli-
Permanentie et evidentie claritatem co coe-
Influentie plenitudinem quatus
Sic igitur mons non minus quod fuit Mons
Primo celsior eminentia totus
Secundo pulcrior sanctimonia regulari insignitus
perfectio fit laureatus fumigabat difico aduna
Tertio clarior refulgens singulari auxilio tum eo quod de-
scendisset influentia plenior spirituali
Quarto perfectior consortio seraphico copulatus
in igne seraphim dicitur ardens Dico
Primo quod de se sibi eminet etc. quia mons
Ad literam enim sicut mons quicquid non solum
est super valles et colles elevatus sed etiam
super ceteros montes Et ideo antonomasice
dicitur mons Hic beatus Martinus non

b

solum est ad statum confessorum presulum propter
vite eminentiam elevatus sed etiam beatorum
martirum Quia sicut decantat
sancta mater ecclesia eius beatissima
animam et si gladius persecutoris non abs-
tulit palmam tamen martirii non amisit
sed etiam ad equalitatem apostolica fastigii
sublimatus Hac merito ecclesia cantat
Martine par apostolis Et in vita eius
legitur quod apostoli eum frequenter tamquam
comparem visitabant Ergo hic dicitur mons
Et de eo dicamus illud Ysaie 2 Erit
preparatus mons domus domini in vertice
montium et elevabitur super colles
et fluent ad eum omnes gentes Ad literam
enim ipse fuit mons elevatus in
vertice montium Et in statu militali
Et in statu monachali Et in statu
presulari Quilibet enim horum sta-
tuum dicitur quidam mons Primo quia
In primo mons magnus fuit mons ma-
In secundo mons sanctus gnus in sta-
In tertio mons altus tu militari
Ratio quia mons est difficilior Et
Difficilior ad accedendum propter
Fortior ad resistendum istas
Aptior ad defendendum quatuor
Tutior ad custodiendum rationes
bonus miles sicut fuit beatus Mar- Con. Bo.
tinus dicitur mons quia debet esse
Armorum continuus conservator Hic
nota auctoritate Vegetii de re militari 2o 2 c
Adversariorum strenuus impugnator
non terrarum non agrorum
Patriorum sedulus defensator non
excoriator non exactor tor non
Thesaurorum prudens congregator dissipa-
tor non depredator quia abyssus ex-
pensarum abyssum invocat rapinarum
Abyssus enim abyssum invocat in psalmo
Et quia non habemus predicare
militibus militaribus militiam
~~militiam~~ corporalem sed spiritualem De quo
Job Militia est vita hominis super

c d 192

tra Videtur michi quod qui bene volt militare oportet quod habeat has conditiones. Primo ut sit armorum conpetenter continuus. Fatuus enim est qui preliator arma dimittit in bello. In mundo isto sumus continue in bello quia mundus caro demonia dum ista movent prelia. Ergo oportet continue tenere arma

Sapientie que sunt lucida contra dyaboli deceptiones
Patientie que sunt valida contra mundi tribulationes
Iustitie que sunt placida contra carnis rebelliones

Primo debemus tenere arma sapientie que sunt lucida contra dyaboli deceptionem. Adversarium enim dyabolus valde conatur ante decipere dicens

Vindictam . iniustitia
Pacem adversariorum . iniuriam
Cupiditatem . prudentia
Recreationem . gulam
Dignitatem . superbia

Ista sunt arma dyaboli de quibus dicitur prover. 22. Arma et gladii in via superbi, custos autem anime sue longe recedet ab eis. Sed contra ista arma sunt tenenda arma lucida sapientie que ostendunt quid bonum et quid malum Ro. 13. Induamur arma lucis etc. Et 2. Mach. ult. quod dicitur quod singulos eorum armavit Iudas non clipei et haste munitione sed sermonibus optimis. Isti sunt sermones sacre scripture ubi inveniuntur omnis armatura fortium ut dicitur Can. 4. Et quod preceptis Greg. super Ezech. dicit sic In isto eloquio divini mea munitio continetur. Ibi quippe sunt precepta dei et exempla iustorum. Si enim torpet animus a dilectione sui desiderio, audiat quod ibi dicitur Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex tota virtute tua. Si quis in odio fortasse labatur proximi audiat quod ibi dicitur Non concupisces rem proximi tui. Si de iniuria que ore vel facto a proximo illata est ad iram mens accenditur, audiat quod ibi dicitur Non queras ultionem nec memor eris iniurie civium tuorum. Si in carnis concupiscentia male lascivia mens attenditur ne sequatur oculus meterum audiat quod ibi dictum est Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Si contra inimicum ad suum forsitan usque animum suum posset relaxare modo, audiat quod ibi scriptum est Diligite inimicos vestros et benefacite his qui vos oderunt. Si mens aliena rapit adhuc forsitan sua cordia retinet, audiat quod ibi dicitur Vendite que possidetis et date elemosinam. Si infirmatis mens presentium desiderat deo simul et seculo, audiat quod ibi scriptum est Nemo potest duobus dominis servire. In collo igitur sancte ecclesie i. sacri eloquii predicatione que per sua munitione et altitudine tueri David filius est mille clipei pendent, quia quot illic precepta sunt tot etiam pectoris mei munimina sunt. Secundo debemus tenere arma valida patientie contra mundi tribulationes. Tribulatio enim patientiam operatur ad Ro. 5. Tamen autem mundus immittit tribulationes patet in ps. Filii hominum dentes eorum arma et sagitte et lingua eorum gladius acutus.

Arma i. apta contentione que generat inimicitiam
Sagitta occulta detractione que generat infamiam
Gladius acutus in fallaci adulatione que generat vanam gloriam.

Iste sunt temptationes mundi contra quas debemus accipere armaturam patientie Eph. 6. Accipite armaturam dei ut possitis resistere. Armatura dei est patientia 1 Pe. 4. Christo passo in carne vos eadem cogitatione armamini. Tertio debemus tenere arma placida iustitie contra carnis rebellionem. Caro enim impugnat libidinosa voluptate sicut illa egyptia impugnabat Ioseph.

a

Rom. 39 Secundo contra ea assumenda sunt arma iusticie Iustum enim est ut caro auallet ur et racio dominetur Et Ro. 6. dicitur Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato sed exhibeatis membra vestra arma iusticie deo Et 2 ad Cor. 6. per arma iusticie a dextris et a sinistris A dextris secundo rectam racionem a sinistris fugiendo carnis delectacionem Ista ergo sunt arma que debemus continue conservare de quibus dicitur 2 ad Cor. 10. Arma milicie nostre non sunt carnalia sed per deo ad destructionem municionum Et quis est istorum armorum conservator sed continuus statim sed alia tria querere sunt ad bonum militem scilicet

Viciorum impugnator strenuus
Virtutum et actorum defensator assiduus
Oppressorum consolator precipuus

Et quia factus Martinus ista arma continue conservavit fuit enim

Sapientissimus in dyaboli cognicione unde dicitur quoniam apparuit sibi in specie Christi
Pacientissimus in tribulatione unde quoniam incidit in latrones unde in vita eius legitur quoniam cum esset summus sacerdos impune sepe a clericis ledebatur nec a sua propter hoc eos curia repellebat Nemo umquam vidit eum iratum nemo videte nemo mentem umquam in ore illius nisi Christus numquam illius corde nisi pietas nisi pax nisi misericordia regnat unde de illis qui eum obtrectaverunt
Constantissimus in tormentis

Fuit etiam macerator Ergo merito bonus miles attendens sibi dictum illud 1. Thim. 1. hoc preceptum commendo tibi ut milites in illis bonam miliciam habens fidem et bonam conscienciam Et 2. Thim. 2. labora sicut bonus miles Christi ibidem Ergo merito in statu militari dicitur mons magnus Et de eo dicamus illud Dan. 2. lapis qui percusserat statuam factus est mons magnus et implevit universam terram Ubi aliquatur commendatur si non perfecte

Primo quia firmus et precipuus conservator

b

meritorum lapis

Pugnator viciorum
Secundo quia strenuus ipsum quoniam percusserat statuam
Tercio quia perspicuus contemplator celestium gaudiorum factus est mons magnus
Quarto quia perspicuus predicator divinorum eloquiorum quia implevit universam terram

Dico 2° quod in statu regulari fuit non solum mons magnus ymmo mons factus adtunc eundem sciendum quod mons est ~~~~

Clarior ad cognoscendum
Aptior ad erudiendum
Purior ad permanendum
Proximior ad respirandum
Altior ad transcendendum

Modo beatissimus Martinus in statu regulari sed istas quinque condiciones

Primo suavitatem contemplacionis clarioris qua cognovit limpidius
Secundo assiduitatem oracionis ferventioris qua obtinuit facilius
Tercio puritatem conversacionis honestioris qua placuit gratiosius
Quarto promptitudinem humiliacionis
Quinto integritatem abdicacionis perfectioris qua accessit securius

melior quam receptus fundacionis

Et has quinque condiciones debet habere quilibet perfectus religiosus Dico primo quod habuit clarioris Ad literam enim quilibet perfectus religiosus et clericus dicitur contemplativus Job 39. Numquid

Vita perfectorum ad imitandum
Pena dampnatorum ad evitandum
Gracia factorum ad festinandum
Gloria bonorum ad desiderandum

ad preceptum tuum elevabitur aquila et in arduis ponet nidum suum in petris manet et in preruptis silicibus commoratur atque in accessis rupibus Inde contemplatur escam de longe oculi eius prospiciunt Et videte quod singulariter loquitur Melior enim quam aliquis ascendat ad contemplacionem regni

Mentis elevacio quia elevabitur aquila
Ipsa vita quia in arduis ponet nidum suum
Mundana curis castigacio quia in petris manet
Solitaria conversacio quia in preruptis silicibus commoratur

Et tunc potest sequi contemplacio

Et quia ista maxime sunt in reli
gione Ideo e(st) modus maxime aptus
contemplatoni Et io d(icitu)r Unius za
distende in node istud et contemplac
inde erit qua daturus sum filiis
isrl Sz heu p(ro)h dolor clerici et
religiosi magis contemplantur temporalia
q(uam) celestia Magis insistit ad tempora
lium multiplicacio(nem) q(uam) ad celestium de
gustatio(nem) Sicut ille de quo het
Ber. x. de quo d(icitu)r q(uod) contemplatus
e(st) pecuniam more paculi Aug(ustinus)
sup(er) Cant(ica) s(er)mone xx dicat sit
pauci admodum sunt q(ui) no(n) ssua
sunt querunt ex omnibus curis eius q(ui)
diligunt munera nec pro xpm p(ro)
diligere q(uia) manus suas manione
dederunt Intuere quomodo incedunt
nitidi et uariati ualetatibus tamq(uam)
sponsa p(ro)cedens de thalamo suo
p(ro)one si quepiam talium eminus pre
dentem aspexeris sponsa potius
putabis q(uam) sponse custodem Unde
ut hec illis exuberare existimas
rerum affluencia / vestium spledo
rem mensarum luxuriam / vasorum au
reorum et argenteorum congeriem
nisi de bonis sponsi Unde illa pau
per et inops et nuda relinquitur eius fa
cies miserabilis inculta hispida faties in
sereada ppt hoc ins e hoc tpe spo
sam ornare sz spoliare / no(n) custo
dire sz p(er)de(re) / no(n) e defendere sz expo
nere / no(n) instruere sz p(ro)stituere uno
e pascere sz deuorare et mactare
dicete de illis p(ro)ph(et)am d(omi)no Deuorat
plebem meam sicut escam panis Et
q(ui) comederunt Jacob et locum eius
desolauerunt Etiam in alio p(ro)ph(et)a
pc(ca)ta p(o)p(u)li mei comedunt / q(ui) dicet /
pc(ca)torum pena exigunt sz petentibus
debitam solitudinem no(n) impendunt

nunc enim nichil dabit de uno p(re)positorum
sed nd magis uigilet de subditorum cura
quam de marsupiis q(uam) ex t(em)p(or)alibus p(ro)
fitis Vtinam ita vigiles inueniret
aurea vero sicut alacres veniunt ad
cathedram vigilaret vtiq(ue) et no(n) fi
neret de se dici Amici mei et p(ro)xi
mi mei aduersum me appinquerunt et
steterunt / Non sic Beatus martinus
qui no(n) terrena sz celestia contemplabatur
vnde semper habebat oculos ad celum
erectos Et dicit illud 2 ad Cor. 4 Id
enim quod in p(rese)nti e(st) momentaneum et leue
tribulacionis nre sup(er) modum in sublimi te
ternum glie pondus operatur in nobis
no(n) contemplantibus nobis que uidentur
sz que non uidentur temporalia sunt q(ue)
aut non uidentur eterna sunt ¶ Dico
2o q(uod) habuit assiduitatem in Et hanc
debemus h(abe)re potissime clerici et religiosi
Et racio huius est eterna oracio obtinet

Oracio

p(ri)mo remissionem peccatorum
2o refrenacionem carnalium et spiritualium uiciorum
3o repletionem bonorum celestium p(rese)ncium et futurorum
¶ Dico primo q(uod) oracio optinet remissio(nem)
pctorum et quo ad culpam q(uia) humilitas
oracionis deuote est contra superbie cul
pe unum aut co(n)trariorum destruit reliq(uu)m
Et etiam quo ad penam q(uia) oracio p(ro) sa
tisfactione Et io Ecc. 28 d(icitu)r Fili in infir
mitate tua no(n) despiciat te ipsum sz
ora dominum et curabit te Ante te ad e
licto Et Ecc. 6 d(icitu)r qui diligit deum
exorabit p(ro) p(e)c(ca)tis et continebit se ab
illis et in oracione dierum exaudietur
¶ Dico optinebit refrenacionem carna
lium et spiritualium viciorum / Carnalium q(ui)de(m)
q(uia) sicut eleuata una parte stature altera
deprimitur Sic eleuato spiritu p(er) oracionem
caro domatur p(ro) Ego aut cum mihi
moleste essent indui cilicio Et Mt. 9 d(icitu)r q(uod)
hoc genus demoniorum no(n) eicitur nisi in
ieiunio et oracione / Sic spiritualium Sic
enim multiplicato auxilio exercitus tre
munt hostem ipsum inuadere Sic multiplicatis

a

aduersarii per orationem timet inuadere
inimici nostri Et ideo Mt. 26 dicitur vi-
gilate et orate ut non intretis in
temptationem ¶ Tertio optinet reple-
tionem bonorum celestium presentium et fu-
turorum Sicut enim verbum dulce acquirit
amorem hominis Sic devota oratio amo-
rem dei Eph. 4 Nichil solliciti sitis
sed in omni oratione et obsecratione petitio-
nes vestre innotescant apud deum Et Jac.
ultimo Orate pro invicem ut salvemini Et
Luc. xi. Quicquid orantes petitis credite quia
accipietis et fiet vobis Verum est hoc
quod ad hoc quod oratio exaudiatur requiruntur tria
in orante ¶ Primo complacentia ami-
citie quia amicorum est idem velle et idem nolle

Quare oratio exaudiatur tria requiruntur
1º complacentia amicitie
2º innotescentia indigentie
3º perseverantia instantie

Talis querendus est ad orandum quod sit ydo-
neus ad placandum Quia sicut Gregorius
Cum is qui displicet ad intercedendum
mittitur irati animus ad deteriora provocatur
Amicitiam vero hominis ad deum faciunt tria

Tria faciunt amicitiam hominis ad deum
mundicia quo ad se ipsum
obedientia quo ad deum
iustitia quo ad proximum

Primo mundicia quo ad se ipsum et ideo mundorum
hominum oratio exauditur 1. Thim. 2. Volo
viros orare in omni loco levantes
puras manus ad deum Unde sicut ab
immundo vel in immundo vase oblatio non
placet deo Sic nec oratio in immundo cor-
de Ysa. 1. Cum multiplicaveritis orationes
non exaudiam manus enim vestre sanguine
plene sunt ¶ Secundo requiritur obedientia
quo ad deum quia deo obedientium oratio exau-
ditur Prov. 28. Qui observat legem
multiplicat orationem Stultum autem est ro-
gare per quo nichil volumus facere Prov.
28 Qui declinat aurem ne audiat
legem oratio eius erit execrabilis ¶ Tertio
requiritur iustitia quo ad proximum quia deo
orationes iustorum exaudiuntur Prov. 15.
Longe est dominus ab impiis et orationes iustorum
exaudiet Et ergo rogare rogare proximum

b

et facere filio iniuriam stultum est Sic
rogare deum et iniuriari proximo Exemplum
de Anthiocho 2 Mach. 9. Orabat
dominum scelestus a quo non erat misericordiam
consecuturus ¶ Secundo ad orationem requiritur
innotescentia indigentie Sicut videtur
patere ad sensum quod pauperes ostendunt et
pedes et manus usque ad sanguinem
ut magis moveant ad misericordiam Ps. Effun-
do in conspectu eius orationem meam et tribu-
lationem meam ipsi pronuncio Exemplum de phariseo
Luc. 18 et de bono latrone et ma-
lo Luc. 23 Eccl. 35 Oratio humiliantis
se nubes penetrabit ¶ Tertio ad orationem
requiritur instantia perseverantie Sicut
pauper instat clamando Arbor non
cadit primo ictu et lapis non cavatur
nisi frequenti casu gutte 1. Thess. 5.
Sine intermissione orate Rom. 12 Orationi
instantes Quia sicut dicit Aug.
in quodam sermone Oratio est anime sacri-
ficium, angelo bono solatium, dyabolo
supplicium, gratum deo obsequium, perfecta
religionis laus, perfecta gloria, spes
certa, sanitas incorrupta Adhoc autem
specialiter sumus nos clerici et religiosi
ordinati Sed videte quid dicat Aug.
plus placet deo latratus ca-
num mugitus boum, grunnitus porcorum
quam cantus clericorum luxuriantium Et
ideo dicit quis pro peccatis populi inter-
cessor se obiciet si sacerdos qui orare
debuerat deteriora committat, quasi dicat
nullus Et ideo beatus Martinus orabat
innocenter et perseveranter Unde in vita
eius legitur Nulla hora momentum
que preteriit quo non aut orationi aut
lectioni incumberet, inter legendum non
et orandum numquam animum ab ore rela-
xabat Mt. 14 Ascendit in montem
solus orare, et ideo quicquid petiit me-
ruit optinere Et de eo dicitur illud
Sap. 18 Properans homo sine querela
deprecari pro populis proferens scutum sue

c

sentiu et oconstitit nec Dico
3o quod habuit puritatem conversacionis unde
sicut videtis quod montes a remotori
apparent quam valles Sic vel inhone
sta vel honesta conversacio in religioso
vel prelato vel clerico ab omnibus magis
videtur Et ideo debet esse magis
puri et honesti alias eorum sacrificium
non placet Ad literam enim inhonestas
et impuritas in clerico vel religioso
est sicut macula in facie vel oculo quia
est turpitudo et magis apparens
Deo decet habere puritatem conversacionis
honestioris ut graciosius placeat
1 Re 2 puer Samuel crescebat
placens tam deo quam hominibus quia puer
i. purus ideo deo placebat Ergo
carissimi conversacionem vestram inter gen
tes habentes bonam Sicut dicit apostolus
1 pe 2 et ad Ro 13 sic ut in die
honeste ambulemus Sed videte karissimi
quod Ruben primogenitus Jacob ma
culavit stratum eius ut habetur Gen
49 Ruben primogenitus clericus
vel religiosus qui habet ius primogeni
ture quia succedit in hereditate Christi in
patrimonio crucifixi et vivit iste
maculat per vite et conversacionis inhone
statem stratum ecclesie et Christi potius
quam layci Anshelmus sermone 33 super Cant
Si insurget apertus hereticus mittetur
foras et arcebitur si violentus inimicus
abscondet se forsitan ab eo Nunc
non quem eiciet aut a quo se abscondet
omnes amici et omnes inimici omnes necessarii et
Sed Christus istam puritatem servavit unde
dicere potuit illud Sap 8 Puer
eram ingeniosus et sortitus sum animam
bonam et cum essem magis bonus veni
ad corpus incoinquinatum Ut de eo di
camus illud ps Induxit eum in mi (?)
sterium sanctificacionis sue Quarto dico quod
habuit profunditatem humilitatis Ad literam

d

enim sicut vas quanto profundius tanto
magis capax Sic quanto plus est quis
profundior humilitate tanto magis est
capax dei et gratie Quia Jac 4 dicitur
Deus superbis resistit humilibus autem
dat graciam Ideo dicit Augustinus in epistola
ad Dyascorum Non aliam tibi ad ca
pescendam et optinendam veritatis viam
invenias quam que munita est ab eo qui
gressuum nostrorum tamquam deus vidit infirmitatem
Ea autem prima est humilitas 2a humilitas
3a humilitas Et quociens interrogares
totiens responderem humilitas Et Jeronimus
in epistola ad Celanciam dicit Nichil est
quod nos ita deo et hominibus gratos faciat
quam si vite merito magni humilitate
simus infimi Humilitatem contestatur non
quod ostenditur aut simulatur gestu corporis
aut fracta voce verborum sed quod pu
ro cordis affectu exprimitur Aliud est
enim virtutem habere aliud virtutis similitudinem
Multo deformior est illa superbia que
sub quibusdam signis humilitatis latet Ne
scio enim quo turpiora sunt vicia que
specie virtutum occultantur Hanc autem profun
ditatem humiliacionis habuit sanctus Mar
tinus Unde in vita eius legitur quod cum
militaret uno erat servo contentus
cui versa vice insistebat sepius et calcia
menta sepius detrahebat atque tergebat
Legitur enim quod pauperi quedam leproso
cuius horribile obvium habens vultum osculatus
est et cum ei benedixisset statim ille
mundatus est Legitur etiam quod in secre
tario residens numquam cathedra usus est
Nam in ecclesia numquam eum aliquis sedere
conspexit In secretario autem sedebat
in sellula rusticana quam tripodes vo
cant Ut possit merito dicere illud 2 Re 6
Ero humilis in oculis meis et cum ancillis
de quibus locuta es gloriosior apparebo Et
ideo merito dicitur de nobis (?) Sicut enim ad sensum vi
demus Mons solis influentia recipit
celerius suscipit perfectius custodit diu
tius Unde illud Augustinus montes de superioribus

humilitas

a

Et sic btus martinus ut sit ille mons
de quo d[r] in ps mons in quo bnplacitum est deo hi. in eo. etenim dominus hi. in fi.
Tertio dico quod habuit integritatem
Ad literam enim homo oneratus non potest ita
faciliter ascendere nec homo grossus per
arctum foramen intrare Ad regnum autem
celorum non potest homo pertingere sine ascensu
Item via arcta est valde Vnde Matthei 7
Et ideo homo oneratus temporalibus nisi
se exueret vel totaliter propter xpm omnia
dimittendo et nudum xpm nudus sequendo sicut fecit btus martinus pauperibus paulatim distribuendo non potest ad
illud regnum ascendere nec foramen ita
arctum transire Matthei 19 diues difficile
intrabit in regnum celorum Et sequitur facilius est camelum per foramen acus transire
quam diuitem intrare in regnum celorum Sed paupertatis statum facit intrare quia Matthei 5 dicitur Beati
pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum
Et ideo clamabat Augustinus Venale quidem
habeo regnum celorum, quo emitur paupertate
regnum, labore requies, dolore gaudium
morte vita Istam autem paupertatem btus
martinus habuit Vnde de eo cantat ecclesia
sancta mater Pauper et modicus hic martinus celum diues ingreditur hymnis
celestibus honoratur Anima sic dicitur Eccl. 6
pauper pergit illuc vbi est vita Et ideo bene
dicitur mons quod eius bene Sublimitatem perfectionis Matthei 19 Si
vis perfectus esse etc. Et
2 Cor. 8 Altissima
paupertas eorum habundauit in diuitijs
simplicitatis eorum
Et bene est altissima
quia celum attingit Ysa. 29 pauperes homines
in sancto israel exultabunt Habet etiam
securitatem habitacionis Ad literam cantabat
vacuus coram latrone viator Et econtra de
diuite dicitur Job 17 Sonitus terroris in aure

[left margin, beside the bracketed list:]
Sublimitatem
Securitatem
Et ampliorem claritatem

Et paupertas voluntaria habet
Sublimitatem perfectionis
Securitatem habitacionis
Claritatem visionis

b

bus eius Et Boetius 2 de consolacione
Opperlata opum mortalium beatitudo quam
cum adeptus fueris securus esse desistis Ad literam enim diuicie corporales sunt
laboriose acquirentibus
periculose habentibus
dampnose consumantibus
perniciose amantibus
Ideo 1 Thim. 6
Qui volunt diuites fieri incidunt
in laqueos dyaboli
et in desideria multa inutilia et
nociua que mergunt homines in interitum 2 Eccl. 7 Diuicie conseruate in
malum domini sui pereunt in afflictione
pessima Et prouerb. xj dicitur Qui confidit
in diuicijs corruet Non nego tamen quin
quibusdam sint fructuose distribuentibus
Anima sicut dicit Ambrosius Diuiciae ipse
diuitiis sunt ipsius Contra bonis sunt
adminiculamenta virtutis Vnde Eccl. 31 dicitur
Beatus diues qui inuentus est sine macula
Et sequitur Stabilita sunt bona illius
in domino et elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum Sed paupertas habet plena securitate confidit solum
in domino Et Jer. 17 dicitur Benedictus vir
qui confidit in domino et erit dominus fiducia
eius Iste est positus in loco firmissimo
quia talis non querit aliquid in mundo sed in
celo Vnde talibus dicitur Exod. 15 plantasti
eos in monte hereditatis tue firmissimo habitaculo
tuo quod operatus es domine Et ideo
Ysa. 14 dicitur pauperes fiducialiter requiescant Habet etiam paupertas claritatem
visionis Ad literam non solum visionis
glorie sed etiam sacrae Vix vidi aliquem
habundantem multum, qui bene perfecit vel
saltem pro vno vidi decem de alijs Ideo
dicitur in ps videant pauperes et letentur
Christus ergo omnibus paupertas dicitur mons
qui mons dei mons pinguis Sed dicitis michi Ex quo sanctus martinus
ista paupertate noueat quare acceptat
postea episcopatum turonense qui multis
diuicijs affluit Sed adhuc statim patet
responsio Anima sicut perfectio exigit

pauptas

de paupte

q diuicie relinquatur in pp° Sic
sine impedimento pfectois possunt fa
cultates eccl[es]ie que sunt bona quia
possideri Sicut dicit prosper .2. de
vita contemplatiua .c.10. et po[nitur] in decr[eto]
12.q.1. c. Expedit facultates ecclesie
possideri sicut pp[ri]as . pfectionis aut[em]
contepni Non enim sunt pp[ri]e si quedam eccl[es]ie
facultates Et io q[ui]sq[ui]s omnia q[ue] ha
buit dimissis aut venditis sit rei
sue contemptor, cum ppositus factus fu
erit ecclesie, omni que sunt ecclesia effi
citur dispensator Deniq[ue] Beatus
paulinus ut ipi melius nostis in
gentia pdia que fuerant sua vendi
ta pauperibus erogauit Sed postea cum
epus non contempsit ecclesie facultates
sed fidelissime dispensauit Quo facto
satis ostendit et ppria debere pp[ter] pfectio[n]em
contepni, et sine impedimento pfectionis
posse facultates ecclesie q[ue] sunt pfecto
quia possideri Quod factus hylari[us]
none et ipe omnia sua aut parentibus
reliquit aut vendita pauperibus ero
gauit Qdeo tamen cum merito sue pfectionis
fieret Eccl[es]ie Arelaten[sis] Epus, que illa
tunc habebat ecclesia non solum possedit
sed etiam tunc acceptis in[n]umerosis heredita
tibus ampliauit Itaq[ue] homines tam
sclarum q[uam] diuinar[um] literar[um] sine ambiguitate
doctissimi, si sciret res ecclesie debere
contepni, nunq[uam] ea que omnia reliquerat
suscipere debuisset Ex quo p[atet] q[uod] facul
tates ecclesie p[os]sunt sine impedimento pfec
tionis et absq[ue] violatione voti paupertatis
possideri dum tamen fideliter dispensent[ur]
Sed nunq[ui]d clericis et Religiosis sic
debent hodie dispensantur Videte
quid dicat Bern[ardus] in quodam sermone p
fectas illud ysa .26. In terra sanctorum
inique gessit et non videbit gloriam do
mini Dicat enim sic Timeat clerici ti
meat ministri ecclesie q[ui] in terris sanctorum

quas possident tam inqua gerunt, ut
stipendijs que sufficere debent minime con
tenti, superflua quibus egeni sustentandi
forent impie sacrilegeq[ue] sibi retineant
et in vsus supbie victum pauperum consu
mere non verentur, duplici pfecto iniquitate
peccantes q[uia] et aliena diripiunt et sacris
in suis turpitudinibus et vanitatibus ab
utuntur In labore hominum non sunt et cum ho
minibus non flagellabuntur Ideo tenuit
eos supbia op[er]ti s[unt] iniq[uitate] et impietate sua, ut
non simulentur adpriuam sed dapnentur pro
supbia cum supbo dyabolo et angelis eius
Vnde q[ui] in labore hominum non sunt, in labore
pfecto demonum erunt Et idem Bern[ardus]
in epistola ad Henon archiepiscopum dicit sic
Clamant nudi clamant famelici 27 Et
io .1. ad Cor. 4. d[icit] Hic iam querit[ur] inter dis
pensatores ut fidelis quis inueniatur ad
literam cum pauci dispensant eo modo quo
debent Sed Beatus Martinus fidelissime
dispensauit Et io d[icitur] Mons sanctus Vt
de eo dicatur illud Zach. 8. Vocabitur mons
domus domini exercituum mons sanctifica
tus Vbi tangit quadruplex causam [quare] redditur commenda
bilem quia fuit opinionis claritate lu
Primo dum vocabitur litate preclarus quia
Secundo quia fuit abiectione humilitatis mons domus domini
Tertio quia fuit operatione strenuissime ideo quia mons dominus exercituum
Quarto quia fuit conuersatione puritate rectitudinis
quia mons sanctificatus Quarto et vltimo
fuit in statu pontificali mons altus Videamus
euidentia saciendi q[uia] mons est natiuus
metallorum nobilium contentiuus Ex ysi[dor]o q[uo]r[um] g[enera]
Secundo mons fructuum collatiuus dicit in
Tertio siluarum sublimium productiuus statu ponti
fontium et riuorum pciosorum ema fical mons
Primo quia continebat metalla in thesauro
que excedebat ex valore imitationis q[ui]a pla
Secundo quia pferebat fructus [et] opera dign[a] cebat excedere
Tertio quia producebat siluas et verba sacre
exhortationis que mouebat ex vigore
Quarto quia pferebat aquas fraterne compassionis
que allicebant ex dulcore Primo
enim habuit aurum caritate dilectionis

bis patuit cum imminente morte discipulis
flentibus et dicentibus Cur nos pater
deseris aut cui nos desolatos derelinquis
Invadent enim gregem tuum lupi rapaces
Eorum motus fletibus flens orauit domine
si adhuc populo tuo sum necessarius non recu-
so laborem fiat voluntas tua Unde du-
bitauit pene quid mallet quia nec hos
deserere nec a christo volebat diucius separari
Eccli. 50. Quasi vas auri solidum orna-
tum omni lapide precioso Non sic hodie multi prelati
qui plus student a subditis timeri
Quod etiam habuit exemplum digne imitari
bus patuit cum ab imperatore semel invi-
tatus fuisset et sibi primo fuisset poculum
oblatum sperantibus cunctis ut post se imperatori
tribueret Ille presbitero suo dedit indignum
iudicans si aut regem aut regis proximos
pretulisset presbitero Sed heu hodie quidam
eum in hoc non imitantur cum etiam hodie
pro libertatibus ecclesie tuendis vix audeat
verbum reddere immo quod peius est permittunt
ecclesiam in maiorem seruitutem redigi quam
sit terra rusticorum immo proh dolor isti
sunt qui procurant tum tamen terra sacerdotum
fuerit immunis a seruitute ut patet Gen. 47
Et Apoc. 22 lignum vite afferens fructus
duodecim Quod etiam producebat verba
exhortationis sancte patet vitam eius intuenti
Eccli. 24 Quasi cedrus exaltata sum in libano
Quod etiam proferebat aquas bene compas-
sionis patet in vita sua legitur quod tante
compassionis erat erga delinquentes
quod omnes penitere volentes ad compassionis
sinum recipiebat Unde cum dyabolus eum
semel reprehenderet cur semel lapsos ad
penitentiam reciperet Audiuit Si tu ipse omni-
seabilis ab hominum infestatione desisteres
et te factoris tui peniteret ergo tibi
confisus in domino christo misericordiam polli-
cerer Bene ergo proferebat aquas compas-
sionis Joh. 7 Flumina de ventre eius
fluent aque viue Bene ergo dicitur moder-

celsus Ut de eo dicamus illud Apoc. 3
Erit mons templi in excelsa Et Ys. 2
Erit mons domus domini Et quia ascenden-
tibus symbolum facilior est transitus
sicut philosophus primo de generacione et corrupcione
Ideoque mons hodie venit ad montem
dei in eius transitu Ad hunc cum
in eius transitu vultus eius tanquam glo-
rificatus resplenduit et chorus an-
gelorum continens eius canticum auditus
est Ut de eo dicamus illud psalmi Habita-
bit in tabernaculo tuo et requiescet in
monte sancto tuo Ad quem montem nos
perducat qui est benedictus in secula seculorum amen

Sermo quando passagium fuit concessum

Accingimini et regi francie
Estote filii potentes et estote
parati in mane ut pugnetis ad-
uersus nationes has que conuenerunt nos
disperdere et sancta nostra 1 Mach. 3
Hec sunt verba Iude machabei qui erat
princeps milicie et agebat bella
populi aduersus filios israel qui lisias
miserat ptolomeum nycanorem
et gorgiam viros potentes et duxit
40 milia virorum peditum et septem
milia equitum ut venirent in terram iuda
et disperderent eam ex precepto regis antho-
chij Augustinus Aug. 22 contra faustum dicit
sic Quid enim culpatur in bello an
quia moriuntur quandoque morituri an quia do-
mantur in pace victuri Hoc reprehen-
dere timidorum est non religiosorum
nocendi cupiditas ulciscendi crude-
litas implacatus atque implacabilis
animus feritas rebellandi libido do-
minandi hec et hiis similia in bellis
iure culpatur Et subdit Interest
quibus causis quibusque auctoribus ho-
mines gerendi bella suscipiant ordo tamen
ille naturalis pacis mortalium accommo-
datus hoc poscit ut suscipiendi belli

auctas / atq consiliu penes principes
sit / exequendi aut iussa bellica mi-
sterium milites debeat pari salute
qz qui bellu aut quod gerendu do
auctore suscipit / vel te suscipi dubitare
phas no est ad terrend vl subiugand
mortaliu supbia / Ex qua auctre
videt' mich maifeste colligi q bel-
lum aliquod tanq iustu merito cen-
setur assumendu qm quatuor concur-
runt / est e principe auctas et ex-
ercendo / celle ad iudicand / tas et pbi-
tas e i milite obedia z pmi / tas ad exeqnd
ex ca ipellete iustia z vitas ad psequd
ex e i aduersante malicia et iniqtas
ad iuadend vl resistendu / Bellu
enim no pt quilz iudicare sz princeps
Unde et si miles in bello acia pspe
agat / in contu preceptu principis / no
laudatur sz punitur Sicut pz de
Jonatha .1. R . 14 . Non hic de illo q
pprium filiu occidi voluit qz pcessisset
ad dimicand sine licencia sua dicens
melius e privari forti filio q
rempublica militari disciplina Et
io dr principi Gen. 41. Tu eris sup
domum meam et ad tui oris impiu
cunctus pplus obediet Et numer. 9
preceptu erat ne pplus moueret se
nisi ad impiu domini Unde ibid dr
Ad impiu eius pficiscebatur et
ad impiu eius figebat tabernacula tha-
bernacula Et ppt hoc .1. Mach. 5. dr
q Josephus et zacharias volentes
sibi facere nomen / et audientes plia et
victorias patratas p Juda et fres eius
exierunt pugnare adversus gentes
sz fugati sunt et ceciderunt de pplo usqz
ad duo milia viror Unde dr inter-
cu Ceciderunt in bello dum voluerunt
fortiter facere dum sine consilio exerent in
plium / Dico 2o 2a Si enim miles sit
formidolosus et pavidus / magis no-
cet in bello q pdest / quia unus ti-
midus facit fugere mille Non q alit e bello q
fugientes puniebat / qz vel occidebatur
vel in exiliu mittebatur / vl cu pediti-
bus constituebat / Et ppt hoc deutr. 20.
precepit / q an exitus debet voce publi-
clametur prius et dicat / Quis est ho
formidolosus et corde pavidus va-
dat et revertatur in domum sua ne pave-
facere faciat corda fratru suoru sicut ille
pavore perterritus est Et ppt hoc dicit Ve-
getius de re militari / q in bello plus
valz docta et exercitata paucitas / q
indocta multitudo exposita semp ad
cedem Et ppt hoc Can. 3. dr En lectu-
lu salomonis sexaginta fortes am-
biunt ex fortissimis isrl oes tenentes gla-
dios et ad bella doctissimi Unde Ju-
das machabeus licz adversarij cu ma-
xima multitudine venissent ad eum
et ipe paucissimos haberet secu / tn
precepit formidolosis ut redirent ad do-
mum sua .1. Mach. 3. Dico 3o bernardus
in libro de laude nove milicie templi dicit
Si bona fuit causa pugnantis / pugne
exitus malus esse no pt Sicut nec bonus
iudicabitur finis vbi causa no bona et inte-
cio no recta pcesserit Et Aug de vbis
domini dicit Apud veros dei cultores
etia ipa bella pacata sunt / que no
cupiditate aut crudelitate sz pacis stu-
dio gerunt / ut mali coherceantur et
boni subleventur Unde de bono principe
Apoc. 19. In iusticia iudicat et pugnat
Dico 4o 2a Contra enim bonos vel
obedire volentes pugnand no est / sz
contra inobedientes et rebelles Quia sicut
dicit Augustinus ad bonifaciu No
pax querit / ut bellu exerceat / sz bellu
geritur ut pax acquiratur Et seqt
hoste pugnantem necitas pimat no
voluntas / sicut rebellanti et resistenti
violencia reddit / ita victo vl capto

a

quatuor in bello occurrere dinoscuntur

mia ca debetur maxime in quo
patis perturbato non timetur Pap. i.
Pugnabit orbis terrarum contra insensa
tos / Modo in bello quod videtur pulcra
imminere ista quatuor occurrunt | ritas ad
In domino rege excellencia et auctori | indicendum
In eius milicia obediencia et probitas ad resistendum
In causa iusticia et veritas ad prosequendum
In adversario malicia et iniquitas ad invade
dum vel resistendum. Sicut ista probatur
magis infra. Ergo istud bellum tamquam
iustum a quolibet est merito assumendum. Et hoc
est quod hortatur in verbis propositis dicens

Introductio Thematis

Confortamini etc. In quibus verbis quatuor
tanguntur que debent esse in quolibet qui vult
procedere ad prelium sicut debet. Bellator
enim est in corpore mistico sicut manus
in corpore naturali. Unde dicebat psalmista Docet
manus meas ad prelium et digitos me
os ad bellum. Manus in corpore naturali est
organum organorum et habet quatuor condiciones.
Primo enim ipsum grossum est ad obtemperandum est
faciliter Confortamini | virtuosum quod
Secundo inducit ad extractum | est amplexandum
viriliter et estote filii potentes | quod
Tercio indicat consilium fructuosum | est perse
quendum utiliter et estote parati ad pugnandum
Quarto describit flagicium criminosum quod
est detestandum et impugnandum fortiter
adversus naciones has que convenerunt
nos disperdere et sancta nostra. ¶ Dico primo etc.
Applicamus enim sicut manus exponit se
in custodia capitis sic quilibet bonus
subditus in custodia principis. Sicut legitur
2 Reg. 21 de Abisai filio Sarvie et de
David rege. Sicut ergo manus habet obe
dienciam, sic et ille qui vult esse in pugna.
Unde beatus Gregorius scribens militibus
neopolitanis dicit sic: Summa laus mi
litie inter alia bona merita hec est ad
obedienciam reipublice utilitatibus exhibere
et quicquid sibi utiliter imperatum fuerit obte

b

pare. Et Valerius maximus dicit
Et idem etiam dicit Vegecius de re
militari. Cum disciplina militaris
acriter retenta principatum Italie
romano imperio peperit, multarumque
urbium magnorumque regum validissi
marumque gencium regimine largitur.
Obediencia ergo discipline est ita necessaria
est pugnanti pro isto imperio isti tam
graciosa est obtemperandum faciliter. Confortami
mini etc. Gen. 49. Accinctus prelia
bitur ante eum. Confortare idem est quod val
de cingere. Iude 5: Gemmatus acci
gimur pugnaturi, precingimur ituri,
succingimur ministraturi. Accingimini
ergo id est valde cingimini non ad convivia ituri,
non ad mensam ministraturi sed contra adversa
rios pugnaturi. Bellum enim contra nos
est sicut dicitur 1 Mach. 3. Unde ait Bernardus
in libro de laude nove milicie templi:
Bonus miles debet habere tres condiciones.
Debet enim esse ~~~ | Et si habeat | Cod. mil.
circumspectus ad se custodiendum | has tres con
expeditus ad discurrendum | diciones tunc
promptus ad feriendum | obediet ipsi
regi et erit valde accinctus. Tunc enim
erit de numero illorum militum de quibus dicitur
2 Reg. 1: Aquilis velociores, leo
nibus fortiores. Sicut narrat
Salustius de Pompeio. Dicit enim
quod cum alacribus saltu, cum velocibus
cursu, cum validis vectes certabat.
Tullius Gomorrum dicitur illud psalmi Accingere
gladio tuo super femur tuum potentissime.
Et certe hic debet esse accinctus gladio
ad defensionem reipublice. Ad hoc enim
traditur gladius 2 Mach. ultimo: Accipe
sanctum gladium munus a deo in quo
deicies adversarios populi mei. Et vi
detur michi quod principaliter isto tempore
debet accingi id est valde cingi propter ...
¶ Dico primo etc. Membrum naturale sicut

caput agit dominus rex me accinctus
est ipse enim in propria persona ad filios
et ceteros de genere patris ad resi-
stendum inimicis regni. Nec dicit
nobis ite / sed dicit venite / non pre-
sumi, sed eum secuturi sicut faciebat
ille Julius Cesar qui pro certo cum
militibus labor maior est. Recogi-
tando ergo cuncta sic .1. Reg. 12. Quia rex
ingreditur ad ante nos dicens illud .2.
Reg. 22. Circumcinxisti me virtute et in deo meo
transilio murum. Et dicit signanter in
deo meo dominus enim rex non accinctus ac-
cinctus in fortitudine sua considerans
ne in multitudine exercitus sed in deo dicens
illud ps. Deus auxilium mei et spes
mea in deo est. Et sequitur Sperate
in eo omnis congregatio populi effundite co-
ram illo corda vestra deus adiutor no-
ster in eternum. Qui sperabit in domino mu-
tabunt fortitudinem assument pennas
ut aquile currerent et non laborabunt
ambulabunt et non deficient Ysa.
40. Et in alio ps. dicitur Domine in virtute
tua letabitur rex. Et sequitur Rex spe-
rabit in domino et in misericordia altissimi non
commovebitur. Inveniatur manus tua omnibus ini-
micis tuis dextera tua inveniat omnes qui te oderunt pones
eos ut clibanum ignis. Secundum ¶ Dico 2o secundo In
nullo enim casu milites possunt ostendere
sua strenuitate quam ad defensionem
reipublice. Nec enim sunt milites propter
hastiludia nec propter torneamenta
sed illa eis permittuntur ut sint magis
exercitati ad defensionem reipublice
pro qua debent militare. Et certe mi-
lites regni Francie. Unde dicit
quidam propheta in quadam epistola / solent
semper in bellis gloriosiores haberi.
Non desit ergo hic virtus strenuitatis
coram. Sed dicat illud ps. Precinxisti
me virtute ad bellum et supplantasti
insurgentes in me subtus me et
inimicos meos dedisti mihi dorsum
et omnes me odientes. Clamaverunt nec erat qui
salvos faceret ad dominum nec exaudivit eos. Et comminuam
eos ut pulverem ante faciem venti ut
lutum platearum delebo eos. Accingere ergo sicut vir
lumbos tuos Job 38. Et prov. ult. Accin-
xit fortitudine lumbos suos et robora-
vit brachium suum. ¶ Dico 3o tertio Nichil
omnino enim tibi id quod facit militem magis
strenuum est timor inhonorationis et amor
honoris et laudis. Unde ille bonus
miles Judas Machabeus / cum rex Deme-
trius movisset exercitum contra eum 20 mi-
libus virorum et duo milia equitum / et ipse
non haberet nisi tria milia virorum de quibus
subtraxerunt se multi videntes multitudinem
exercitus sic quod non remanserunt eis nisi
octingenti qui etiam anticebant eum ne
pugnaret cum adversariis sed fugeret di-
xit valde gloriosum verbum .1. Mach. 9.
Absit istam rem facere non fugiamus
ab eis / et si appropinquavit tempus nostrum mo-
riamur in virtute propter fratres meos et
non inferamus glorie mee. Unde etiam
secundum alios philosophos qui non videbatur sperare
aliam vitam virtuosum erat mori pro republica
et vituperabile vivere ingloriosum. Ideo
dicebat ille Judas Machabeus .1.
Machab. 3. Melius est nos mori in bel-
lo quam videre mala gentis mee et sanctorum.
Et 10 Eccl. 4. dicitur Usque ad mortem certa
pro iustitia et deus expugnabit pro te inimi-
cos tuos .1. Reg. 2. Arcus fortium superatus
est et infirmi accincti sunt robore. Ad licitum
qui non dubitat verecundia et si fortes
superantur, et qui dubitat occidi infir-
mi robore accinguntur. Sic ergo propter ista
tria accingimini. Et de vobis dicatur
illud Ps. Accinge te super femur tuum gla-
dio etc. accinctus ¶ Dico 2o secundo Et
ideo dicitur Estote filii potentes et non solum potentia id est   et prin. etc.
fortitudine corporali / sed magis forti-
tudine cordis et audacia Thamus

cum quantumcumque fortis si sit timor in
corde efficitur tremulenta ideo di-
cebat Angelus Thobie forti animo
esto Thob. 7. Et videtur michi quod
reddunt militem potentem in iacio spe-
cialiter tria que iungunt ad primum dico primo con-
scienciam eius sit qui ipse sit mala causam
vel gwerram non incito sed dubitat quod
peccatum sed noceat Secundum quod ipse sit quod ipse
sit iustam causam et iusta gwerra tu-
tissime ad victoriam animatur Tunc dicat
in corde illud psalmi dominus michi adiutor
et ego despiciam inimicos meos unde
ille Mathathias pater Iude Machabei
dicebat Vos ergo filii confortamini et vi-
riliter agite in lege quia cum feceritis que
vobis precepta sunt a domino deo vestro in
ipsa gloriosi eritis Et racio redditur
Judith 7. ubi dicitur quod deus vester odit iniquitate
Et in psalmo Iustus dominus et iusticias di-
lexit Modo de iusticia huius gwer-
re possumus vos merito reddere certiores
Clarum est enim quod Bavarus et rex An-
glie nullo modo habent iustam causam
regnum Francie invadendi regnum ipsum
benedictum in quo regnat iusticia in quo
pax viget caritas floret fides et
devocio ceteraque omnia bona pollent Ba-
varus autem volt facere unam fallaciam
quam vocant logici non causa ut causa
fingit enim pro causa quod volt venire propter
hoc quod dominus rex tenet aliqua que sunt de
iure imperii cum tamen causa sit peticia
per regem Anglie sed premissa cum tamen
dominus rex nichil teneat nisi quod sui
predecessores qui fuerunt principes christia-
nissimi devotissimi et iustissimi te-
nuerunt unde potest dicere illud 1 Mach. 15.
Neque alienam terram sumpsimus neque alie-
na detinemus sed hereditatem patrum
nostrorum unde potest dicere dominus rex illud psalmi
Iudica me deus et discerne causam meam de
gente non sancta Secundum quantum ad regem

Anglie sciatis quod dominus rex cum multis
et iustis causis cum magno et ma-
turo consilio prelatorum et baronum
propter multas rebelliones et inobe-
diencias vituperia et contemptus que
dominus P. de Cugneriis vobis in sponte
exponet condempnavit ducatum Aq-
uitanie ad manum suam realiter poni
non ad finem ipsum domino suo appropriandum
sed ad finem iusticiam faciendi sicut
domini consueverunt ponere manum
in feudis suis quorum eciam habent de
iure dominium directum licet eciam va-
salli habeant dominium utile Comes autem
rex vel gentes sue non solum non obe-
dierunt ymo rebellaverunt et illum qui
missus fuerat occiderunt voluerunt Cum
dominus rex misit exercitum suum ad faciendum
manum suam forte Et certe domini sat-
is quod etiam si dominus ponat manum
in feudo nimis iuste vasallus non
debet contra dominum propter hoc rebellare sed
requirere quod iusticia sibi fiat quam dominus
rex paratus est facere tamen Patet ergo
quod dominus rex habet iustam causam et ipsi
iniustam unde potest dicere illud psalmi non ti-
mebo milia populi circumdantis me exurge do-
mine salvum me fac deus meus quoniam tu percus-
sisti omnes adversantes michi sine causa dentes peccatorum
contrivisti domini est salus et super popu-
lum benediccio tua Et in alio psalmo
Exurge et intende iudicium meum deus meus et dominus meus in cau-
sam meam Non supergaudeant michi qui adver-
santur michi inique qui oderunt me gratis Et merito
possit dicere dominus rex quod dicebat
Iudas 1 Mach. 3. Ipsi venerunt ad
nos in multitudine contumaci et super-
bia ut disperdant nos et uxores nostras
et filios nostros et ut spoliarent nos
Nos vero pugnabimus pro animabus nostris
et legibus nostris et ipse dominus conteret
eos ante faciem nostram Vos autem ne ti-
mueritis eos sed estote filii potentes

de iusticia uero belli et iusticia p(ri)ma Math.
9. Primi clamaverunt potentes. Nota
hic quo fratres exemerunt se a tribu-
to imperatorum. Et ideo dicti sunt fra-
nci et c(etera) i. liberi. Et s(ecundu)m alia interp(re)-
tationem franci i. feroces a(n)i(m)o. Et sic
d(icitu)r Gen. 6. Isti sunt potentes a seculo
viri famosi. ¶ Dico 2o q(uod) gratia sic
dicit Vegecius de re militari li. 1.
Scientia rei bellice dimicandi nutrit
audaciam. Nemo enim facere metuit
quod se bene didicisse confidit. Et
ibi dicit. Quia non videt aliam causam
quare populus romanorum potuit s(ib)i acqui-
rere dominium aliorum fere totius
mundi, nisi armorum exercitio. Nec
enim adversus Gallorum strenuitatem,
Germanorum proceritatem, Hispanorum
multitudinem, Affrorum dolos pau-
citas romanorum potuisset. Et Trogus
Pompeyus dicit q(uod) Allexander
exiguam manum militarem accepit
a patre s(ed) doctam, cum qua assuefa-
cta militie orbem terrarum congressus
in ruinas hostium copiis subiuga-
vit. Et ibidem narrat q(uod) cum ad peri-
culosum bellum contra Darium exercitum
legaret, non iuvenes robustos
nec primum florem etatis, sed veteranos
plurimos militie expertos q(ui)
cum patre patruisque militaverat ele-
git. Ordines quoque nemo nisi sexage-
narius duxit, qui quasi quidam
senatus reipublice videbatur. Et
sequitur. Itaque nemo in prelio fugiens
nisi victoriam cogitavit. Nec in pedibus
quisquam spem in pedibus s(ed) in lacertis.
fuit. Contrarium fecit Darius et ideo
victus et Allexander victor. Et propter
hoc dicit Sapiens Eccl(esiaste)s 9. Melior
est sapientia quam arma bellica. Et ideo
timendum est q(uod) ubi milites dant se
voluptatibus et deliciis dimissis
armorum exerciciis efficiuntur viti-

ciosius q(uam) virtuosi. Q(uia) e(ti)a(m) d(icitu)r de bene ex-
ercitatis sicut de David 1. Re. 2a. et q(uo)d de
facies fracies et potens potis. ¶ Dico q(uod)
considerato enim primo minuit vim fla-
gelli. Unde q(uod) princeps enumerat po-
ciores plateam loquitur q(uod) fortis pugna-
torum qui conatur potius ad loquendum q(uam)
ad bene agendum. Q(uia) contra q(ui) enumeratur
s(ecundu)m merita sicut patuit tempore Allexa-
ndri et tempore Karoli magni et aliorum q(ui)
multa acquisiverunt. Pro. 17. In hum-
ilitatia iusticie virtus maxima est. Exo. 18.
Provide tibi ex omni plebe viros po-
tentes. Q(uia) videte quod dicit textus Esto-
te filii potentes. Melior est enim principi
potencia filiorum q(uam) alienorum. Filius enim
manet in domo in eternum. Deficiis aut(em)
d(icitu)r in ypos. Filii alieni mentiti sunt mihi
filii al(ien)i inve(terati) s(un)t et clau(dicaverunt) a se(mitis) suis. Et
Seneca dicit. Qui amicus q(uia) causa utilitatis
assumptus est tam diu placebit q(uam) diu
utilis fuerit. ¶ Dico 3o recte Unde s(equitu)r no(ta)
in themate. Estote parati in mane ut 3. p(ri)n(cipa)le
pugnetis. Providencia enim multum
necessaria est. Impossibile enim est s(ed) regali
prudencia parare rebus dari 2. Mach. 9.
Rex enim commissurus bellum adversus
alium regem prius sedens cogitat si pos-
sit cum 10 milibus occurrere ei q(ui) cum 20
milibus venit ad se sic d(icitu)r Luc. 14. propter
hoc d(icitu)r Mt. 24. Vos estote parati q(ui)a q(ua)
hora non putatis filius hominis veniet.
Et propter hoc male contingit eis frequenter
Q(uia) prudens et discretus providet s(ib)i an-
tequam et ideo semper est paratus nec expectat
ultimum diem. Et propter hoc textus dicit
Estote parati in mane i. tempestive et
hora bona. Exod. 34. Esto paratus
in mane. Et de Ionatha fratre Iude
Machabei d(icitu)r 1. Mach. 12. Precepit Io-
nathas suis vigilare et esse in armis
paratos ad pugnam. Et sequitur in textu
Audierunt adversarii q(uod) paratus erat Io-
nathas cum suis in bello et timuerunt

a

et formidauerunt in corde suo / et
attenderunt socios in castris suis
Et videtur michi quod quilibet debeat
se parare ad istam pugnam espiritualem
Primo arguitur Iudith 7. dicitur Inquire
si est iniquitas eorum in conspectu dei eorum
et ascendamus ad illos quoniam tradens
tradet illos deus illorum tibi et subiu-
gati erunt sub iugo potentie tue si non
est offensio populi huius coram deo suo
non poterimus resistere illis quia deus illorum
defendet illos et erimus in obprobrium
vniuerse terre Ergo hij debent se isto
modo parare quia peccatum istud est quod est maxime
formidandum Patet enim in
omnibus bellis que fuerunt patrata secundum
iudicium quod semper vel fuerunt victores
vel victi secundum quod erant in gratia vel peccato
Et ideo Eccli. 2. dicitur Qui timent dominum
preparabunt corda et in conspectu illius sa-
ctificabunt animas suas Et propter hoc Exo.
19. dicitur Lauet vestimenta sua et sit
parati Et 1. pe. 3. dicitur dominum xpistum sancti-
ficate in cordibus vestris parati semper ad sa-
tisfactionem omni poscenti Qui sic parati
fuerimus poterimus secure pugnare
dominus enim pugnabit pro nobis sicut dicitur
Exo. 14. Et propter hoc 2. par. 32. dicitur Vi-
riliter agite et confortamini nolite timere nec
paueatis regem assiriorum et vniuersam
multitudinem eius que est cum eo multo
enim nobiscum plures sunt quam cum illo / cum
illo brachium carneum / nobiscum dominus
deus noster qui auxiliator noster est pugnat
que pro nobis Et Iozue 23. dicitur Conforta-
mini et estote solliciti ut custodiatis
cuncta que scripta sunt in volumine legis et
non declinetis ab eis nec ad dextram neque
ad sinistram Tunc auferet dominus deus in
conspectu vestro gentes magnas et robu-
stissimas et nullus vobis resistere
poterit Vnus ex vobis persequitur hostium

b

mille viros quia dominus deus vester pro vobis
ipse pugnabit etc. Si autem deus
pro nobis quis contra nos ad Ro. 8.
Secundo 2o etc. Salus enim vbi multa
consilia pu. xi. et pu. 20. Cogitationes
consilijs roborantur et gubernaculis
tractanda sunt bella Vnde Romani qui
totum mundum acquisiuerunt continue
consiliabantur / et erant longi in con-
silijs et breues in execucione cum
contrarium multi faciunt Vnde Eccli. 18 dicitur
Ante iudicium para iusticiam Et propterea
dicitur 1. Mach. 3. quod dixerunt vnusquisque
ad proximum suum erigamus deiectionem
populi nostri et pugnemus pro populo nostro
et sanctis nostris Et sequitur / Et congre-
gatus est conuentus ut esset paratus in
prelium et ut oraret et peteret misericordiam
et miseraciones etc. Tertio 3o etc.
Vltima autem vellem facere sicut fa-
cit formica que parat in estate cibum
sibi et congregat in messe quod comedat
Sic dicitur pu. 6. Cum enim princeps
videt quod deficit pecunia de thezauro
suo et tributa regionum modica sunt
imminente bello consternatur animo valde
sicut patet de rege Anthiocho. 1. Mach. 3.
Debet ergo princeps ante tempus sibi necessaria
prouidere Sed si hoc non potest sine adiu-
torio subditorum / tunc in huiusmodi vide-
tur quod sibi a subditis auxilium denegetur
Vnde Iudam Machabeum
principem milicie celi adiuuabat
et tunc preliabatur prelium populi cum leticia
et protegebat castra gladio suo
sicut dicitur 1. Mach. 3 Quarto hic quod
populus anglicanus dedit bis sicut
fertur quintam partem bonorum regie
anglie etc. Sed videtur michi quod
multi sunt sicut canes / qui et si dominus pu-
gnet cum aliquo / tamen quia vnus per-
cussus est et clamat omnes insurgunt
cum Sic multi onerant de cons[ta]bilis infinit sic

completa est. Dicit ergo quilibet qui potest pati
secundum exigentiam status sui: Sine
cracia(m) ad orationem, milites stre-
nuus ad defensionem, populus ad
subvectionem. Ut dicat quilibet illud
psalmi: Paratus sum et non sum
turbatus. Quia leges quilibet ma-
gis tenetur defendere etiam patriam
quam parentes. Cum ergo hic agatur
de defensione patrie, quilibet ergo
debet esse ad subveniendum paratus
sicut de Juda Machabeo dicitur 1 Machab. ult.
cum pro omnia corpore et anima mori
pro civibus paratus erat. Et 2 Mach.
7°: Parati sumus magis mori
quam patrias dei leges prevaricari. Et
1 Mach. 2 dicitur de bonis subditis
quod parati sunt aut vivere aut mori forti-
ter. Ultima ergo dicitur de nobis quod
dicitur 1 Esdre 1: Universi adiuverunt
manus eorum in vasis argenteis et
aureis, in substantia et supellectili, in
iumentis, et exceptis hiis que sponte
obtulerant. Non hic quod rex non
vult aliquem insistere contra de iure exigere, sed
quia res communis agitur pro qua tuenda
ipse vult exponere se et sua dicit illud
psalmi: Exurge in adiutorium michi.
Et ideo quilibet debet sibi dicere illud psalmi: Ad-
iutor in opportunitatibus in tribulatione. Ut
ipse dicat illud psalmi: In ipso speravit
cor meum et adiutus sum. Ut quilibet
dicat sibi quod dicebat Luc. 22 Petrus Christo:
Paratus sum tecum et in carcerem
et in mortem. Circa 3° est quod
dicitur in auctoritate: Adversum nationes que
diffideriti convenerunt disperdere nos
et sancta mea. Et ideo ptalice fuit
scriptum. Circa primo est quod tum domini
regem nostri rex Anglie tenetur
ad amorem honorem et reverentiam
fidelitatem et obedientiam non solum

ex consanguinitatis et affinitatis vinculo
sed etiam ex omagio et ex multa per eum beneficio
liberaliter impenso. Unde potest dicere dominus
rex illud psalmi: Amici mei et proximi
mei adversum me appropinquaverunt et ste-
terunt etc. Et Ysaie psalmi: Retribue-
bant michi mala pro bonis, odium pro di-
lectione mea. Circa 2° est quod cum Bavaro est
quia iam sunt 16 anni sicut excommunicatus
omnino debuisset merito suspectus. Item
terra sua supposita interdicto quod etiam non
servavit ymo compulit personas ecclesiasticas
ad non servandum. Item fovit Mediolanenses
de heresi condempnatos. Item in cavit ap-
pellatione facta contra dominum Johannem
papam se credere et tenere articulos de
paupertate Christi et apostolorum per ecclesiam con-
dempnatos in decretali cum inter nonnullos.
Item antipapam creavit, tunicam domini
Christi inconsutilem dividere conatus est scisma
in ecclesia parando. Item Marsilium et
Paduanum et Johannem de Janduno non
solum hereticos ymo heresiarchas tenuit
et adhuc Marsilium tenet. Item priva-
tus ab omni dignitate et statu ecclesiastico
imperiali et regali et ducatu se adhuc
imperatorem nominat etc. Cum tali tamen
infideli tantis sceleribus irretito dicitur rex
Anglie conventiones fecisse. Hic attendet
illud 2 ad Cor. 6: Nolite iugum ducere
cum infidelibus, que enim participatio
iustitie cum iniquitate, aut que socie-
tas luci ad tenebras, que autem conven-
tio Christi ad Belial, aut que pars fide-
li cum infideli, quis autem consensus templo
dei cum ydolis. Et ista iniquitatis colli-
gatio facta est et conventiones ha-
bitas cum predicto Johanne cum iuramento
quod conteret cum regina, et contra ecclesiam
Romanam expressam domini pape qui nunc
est. Et de ista mala colligatione videtur
prophetasse Joachim cum in fine cuiusdam
prophetie sue dicat sic: Restat post

a

aquila anglicus comenda Ut videat
opulenta britania rectum theutoni
cis francorum emulis formacius tam
tamelorum divitias effundat in ra
tum quod et generat in posterum nostr
as rvenciam filios ¶ Dico 3° quod ipsi
eum simulabat se velle pacem et bonum
et tamen tunc magis machinabatur ma
lum ¶ Quod de inimicis qui habuerunt condu
ctum et tamen pronunciaverunt istas allega
tiones etc. ¶ Item quod cogitaverat
rege existente in partibus transma
rinis regnum invadere et occupare
quod cum rex audivisset destitit colli
gacionibus iam duo anni sunt quod ipse
scripsit quod non credebat quia iam erat ita
et tamen in veritate ita erat Unde potest dominus
rex dicere illud psalmi Mecum quidem pa
cifice loquebatur et in ira terre lo. do.
cogitabat Ut merito dicamus de
eo id. 1. Math. 3. Ecce naciones co
nvenerunt adversum nos ut nos disper
dant tu scis quod cogitant in nos etc. Sed
in psalmo dicitur Reddet illis iniquitatem ipsorum
et in malicia eorum disperdet eos dis
perdet illos dominus deus noster disperdet enim
dominus aberis caput et caudam ysa. 9.
quod est ad literam eorum superbia que
per caput et eorum fallacie astucia que
per caudam significatur Sicut enim petors
disperdet quare ps Ego adversus sperantes
sitis pati ut pugnetis Ut merito
de nobis dicatur illud psalmi Gladii ancy
tipites in manibus eorum Ad faciendum vindi
ctam in nacionibus ipso Adal. re. e. ito. et no
eorum in mani. fretis Ut fa. icis in. co.
gla h. e. o. s. e. Ramanobis nudete co
tedat que e benedictus in secula seculorum Amen

Sermo qui fuit passagium concessum
coram prelatis parisius

D eum timete regem ho
norificate. 1. pe. 2. In quibus
verbis beatus petrus duo nobis

b

ostendit ¶ primo quod debet propter
deo timor filialis et obediencia propter
celsitudinem et imperium sue maiestatis
Deum timete ¶ Secundo debetur honor
specialis et reverencia regi propter magni
tudinem et fastigium sue dignitatis
regem honorificate ¶ Et signanter
ceplus premittit quod primo debetur deo
timor 2° regi honor Ratio quia adeo prin
cipaliter debetur deo timor quod si contra
ria deo iubeat rex vel alius contempto
rege obediendum est deo Actuum 5.
obedire oportet deo magis quam hominibus
Et c. Math. a. non obedio precepto
regis sed precepto legis Et huius racionem
reddit beatus Augustinus et est in glossa ad
Roma. 13. et ponitur xi. q. 3. c. qui resistit
potestati dei ordinationi resistit Sed quid
si illud iubeat quod non debes facere
hic sane contempne timore potestatem timendo
maiorum potestatem Propter humanarum
rerum gradus advertite Si aliquid iusserit
procurator numquid faciendum est si contra pro
consulem iubeat Rursus si aliquid
ipse proconsul iubeat et aliud impera
tor Vel si aliud iubeat imperator
et aliud deus, contempto illo obtemperandum
est deo Maior enim potestas deus est
ille enim carcerem iste gehenna mi
natur ille corpus occidere potest iste
corpus et animam mittere in gehennam
Merito ergo premittit deum timete propter
hoc dicitur Eccles. ult. Deum time et
mandata eius observa hoc est omnis
homo Et videtur michi quod ali
quis pendit timere deum ex tribus sci
licet gratia muneris et donorum largitione
Et preceptis similiter suorum honoracione
Et mitis rerum et bonorum reddicione
¶ Dico primo etc. Et propter hoc imperator
Iustinianus dicat quod licet penitus me
sum nichil sit bonum principe tamen ine
sa dare certe bonum est Quod enim cau

setur imperator ne meliora det
tu plurima deus dedit habe et mul
torum donum esse et facile dare / et
maxime sanctissimis ecclesiis in quibus
optima mensura e donatarum veram
sancitas Et Gregorius Albertus pri
mo gallorum ex de donat . t . p° gt
sic hac s' quodammo nobilitas le
gem ponit ut debe se quod spote
tribuit estimet , et nisi in suis bn
ficiis creverit nichil se prestitisse putet
Unde Abel qui de melioribus offerebat
donum bn dictus e a domino sicut
pz Gen . 4 . Unde et reges quanto
plura offerebant domino tanto fue
runt abeo in spiritualibus et temporalibus bndicti
Sicut pz de Josia David Salomone et
aliis per totum librum regum Et Ambrosius
8 gr In donaria dei separabilis
optima Et . 1 . pal . ult . dicebat da
vid letus obtuli universa . licet et
populum dei vidi cum ingenti gaudio
offerre tibi donaria Et etiam quia
sicut ipse dicit ibidem Tua sunt omnia
omnia et que de manu tua accepi
mus dedimus tibi Et ideo videtur
michi quod quia inter ceteros reges
Reges francie plura dederunt deo
a ecclesie et etiam Barones regni
quanto fuerunt super omnes alios felices
Et quanto plura dederunt tanto plura
dedit eis deus Sicut patuit de
clodoueo karolo sancto lodouico
et aliis quanto enim plus plura do
minus dat , tanto deus dat s' plura
Cum ipsemet promiserit date et da
bitur vobis Luc 6 . Unde donum quod
princeps facit ecclesie e donum quod red
ditur cum maximo incremento et
tempore belli et tempore pacis Tempore belli
quia victoria non aliunde quam a deo s'
prestatur Unde 1 . Mach 3 . non e in
multitudine exercitus victoria belli

sed de celo fortitudo est Et Exo . 17 . d'
quod cum moyses elevaret manum ad dominum
vincebat israel Sed si remitteret superabatur
Et 2 . Mach . ult . Judas habiturus ma
gnam victoriam de adversariis vidit Oniam
et Jeremiam sacerdotes orantes pro populo et
universa sancta civitate etc Tempore etiam
pacis quia et vita regis et filiorum et pro
speritas et pax et obedientia per omnem
ecclesie conservatur in regno Unde Sa
lomon quod diu fuit intentus circa domum
domini tamdiu pacem habuit Unde Prov . 16 .
Cum placuerit deo vie hominis inimi
cos quoque eius convertit ad pacem Unde
1 . Esdre . 6 . d' de sacerdotibus offerebant
oblaciones deo celi et orent pro vita regis
et filiorum eius etc Bene ergo debet
esse hoc donum laudabile per quod et vi
ctoria habetur et vita conceditur et pax
et stabilitas conservatur Dervire ergo s' dando
sic liberaliter e primum signum timoris et
amoris dei Eccl 2 . Qui timetis dominum
credite illi et non evacuabitur merces
vestra ¶ Duo secundum Oratio quod inter cetera
precepta dei primum preceptum 2e tabule e
honora parentem , quod preceptum sicut pulcre
dicit Apostolus ad Hebreos 12 . est non solum
de patre carnali ymo potius de patre spirituali
omnia sicut spiritualia sunt potiora quam
contraque carnalia seu temporalia Ita vel plus
tenetur filius spiritualis ad honorandum
patrem spiritualem sicut patrem carnalem
patres autem spirituales prelati sunt Unde
2 . Reg . 6 . Rex israel helizeum vocabat
patrem suum dicens Nunquid percuciam eos
pater mi Et propter hoc Luc . 10 . dicebat Sal
vator apostolis quorum successores sunt episcopi
Qui vos audit me audit et qui vos
spernit me spernit Et 1 . Thessal . 4 . Qui
vos spernit non hominem spernit sed deum
Et ideo ille Justinianus Imperator alibi
dicit sic Nos maximam habemus
sollicitudinem circa vera dei dogmata et
sacerdotum honestatem quantum illis opti
netibus credimus quod per eam maxima

a

nobis dona dabuntur a deo et ea
que sunt firma habebimus et que nobis
hactenus advenerunt acquiremus Et
Item Greg(orius) in registro scribens cuidam
imperatori dicit sic Et habetur in decreto
xi. q. i. c. sacerdotibus Non indignetur
imperator sacerdotibus se excellenti consi-
deracione propter eum cuius sunt se in terris
committere sic ut debita reverentia impen-
dat quia illi aliquando in divinis eloquiis dii
aliquando angeli nominantur Exo. 22. diis
non detrahes Et Malach. 2. Labia sacer-
dotis custodiunt scientiam Angelus enim
domini exercituum est Et subdit Quid mirum
si vestra pietas illos dignatur honorare
quibus deus in suo eloquio honorem tribuens
angelos deos appellat Unde et ibidem
refert ad Constantinum imperatorem cui
cum sibi oblate accusationes contra episcopos
fuissent, libellos quidem accusationis re-
cepit et eos qui convocati fuerant episcopos
in eorum conspectu libellos qui oblati fue-
rant et quos acceperat incendit dicens
Ite et inter vos causas disponite quia dignum
non est ut nos iudicemus deos Quia
scriptum est deus stetit in synagoga
deorum in medio autem deos diiudicat Et
subdit in eodem cap(itulo) quod pagani qui deos
ligneos et lapideos colebant, tamen eorum
sacerdotibus honorem maximum exhibe-
bant Quid ergo mirum si christianus
imperator veri dei sacerdotes honorat
quasi dicat Non est mirum sed debitum et iustum
est Quia sicut dominus Petrus pridie di-
cebat et bene in hoc sunt due potestates
sacerdotum et regum, spiritualis et temporalis
que inter se differunt sicut sol et luna
sicut celum et terra, sicut aurum et
plumbum Et ideo si illi qui preest in potestate
minori est a subditis honor impendendus
multo fortius illi qui preest in maiori
est a subditis eius subditis honor debitus
impendendus Quod satis expresse dicit illud

b

capitulum Ex de maio(ritate et obedientia). Solite Ubi ex
expresse respondetur auctoritati quam dominus
dominus Petrus presens allegabat scilicet Sub-
iecti estote omni humane creature
propter deum Que habetur i Pe(tri) 2. Ibi
enim loquitur de subiectione que est
propter virtutum meritum non propter naturam
debitum Si enim loqueretur de subiectione
que est propter naturam debitum, sequeretur
quod quilibet episcopus deberet esse subiectus
pauperiori vetule que sit par ad
textus dicat, subiecti estote omni
humane creature Dicta tamen vetu-
la est humana creatura De dignitate
autem episcopali dicit Ambrosius in
pastorali sic Honor et sublimitas
episcopalis nullis poterit comparationibus ad
equari Si regum fulgori compares
et principum dyademati, longe erit
inferius quam si plumbi metallum ad
auri fulgorem compares Quippe
cum videas regum colla et principum
submitti genibus sacerdotum, et de-
osculata eorum dextra orationibus
eorum se credant communiri Et quia
reges Francie predictis regibus istum
honorem prelatis impenderunt, ideo
predictis prosperati fuerunt Quia Ecc(lesiastici) 3.
dicitur Qui honorat patrem suum iocunda-
bitur in filiis Et sequitur ibidem, Qui ho-
norat patrem suum vita vivet longiore
Et istud est ergo 2m signum timoris
dei Et ideo dicitur Ecc(lesiastici) 7. Qui timet
deum honorat parentes Dico 3o quod
tercium signum timoris est reddere deo
quod suum est integraliter Ubi nota
quod sicut dicit Inquiste et verum
multis modis aliquid efficitur alicuius
quia iure et consuetudine successione
acquisitione etc. Et quia inter cetera dominus
p. pridie predicator Iurisdictionem

c

conabatur probare quod iurisdictio tempora-
lis non debet esse in illo qui habet iurisdictionem
spiritualem. Volo ostendere quod ymmo
tam de iure divino quam de iure naturali
quam de iure canonico quam etiam civili quod est
consuetudinario, licet enim iste potesta-
tes sint disparate attamen sic in
eodem subiecto optime compatiuntur
sicut albedo et dulcedo in lacte
iusticia et fortitudo in mente. Et
quod hoc sit de iure divino patet primo. Et
Noe enim qui fuit de sacerdotibus et
obtulit sacrificium domino non solum
spirituale ymmo etiam temporale exercuit.
Melchisedech etiam qui fuit sacerdos
et rex. Unde hic etiam quod dicit magister
in hystoriis, omnes primogenitos a Noe
usque ad aaron fuisse sacerdotes qui
tunc regebant. Moyses etiam de moyse
dicitur in psalmo Moyses et aaron in sacer-
dotibus eius etc., qui etiam aaron
et filios eius in sacerdotium consecravit
et tamen totum populum israel quantum ad temporalia
iudicavit, ymmo etiam textus Deutero-
nomii. Si difficile et ambiguum apud
te iudicium esse perspexeris inter sanguinem
et sanguinem, causam et causam, lepram
et lepram. Surge et ascende in locum
quem elegerit dominus deus tuus et veni-
es ad sacerdotes leviti generis
et ad iudicem qui fuerit illo tempore queresque
ab eis qui indicabunt tibi iudicii ve-
ritatem sequeris quod eorum sententiam. Et
subditur, Qui autem superbierit nolens
obedire sacerdotis imperio ex de-
creto iudicis morietur homo ille. Ecce
quam manifeste dicit quod ad sacerdotem pertine-
bat iudicare inter lepram et lepram quan-
tum ad ceremonialia et irregula-
ritates legis, et inter causam et causam
quantum ad civilia, et inter sanguinem
et sanguinem quantum ad criminalia.
Item hoc idem apparet in multis iudici-

d

bus in libro iudicum. Samuel etiam
qui fuit propheta et sacerdos etiam populum totum
in temporalibus diutissime iudicavit, ymmo
quando populus petivit sibi regem multum
displicuit domino. Unde dixit Sa-
mueli non te abiecerunt sed me ne regnem
super eos. 1. Reg. 8. Ymmo existit duran-
tibus regibus in populo dei quamdiu re-
ges usi sunt consilio sacerdotum et ponti-
ficum bene fuit eis et regno. Cum autem
dimiserunt consilium sacerdotum et pontificum
regnum eorum factum est in dissipationem
et finaliter ducti sunt in captivitatem in
qua captivitate populus etiam ex toto rege-
batur per sacerdotes et prophetas sicut patet
de Abdia et Jeremia. Novissime
vero tempore machabeorum reductum est re-
gnum ad sacerdotes et ipsi fuerunt ponti-
fices et reges seu duces populi habentes
regimen tam in temporalibus quam in spiritualibus
sicut legitur 1. et 2. Mach. de Mathat-
tia et filiis eius videlicet Juda macha-
beo et Jonatha et Symone et Johanne
filio Symonis qui in omnibus tam in spiritua-
libus quam temporalibus prefuerunt populo dei.
Cum ymmo etiam Jeremie qui fuit de sacer-
dotibus dictum est. Ecce constitui te super gen-
tes et regna ut evellas et destruas
et disperdas et dissipes et edifices et
plantes. Cum ymmo etiam tempore Judith
Eliachim sacerdos etiam in temporalibus iu-
dicavit et tota lex plena est. Sed etiam
in lege nova non est dubium quod Christus vera
quoque potestatem habuit quia habuit in vesti-
bus suis et in femore suo scriptum Rex
regum dominus dominantium Apoc. 19, et cui
data erat omnis potestas in celo et in terra
Math. ult., et quem constituit heredem univer-
sorum ad Heb. 1. Et sub cuius pedibus
subiecit omnia oves et boves etc. sicut
deducit apostolus ad Heb. 2. Et propheta ipse
et qui constitutus est a deo iudex vivorum et
mortuorum, et cui flectitur omne genu
celestium terrestrium et infernorum ad Phil. 2.

a

Fuit etiã in petro quē xpus suũ
vicariũ instituit qui Actuũ .5. c.
Anania et Saphira p crimine
furti et mendacij iudicialit' conde-
navit Fuit etiã in paulo q Cho-
rintiũ fornicatorem iudicavit .1.
ad Cor. 7. Et in primo tpe xpus vo-
luit expsse tale iudiciũ esse penes
ecclesiã Mt 18. c. dicēs Si peccaverit
in te fr' tuus etc. Et post q si nõ au-
dierit dic ecclie, si ecclesiã nõ au-
dierit sit tibi sicut ethnicus et
publicanus Et sequitur Amē dico
vobis quecũq; ligaveritis sup terram
erunt ligata et in celo, et quecũq; sol-
veritis sup terrã erunt soluta et in celo
Aplus etiã paulus q ecclia ha-
beat iudicare in secularibus iudicijs
expsse dicit .1. ad Cor. 6. Ubi dicit
q habens negociũ etiã secülare ad-
versus alteriũ debet iudicari apud
sanctos Unde facit tale argumentũ
An nescitis quia sancti de hoc mundo iu-
dicabunt et si in vobis iudicabit' mũdus
indigni estis qui de minimis iudicetis
q̄ dicat nescitis quia angelos iudica-
bimus quãto magis secularia Et subdit
Secularia ergo iudicia si habueritis con-
temptibiles q̃ sũt in ecclia illos cõstituite
ad iudicandum Ex quo patet clare q de
iure divino iudiciũ seculariũ ptinet pt
ad pontifices et habentes iudiciũ spuale
Nec est bonũ argumentũ q si xpus
et apli parũ fuerunt usi ista ptate tẽpa-
li q ppt hoc nõ habuerunt Ecia sic
dicit idem Aplus .1. ad Cor. 6. Omnia
michi licet s; nõ omnia expediunt xpus
enĩ totalit' saluti nrē intentus
plus circa nrām erudicionem et cõversionē
insistebat q̄ circa exerciciũ cuiuscũq;
iurisdictionis Apli etiã illud idem Quod
etiã racio naturalis illud habeat satis

b

pt psuaderi Ille enĩ est adiudi-
candũ aptior et convenientior q est
deo proximior cum ipe sit regulator
et director omnium iudiciorum Tales
autẽ sũt plati ecclie, quarum etc.
Ptea nullus dubitat qui cognicio
de pctõ ad psonas ecclesiasticas ptineat
Cum g° talia nõ ppetrentur si-
ne pctõ altius ptis Patet q ecclia co-
gnoscere pt Item ang° est iudicare
de fine eius q̃ est iudicare de hijs q
ordinantur ad finẽ, sumit' ex fine
Cum igitur corpus ordinet' ad
aiam et tpalia ad spualia tanq̃ ad
finẽ ecclia que h; iudicare de
spualibus pt merito etiã de tpalibus
iudicare Et istud satis deducitur
q̄ de iudicijs novit Multe alie
raciones pñt adduci s; obmitto
Potest etiã istud pbari de iure
canonico et de iure civili Dico
2° q regi debet' reverencia et ho-
nor q̄ sequit' in themate Regem
honorificate Un Exo. 10. In me-
dio fratrum rector illorum in honore
Et videtur michi ad pñs quod
est duplex honor Unus verbalis qui
est adulatorius et periculosus De quo
d' Mt. 15 populus hic labijs me
honorat cor autẽ eorum longe est
a me Alius est honor realis q
est debitus et virtuosus et de isto
et nõ de primo d' regem honorificate
Et videt' q ille de facto et realit'
et virtuose honorificat regem qui
vult eũ servare illa per que
cuius dominium diligitur | dico
Eius potencia et excellencia nõ diminuit' | 3° 2° 1°
Eius fama custodit' nõ perditur | q ille
Eius consciencia nõ leditur | honori-
ficat regem facto q suadet b'
id ppt quod eius dominium diligit'
Quantum ad primũ debet studere populus

diligi q̄ timeri Thezaurus enim
nobilior quē possit habere princeps ē
habere corda subditorum Sicut dicit
Seneca de Clemencia ad Neronē
Inexpugnabile munimentū amor
ciuium Quid enim pulcrius ē q̄ vi-
uere optantibus cunctis Unde videtur
michi q̄ nulla res faciat tantū di-
ligi principem sicut seruare et augē
eius libertates consuetas et nō induce-
re nouitates Et ideo ait Sapiens Prov.
22. Ne transgrediaris terminos anti-
quos quos posuerunt patres tui Quia
nouitas enim parit discordia Et
ideo in rebus nouis constituendis eui-
dens debet esse vtilitas vel vrgens
necessitas Et ideo si princeps velit liberta-
tes per predecessores suos concessas tol-
lere, eius dominium nō diligitur Sicut
patet de Roboam 3. Reg. 12. Et appa-
ret in cronicis q̄ ex hoc multa re-
gna translata de gente in gentem
et de regno ad populum alterum Modo
certum q̄ predecessores vestri Carolus
magnus Sanctus Lodouicus Philip-
pus pulcer Ludouicus et Philippus
filii eius et plures alii istam libertatē
Ecclesie confirmarunt Unde ibi de no-
uo aliq̄ Ergo consulē et requirē q̄ uos
tollatis ē consulē q̄ tollatur a vobis
id propter quod dominium vestrum diligitur
Et ideo vos d' illud 1. Mach. 2. c. Me-
mento operum patrum que fecerunt in genera-
tionibus suis et accipietis gloriam ma-
gnam et nomen eternum Unde hic quod
Rex Philippus auus sancti Ludouici
fouebat et nutriebat in regno
suo Sanctum Thomam Cantuariensem
Archiepiscopum, qui pro libertatibus ecclesie
defendendis fuit de regno Anglie
bannitus Multo ergo magis docet
vos defendere prelatos vestros in liber-

tatibus per predecessores vestros confirmatis
Primo sicut dicit Gregorius et habetur
27. q. 2. Si ea destruerem que prede-
cessores mei fecerunt et statuerunt
nō constructor sed euersor esse iuste com-
probarer Testante veritate voce qua ait
Omne regnum in seipsum diuisum nō stabit
et omnis sciencia et lex aduersum se diuisa
destruetur Et alibi dicit idem Nobis
ē asperum et paruē bonis moribus inimi-
cum, metum quempiam contra antiquam racionem ex
ausacione que bene sunt ordinata rescin-
dere, et exemplo docere ceteros sua quiqz
posse constituta dissoluere Unde hic de
castro dato Sancto Remigio per Clodoueum
Laudunensem per Pledonem regem quod
postea Pipinus voluit rehabere facta
etiam recompensacione ecclesie Cui dormienti
apparuit Sanctus Remigius et eum super
hoc grauiter increpauit dicens Melior te
michi hoc dedit et tu vis michi auferre
Et adeo eum percussit q̄ in crastino inuentus
ē totus niger Et extunc reges Francie
nō fuerunt ausi in castro illo iacere Non
honorificat ergo regem facto qui consulit
sibi q̄ transgrediatur terminos antiquos quos
posuerunt patres sui Omnis rex debet
eis dicere illud Joh. 8. Ego honorifico pa-
trem meum seruando scilicet ecclesie libertates, vos
autem inhonorastis me oppositum scilicet
consulendo Unde dico 2° q̄ facto regem
honorificat qui suadet sibi id propter quod
sua potencia et excellencia nō diminuitur
Multum enim decet honorem principis ad-
augere sua potentia, et multum indecet
eam diminuere Unde et imperatores
consueuerunt se vocare augustos q̄i rem
publicam adaugentes Dicere autem q̄ vos
et predecessores vestri nō potuistis hoc con-
cedere ecclesie valde periculosum videtur
esse in diminucionem vestre potencie et vestre
excellencie Vos enim pre ceteris sapientissime domine
q̄ ita pingwe ius habetis in regno
q̄ nō solum electione sed eciam hereditario

libertas Ecclesie

Nota

a

possidetis et ad posteritate transmittit
q no possitis istud concede videt
q plurimu vre potetie derogare
ymo intim q si esset verum qd absit
sequetur et pdecessores vros fuisse
continue in pcto ymo quod impiu
e dicere btm ludouicu pquē tota
francia illustratur no potuisse iuste
fuisse canonizatu Qui cum sicut pro
nos dicebat iurauit no alienare
alienata reuocare et istud esset inseparable
corona sequetur q peiorasset et p
consequens mortalit peccasset et
ita canonizari no potuisset qd e ne
pharium dicere Cu ymo si esset verum
quod dixit sequetur q nichil possetis
dare nec comitatum nec villa nec ca
strum et tu pauci sut quo libenter re
ciperent no obstante iuramento fidelitatis
in quo nobis tenet Conseruet ergo et
confirmet nobis vera regalis magni
ficentia quod ptam inclitos pgenitores
concessum est alioqui honor vre
excellentie minime frangetur Ut dica
tis illud ad Ro xj Ministerium meu
honorabo Ubi dicit textus q ille honorificat
regem facto q suadet bi id pquod eius
fama custoditur nec pditur Unde ce
terum cum deus quilibet debet potius curare
de fama pus qstiam qr pu 22 dr Me
lius e enim nomen bonu q diuicie
multe super argentum enim et aurum gratia
bona Et btus Augus dicit duo sut
tibi necessaria Conscientia et fama Con
scientia ppter deum Fama ppter proximum Et
io Ecci xli Curam habe de bono noie
hoc enim magis pmanebit tibi q mille
thesauri magni et preciosi Istud aut no
men deus q vos vnxit oleo leticie p
sortibus pncipibus vris vobis dedit in
tam modico tempore q qsi miraculosum

b

videtur Et io summope habetis
curare ut istud nome pmaneat q
no minor est virtus qua qrere parta
tueri Ut no solum in vita sed etiam
post morte istud nomen gloriosum
ne aliquis fiat p vos pquod in tanto
nomine aliqua macula incurrat Ut
de vobis dicat illud pu x Me
moria iusti cu laudibus Attendat
ergo regia celsitudo si tpribus vris
libertas ecclesiastica tolletur quod ab
sit vel in aliquo diminuetur si in
vro glioso nomine aliqua macula se
ingereret cum mula esset q hoc
in cronicas redigerent Ut pcessisse
dominu sic philosophi q no pprobat aliam
vitam tm ppter famam que remane
bat penes homines adeo virtuose
viuebat quod nos xpianos q ppetuam
vitam eternam et memoriam ppetuam
sperare debemus Addunt etiam vera
dominatio si posset esse denigratio
nominis cu reges francie semp fue
runt xpianissimi deo et ecclie fide
lissimi et ppterea dederunt exemplum aliis
pncipibus dotandi et ad augendi
ecclesias et libertates earum si nunc qd
absit et maxime qn ecclia e in ma
gna psecutione in aliquibus locis daretur
exemplum reuocandi dona facta p
predecessores eorum ecclie eadem enim
racione posset et impator si qs esset
reuocare omnia q fuerunt data ecclie
p Constantinum Imperatorem aut etia
alii reges data ecclesiis Et q cum vo
lentes tollere opposuerunt se pdecessores
vri p ecclia defensores Hoc enim
e regum officium Sicut dicit Leo papa
sup Gemma et habetur 22 q 1 c Regum
Et Isidorus dicit et habetur ibidem c
principes Cognoscant principes seculi
deo se debere reddituros esse racione
ppter ecclesiam quam xpo tuenda

susceperit ¶ No. hic aliq exempla
in Cronicis quo fuauerunt reges
Francie Exemplo igitur eorum et vos
fouetis et adaugeatis ut tunc vbi
obuiauit vos gloria qui mater ho
norificata Eccl. 17. et virum nomem
gloriosum perpetuo permanebit Gloria
de vobis dici poterit illud Eccl. 3. a. Sa
piens in populo hereditabit honorem Et
Eccl. 3. Sicut qui thezaurizat ita qui
honorificat matrem suam ¶ Dico ergo
quod ille honorificat regem facto qui sua
det sed id per quod eius consciencia non leditur
Quapropter omnia enim debet quilibet christianus ad
vertere ne faciat aliquid per quod con
sciencia sua ledatur / quia circa plus
est quam esca Credo firmiter quod pro toto mundo
nollet facere aliquid facere de quo vestra
consciencia esset lesa Et merito / quanto
enim deus vos qui mirabiliter ad regnum
vocauit et plures vobis gracias fecit
tanto plus habetis cauere ne eum offen
datis / quia dubitandum esset quod contra vos
acrius indignaretur sicut fecit contra
Saul. 1. Reg. 17. / Modo potentissima
domine attendatis si vos in coronatione
tione vestra iurastis ista et non plura
scilicet quod episcopis et ecclesiis eis commissis
canonicum privilegium et debitam legem
ac iusticiam seruaretis et defensionem
quantum possetis exhiberetis Item quod vestro
arbitrio omnis populus christianus pacem
veram ecclesie dei omni tempore seruaret
Item quod omnes rapacitates et omnes iniquitates
omnibus gradibus interdiceretis Item quod in
omnibus iudiciis equitatem et misericor
diam preciperetis Item quod de terra et impe
dicioribus hereticos ab ecclesia denotatos
pro viribus bona fide exterminare studeretis
Ista iurastis non plura salua reverencia
domini petri qui vos vnum aliud iuras
se dicebat Cum ergo sit privilegium
ecclesie canonicum et incorporatum canonis
incorporatum xi. q. 1. Quamquam litteras et

sit etiam consuetudine introductum que
consuetudo est canonica quod etiam possit
cognoscere in multis casibus / contra quos etiam
fuit articulis propositi inter laycos / si isti
non seruarentur ecclesie / posset in aliquo consciencia
vestra ledi Item si debetis prosse facere
quod omnis populus christianus veram pacem
ecclesie dei seruet omni tempore / sed multo for
cius habetis hoc procurare de baronibus
qui pro fuerunt vnum et idem cum ecclesia Semper
enim vbi fuit ecclesia in honore ibi viguit
baronum et militum fraternitas etc. et quorum
officium est ecclesiam defensare / sicut officium
est ecclesie pro eis orare et iugiter sacrificium pro eis deo
offerre / et ad hoc multum conatus est sanctus
ludouicus tempore suo / quia cum maiores baro
nes tocius regni se confederassent ad
tollendam istam libertatem ecclesie et ordinas
set ad hoc dare centesimam bonorum omnium suorum
ipse magis eis adhesit sed potius eos ab
istis compescuit / et finaliter hanc libertatem
ecclesie confirmauit ¶ No. quomodo hic Innocencius
papa ille tunc contra barones illos processit
Et hic audeo dicere quod si inter prelatos et ba
rones esset dissensio / dubitarem quod citius
populus vellet sibi dominium vsurpare / sicut
patuit de facto in multis / et de facto quilibet
mem potuit hoc videre / quia circa initia sci
sionis populus contra circam ecclesia facta in aliqua
parte campanie et burgundie intantum quod in
initio populus quilibet in qualibet villa fecerat
regem qui scriptitates aticos liberaret et
liberari faciebat / et papa qui absolue
bat / statim idem populus contra duos tem
les insurrexit et idem fecit quousque
per bailliuos regis multi fuerant suspensi
et scandalum istud fuit sedatum hoc fuit
tempore regis ludouici vltimi Et vere nobiles
non debent cogitari de his quid sit ecclesia / quia
pauca enim sunt qui non habeat fratres propinquos
qui viuunt de bonis ecclesie / et qui si dimi
deret hereditatem ad eos paulatim redige
retur in nichilum Videtur etiam barones
quia pauca sunt qui non sint fideles ecclesie
Cum aliquando vna est Cant. 6. Vna est columba

No.

a

mea etc. si absque periculo transgressionis
posset suadere quod tales libertates ecclesie
tollerentur. Ut ergo vestra constancia immacula-
ta permaneat placeat vestre celsitudini
privilegium istud iustum et canonicum con-
firmare, et attemptata si que sunt
per reclamatores vel alios revocare, et matrem
nostram ecclesiam gallicanam in suis fran-
chisiis libertatibus et consuetudinibus con-
servare. Ut per vos honorificetur deus
cui est honor et gloria in secula seculorum
amen. 1. pe. 4. ut ipse vos honorificet
qui dicit 1. Reg. 2. c. quicumque honorifica-
verit me glorificabo eum in qua gloria
est verus honor qui nulli conceditur in-
digno primo adquem nullus admittitur
nisi dignus sicut dicit beatus Augustinus quem
honorem nobis et vobis concedat qui est benedictus
in secula seculorum Amen. Et quia multa
articuli proponebantur quorum aliqui totam
iurisdictionem ecclesiasticam enervarent. Ideo
illos volumus defendere et tueri eum scriptum
sit Eccli. 4. Usque ad mortem certa pro iusticia
et deus expugnabit inimicos tuos. Alii
alii sunt qui continent solum abusum quos
non concedimus per gentes nostras fieri, et
si fieri vellemus aliquid tollerare. Et ideo
propter honorem dei principaliter et propter exone-
racionem consciencie mearum et propter regis
reverenciam et populi profectum et pacem, omnes
simul hic congregati disposuimus tale reme-
dium apponere quod abusus predicti si per aliquos
facti fuerint cessabunt ad pacem populi et
laudem dei. Cui est honor et gloria
in secula seculorum Amen. Collacio in ad-
ventu domini. B. dictas Cardinalis

Obsecro vos ego vinctus in
domino ut digne ambuletis
vocacione qua vocati estis
ad Ephesios 4. et in epistola dominica precedentis
predicetur nobis quod aliqua peticio obse-
cracio et postulacio debet faciliter
exaudiri scilicet

b

cum est in nomine petendi iusticia curiali-
tas et benignitas | Auctoritas emin-
ens est in potestate vel in obsecratione auctoritas et dignitas
cum est in meo aquo petitur quedam decencia
cognitas et necessitas | iusticia equitas ve-
rum est in peticione | ritas et sanctitas
primum patet quod dicitur Luc. 11. Omnis qui petit accipiet etc.
secundum patet quod dicitur de Christo ad Ephesios 1. quod exauditus
est pro sua reverencia | mei sive petere quibus
tertium dicebat Salomon .n. phas cut aucti facere
quartum patet quod dicitur Iudicum 22. Iustam
rem postulat da ei. Modo in ista
obsecracione nostra peticione porrigi-
mus continentur ista predicta quatuor. Ut
primos absque difficultate aliqua admit-
tantur dicentes verba thematis pessup-
ta Obsecro vos etc. Primo ergo ex
parte modi petendi hic apte conspicitur
omnis benignitatis, omnis curialitatis
omnis humilitatis omnis congruitudo quia
Obsecro non imploro. Secundo attendi-
tur ex parte petentis omnis dignitatis, omnis
sublimitatis, omnis potestatis et eminencie
celsitudo quia obsecro ego papa
assumptus licet immeritus ad plenitu-
dinem potestatis. Tercio meo aquo peti-
tur requiritur omnis necessitatis, omnis inte-
gritatis, omnis humilitatis et obedien-
cie promptitudo quia obsecro vos.
Quarto in peticione colligitur omnis
honestatis, omnis bonitatis, omnis equitatis
omnis veritatis, et iusticie rectitudo
quia ut digne ambuletis etc. Circa
primum quero quia dicit obsecro
unde possumus dicere quod dicebat
apostolus ad Philemonem multa fidu-
cia habens imperandi tibi, propter caritatem
autem magis obsecro. Habeo quidem
fiduciam imperandi tibi, ex vinculo nature,
ex benificio nutriture, ex debito facture,
ex officio prelature. Ex vinculo quidem
nature estis nepos ossa ex ossibus
meis et caro de carne mea. Unde

c

aut iure nature sed quedam impium
in nepote maxime quem sibi videtur
quasi in peculiarem filium acceptasse
Vtinam sitis de illis nepotibus de
quibus dicitur Eccl. 3o. hereditas sancta ne-
potes eorum Et ysa. 61. Semen
benedictorum domini est et nepotes
eorum in eis Vnde et paulus a mor-
te pro nepote filium sororis liberatus
est Sicut apparet Actuum 23. Secundo
habeo fiduciam imperandi ex beneficio nu-
tricionis Vos enim paruulum nutrivi et
in studio parisien et in studio au-
relianen Sicut de christo dicitur luce 2.
quod erat subditus illis scilicet marie et
Jozeph Marie iure nature que ve-
ra mater erat Sed Jozeph iure nu-
tricionis quia pro nutricitamus erat Sed
3o habeo fiduciam imperandi ex debito
facture Vos enim estis factura et
creatura mea et ad statum istum
et ad omnia beneficia que habetis et unquam
habuistis Factor autem habet imperare
facture Vnde potestis dicere illud ad
Eph. 2. Ipsius enim sumus factura Sed 4o
ex officio prelature quod habet imperium super
omnes, ad sacerdotis imperium cunctus
populus obedit Fiduciam hanc ergo imperan-
di vobis ex caritate cum magis obsecrare
Et non potest esse quia 2 in Greg. In non pla-
cent deo coacta servicia Et Seneca
Generosus est hominis animus faci-
lius ducitur quam trahatur quia imperium habet
quandam cohercionem et violenciam, obse-
cratio autem dilectionem et beniuolenciam
Ideo dicit propter caritatem autem magis
obsecro Omne enim quod fit ex corde
et caritate leue est Quod autem fit ex
timore et coacte graue fit Vnde Bernardus
exponens illud Cant. 1. Fasciculus
mirre dilectus meus mihi dicit fa-
sciculum non fascem vocat quia leue pre
amore illius meditatur quicquid laboris

d

imminet vel doloris Vnde et Jozeph vi-
debatur dies pauca pre amoris magnitudine
Gen. 30. Et Osee dicitur Osee 11. In funiculis
adam traham eos in vinculis caritatis Et
Jer. 31. In caritate perpetua dilexi te ideo
attraxi te miserans non quidem imperans
Et ideo dicitur in themate obsecro . i. ad Rom.
12. obsecro vos per misericordiam dei ut exhibe-
atis corpora vestra hostiam viuentem sanctam
deo placentem Racionabile obsequium
vestrum nolite conformari huic seculo sed re-
formamini in nouitate sensus vestri ut probetis
que sit voluntas dei bona et placens et
perfecta Dico 2o quia ego licet immeritus
gero in ecclesia personam dei Quia Bernardus
2. de consolatione ad Eugenium papam. ca.
dicat sic Indagemus diligencius quis
sit quam gerit personam in ecclesia dei quis
es, sacerdos magnus, summus pontifex,
princeps episcoporum, tu heres apostolorum, tu primatu
tu abel, gubernatu noe, patriarchatu
abraham, ordine melchisedech, digni-
tate aaron, auctoritate moyses, iudicatu sa-
muel, potestate petrus, vnctione christus, tu
es cui claues tradite, cui oues tradite sunt
Sunt quidem et alij celi ianitores et gre-
gum pastores, sed tu tanto gloriosius
quanto differencius, vtrumque pre ceteris nomen
hereditasti habent illi sibi assignatos gre-
ges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti
sunt vni vnus nec modo pastor ouium sed
et pastorum tu vnus omnium pastor Vnde
id probemus queris, ex verbis domini, cui
dico non dico episcoporum sed eciam apostolorum sic
absolute et indiscrete tote commisse sunt
oues Si me inquit amas petre pa-
sce oues meas, quas, illius vel illius
populos ciuitatis aut regionis aut regni
oues meas inquit, cui non planum non
designasse aliquas sed assignasse omnes
Nichil excipitur vbi distinguitur nichil
Et forte putes ceteros condiscipuli erant
cui committens vni vnitatem omnibus commenda-
ret in vno grege in vno pastore Secundum
quod scriptum est Vna columba mea formosa

a

mea pfecta mea Ubi vnitas ibi
pfectio Reliqui mun pfectione no
habet sz diuisione recedentes ab
vnitate Inde e qp alij singli singlas
sortiti sut plebes sacte sacmetu
Demqz Jacobus q videbat columpna
esse ecclie, vna e contentus ierozoli
mitana petro vniusitate cedens
Insulare uo vbi positus e sacti titte
seme defuncti fratris vbi occisus
est ille nd dictus e frater domi por
co cedete dni fratre q se ingerat
alt petri progatiue Ergo mix cano
nes tuos alij in ptem solicitudinis
tu in plenitudine ptatis vocatus es
aliorum ptas ctis arctatur limitibus
tua extendit et in ipos q ptatem
sup alios accepit Mone si causa
extiterit tu epo celu claude tu ipm
ab epatu depone etia trade sathna
ne potes Patet go maxim piuilegiu
dam tibi tam in datis clauibus q
in omnibus comedatis cotessiu Ergo go
obsecro quidem Deqno ysa xlij
Ego dns hortenomen michi Ergo
quide q disposui tibi regna ut edas
et bibas sup mesam mea in regno
meo iudicando xij tbus isrl Luc. 22.
Ego quidem qui tuli te de domo
pris tui .1. par. 21. Ego quidem
vides paupertate tua Trey. 3. Ego
quidem q loquor dilecto meo et ad
me conusio eius Cant. a. Ego qui
p euangeliu in xpo ihu vos genui
Ego de quo Joh. 12. Ubi ego sum
illic et minister meus erit licet Augy
ut pz in sermone beati laurentij hic ibi
et dyaconus meus erit Dilectus gme
us michi et ego illi q pascit int lilia
Cant. 2. ¶ Quo 2o qr nos deqno
possum dice illud Joh. 15. Non vos
me elegistis sz ego vos elegi et po

b

sui vos ut eatis et fructu affe
ratis et fructus vr maneat Non
inquit vos me elegistis et ideo
no potestis cu venerabilibus mris
fratribus Cardinalibus similr gliari
ipi eni me elegerut sz vos no
me elegistis sz ego elegi vos Vos
inqz exigenu et pauperem ad regnu
copiosum Vos inqz adhuc iex
ptu et iuuene ad sceptru gau
diosu Vos adhuc teneru et de
bile ad ministeriu fructuosu Vos
exiguu et exilem ad soliu gliosu
De me enim in electione mea pt di
ci illud ps. Suscitans a tra inopem
et de stercore erigens pauperem Ut
collocet eu cu principibus cu pri
cipibus ppli sui Et. 1. Reg. 2. Dns
pauperem facit et ditat humiliat et
sublenat suscitat de puluere ege
nu et de stercore erigit pauperem
Ut sedeat cu principibus et soliu
glie teneat Unde possu vobis
dice quod scribit 1. Reg. 15. Cu esses
puulus in oculis tuis caput in tribu
bus isrl factus est es Uel de nobis
dici merito in figura qd scribit 1.
Reg. 16. Nunquid iam copleti sunt filij
Isai ?dt adhuc reliquus est
puulus et pascit oues Et ait
Samuel ad ysai Mitte et adduc
eu nec eni discubemus priusqz ille
huc veniat Misit ygo et adduxit
eum Applicatur Et vtma de
nobis dici potit quod ibide sub
iungit qz directus e spus domini
in illu puulu a die illa et in reliquo
Ut vobis dica illud ad Col. 1. No
cessamus p vobis orantes et postu
lantes ut impleamini agnitione volu
tatis dei in omni sapia et intellectu
spuali ut digne ambuletis deo

c

per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia dei in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia et longanimitate cum gaudio gratias agentes deo et patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine et eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis sue.

Dico 2o etc. Et videtur quod pauli quedam motum ambulationis sive progressionis qui motus est proprius animalium, in quo considero aliqua: ex parte mobilis aliquid, ex parte motus aliquid, ex parte termini aliquid, ex parte moventis.

ex parte mobilis sanctimoniam et decorem dignitatis
ex parte motus vehementiam et vigorem ablationis
ex parte termini excellentiam et honorem quo vocati estis
ex parte moventis gratiam et amorem quo vocati estis. 1. ad Thess. 2. Tamquam pater filios deprecantes vos et consolantes testificati sumus ut ambuletis digne deo qui vocavit vos in suum regnum et gloriam. Ideo exhortor vos fratres ut melius vobis ... ne persequor. Et ad melius vobis dictum illud 1. ad Thess. 4. Rogamus vos et obsecramus in domino Ihesu ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare et placere deo sic et ambuletis ut habundetis magis. Et dixit Sicut accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare. Ipse enim paulus dedit dyaconibus hanc doctrinam 1. ad Thim. 3. dicens dyaconos oportet esse pudicos non bilingues non multo vino deditos non turpe lucrum sectantes sed habentes misterium fidei in conscientia pura. Et subdit quod minus docet melius tamen habentes sic enim ambuletis ut habundetis magis quod patet 1. d. Dixi me audi

d

erit absque errore quod est et habundancia persecutur malorum timore sublato habundantia quidem hic in presenti et postmodum in futuro in illa celesti gloria. Quam nobis concedat etc.

Collatio quando venerunt de francia cardinales Tusculanus et penestrinus.

Stabant et videbatur in similitudine fulguris coruscantis. Ezechielis 1. Ricardus super Ezechielem parte prima super Bethlehem omnes in. potestas ista verba dicat sic: Stupenda faciunt fulgura sunt quod corda intuencium terrent illuminant et attendunt et ratio huius dicti videtur ista quod sicut sensus et experientia docet fulgur coruscans est

Inductivum stuporis
Incussivum terroris
Dilativum fulgoris
Accensivum fervoris et ardoris

Ergo in similitudine fulguris vadunt et veniunt quia stupenda faciunt quia corda intuencium terrent illuminant et accendunt. Et propter hoc quod adventus filii dei ad iudicium licet ista quod ratione dicto fulguri coruscanti comparatur Math. 24. Sicut fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem ita erit adventus filii hominis et Luc. 17. Sicut fulgur coruscans in ea que sub celo sunt fulget ita erit filius hominis in die sua. Modo videtur nobis quod venerabiles fratres mei quos dudum in francia et anglia pro parte regum misimus et ad nos treugas pacis pro magnis gentibus non adquandoque tempore sed fere ad quatuor annos factis, non prevaluit sunt tamen corda principum ad quas eos principaliter misimus primo omnes videant et audient

Primo suo facto spectabili induxerunt in stuporem et admirationem
Secundo suo sono terribili incusserunt timorem et formidinem
Tertio suo vero ductu efficaci et delectabili adduxerunt in fulgorem et illuminationem
Quarto suo zelo mirabili accenderunt in fervorem et devotionem.

Dico primo quod corda regum et aliorum omnium suo facto spectabili induxerunt in stuporem et admirationem

a

Quis enim non stupeat, quis non miretur
qui audit exitus regum ita fortes et
terribiles ita ad bellandum voluntarios
ita principes non potuisse ad bellum
Sed istorum nuncios prudencia labore
et diligencia treugas tam longi
temporis inivisse et ipsos ut ad nos pro pace
plenam potestatem habentes infra festum
beati Johannis proxime habeat ipse
esse Certe stupendum est et admirandum
ut illud Luce 7 Stupor apprehendit
omnes Repleti enim sunt stupore et extasi
in eo quod contingerat Actuum 3 Ysa
29 Admiracione faciam populo huic mira
culo grandi et stupendo Vere enim
fuit nobis magnus stupor cum enim au
diebamus ita creatus appropinquare di
cebamus in corde meo illud Jer 14 Ex
pectavimus pacem et non est bonum tempus
curacionis et ecce turbacio Sed auditis
novis de treugis istis diximus illud
ps Convertisti planctum meum in gaudium
michi conscidisti saccum meum et circumdedi
sti me leticia Vere hic fuit factum isto stu
pendo et mirabili probavimus esse verum id
prov 21 Cor regis in manu domini
quocumque voluerit inclinabit illud
Imago fulguris est inductiva stu
poris et isti induxerunt suo facto spe
ctabili corda regum et omnium in stu
pore et admiracionem Probat hoc merito et
notebatur in similitudine fulguris coru
scantis Abacuk 3 Ibunt in luce sa
gittarum tuarum in splendore fulguran
tis haste tue Sequitur Obstupefacies
gentes Egressus est enim in salutem populi
sui in salutem cum christo tuo Et Zach 9
d Exibit ut fulgur iaculum eius et sequitur
et salvabit eos dominus in die illa ut
gregem populi sui Unde sicut fuit stu
pendum quod leones isti sunt in mansue
tudine et Danieli non nocuerunt sicut
d Danielis 6 Deus enim misit angelum

b

suum et conclusit ora leonum Ut dicitur ibidem
Sic mirum et stupendum fuit quod isti
angeli pacis leonesque reges tam
fortes tam potentes tam victoriosos
ad nos sic mansuetos destinavit
sicut illa cecilia que sponsum que
sicut leonem ferocem acceperat ad cu
biculum paravit sicut agnum mansuetis
simum destinavit Ut de eis dicatur
illud ps Deduxisti sicut oves populum
tuum in manu Moysi et Aaron in sacer
dotibus eius quippe Vel in manu
Moysi id est domini Penestrini Moysi quidem
mitissimi Moysi mansuetissimi Moy
si deo familiarissimi Moysi id est de
aquis assumpti Adlecam enim de aquis
id est de curia Aquen ad cardinalatus
apicem est assumptus Et Aaron quod in
terpretatur mons fortis vel mons fortitudinis
Mons quidem propter eminencie celsitudinem
propter evidencie certitudinem propter influencie
plenitudinem Quippe mons coagulatus
mons pinguis Sed mons fortiter
et magis aggrediende vilit, et prosequendo
subtiliter, et in consumando feliciter
Ergo deduxisti sicut oves populum tuum
in manu Moysi et Aaron Dico
2o quod corda regum et aliorum suo so
no terribili immiserunt interiorem et co
sideracionem Isti enim sicut boni nuncii
nunc alliciebant blandis nunc deterre
bant asperis Unde et in libro quem vidit Eze
chiel scripte erant lamentaciones carmine
et ve Ezech 2 Oportet enim quod vult
induere nunc lamentaciones exponere populos
propter guerras gravissime afflictos
nunc carmine continere propter bonum pacis
quod exsuperat omnem sensum Nunc ve
comminari et predicere necnon et etiam
tormentorum et eciam famis et exquisita
cionum et maledictorum Et sic fecerunt ista
mira cogitates illud Apoc 4 De
throno procedebant fulgura et voces
et tonitrua Et ibidem 12 c Fulgura

quidem laudationis Voces carminis
et exultationis, et Tonitrua comminationis
Voce enim tonitrui tui formidabunt
in ps. ¶ Dico 3º quod corda regum
et aliorum suo verbo dulci et dele-
ctabili adduxerunt in fulgorem
et illuminationem ostendendo scilicet eis et
bona que ex parte prouenunt et inco-
moda que ex contrario sequitur et
angaria in quibus se etiam omnibus
subditis submittunt Et ideo in signum
huius de angelo qui resurrectionem domini
annunciauit dicitur Math. 28 quod erat aspectus
eius sicut fulgur Et Danielis 2
de istis nunciis dicitur Aspectus eorum quasi
lampades quasi fulgura discurrentia
Unde in aduentu eorum sicut quando da-
ta est lex Exod. 19 ceperunt audiri
tonitrua et micare fulgura Verbum ful-
gur dicitur a fulgore Unde inde licet
habes fulgura et coruscationes et dissi-
pabis eos Alia littera fulgura coru-
scationum in ps. Illuxerunt fulgura
eius orbi terre etc. Et ideo sicut refert
Ieronimus super Ezech. libro 1 super isto verbo
Symmachus transtulit ubi nos habemus in simili-
tudine fulguris coruscantis ¶ Dico
4º quod isti suo zelo admirabili cor-
da regum et aliorum accenderunt
in feruore et deuotionem Ad literam
in feruore et deuotionem ad istam ecclesiam
ad quam scilicet habet nuncios suos mitte-
re plena potestate suffultos Unde de hiis
potest dici illud ps. Educens nubes ab
extremo terre fulgura in pluuiam fecit
in pluuiam quidem fauoris et deuotionis
Et propter hoc Ezech. 1 dicitur paulo ante pa-
thematis passuptum Splendor ignis
et de igne fulgur egrediens De
igne enim magne dilectionis istorum
egressum est fulgur deuotionis re-
gum et populorum ¶ Habemus 3º duo
Primum quod fulgur est inductiuum stuporis

et maximum terroris Aliud fulgoris
attentiuum feruoris et ardoris Habe-
mus 2º quod isti mei nuncii corda regum
principum et aliorum | suo facto spectabili
induxerunt in stuporem et admirationem
suo sono terribili | et consideratione suo ver-
bo immiserunt timorem | dulci et delectabili
adduxerunt in fulgorem et illuminationem | suo
zelo mirabili | feruorem et deuotionem
attenderunt in | Unde merito de eis dici
mus verba thematis passumpti Ibant
et reuertebantur in similitudinem fulguris
coruscantis Et videtur nobis quod me-
rito verba ista de istis dici possunt Verba
enim ista dicta sunt de sanctis animalibus
in quibus euangeliste figurantur Ut
patet Ezech. 1 et Apoc. 4 Isti autem missi
sunt euangelizare pacem et hiis qui prope sunt
et hiis qui longe Ad Ephes. 2 Item
illa animalia sicut apparet ex textibus
pallegatis erant | oculata quia ani-
malia erant pro multiplicata | et retro | ita quod 6 ale
erant excellenter alata et penata | uni et 6 ale alteri
erant mutuo copulata et sociata quod penne
eorum iungebantur alteri ad alterum
erant fortiter et indefectibiliter preparata
et non fatigata quia requiem non ha-
bebant die ac nocte, ymmo dicit textus
quod manus eorum sub pennis eorum in quatuor
partibus Et certe videtur nobis quod isti
nuntii mei | oculati propter eorum ma-
gna prudenciam et
fuerunt multiplicati | discrecionem | excellenter oculati propter eorum
fuerunt ex | alta sapientiam et deuotionem
fuerunt mutuo copulati propter perfecta amici-
ciam et dilectionem | tabiliter preparati et
fuerunt indefe | fatigati propter mira
eorum diligentiam et perseueranciam Ergo
merito quod de sanctis animalibus dictum est
de eis dici potest Ibant et reuertebantur in
vobis tria | eorum progressus commendabilis
primo describitur et virtuosus Ibant
2º eorum regressus desiderabilis et gau-
diosus et reuertebantur

Int duas themat

a

Certo legationis eorum fructus acceptari
copiosus et gloriosus quia in similitudine
fulguris coruscantis / diligenter in
Ingressu comedat / que solitu-
dinis et laboris erant / mutue
In regressu deinceps letitia / magni-
tudinis gratitudinis et amoris / revertebatur
In fructu acceptat affluentia quieti-
dinis plenitudinis et valoris celsi-
tudinis et honoris / in similitudine ful-
guris coruscantis / Non praetereo tamen huius
Sed videtur michi quod hic questio cum
pulsat paulo enim ante thematis pass
supra dicitur in textu quod ista animalia ibant
et non revertebantur cum ambularent et
etiam subditur satis cito post quod ince-
debant non revertebantur sed unum quodque ante
faciem suam ambulabat / modo autem in
themate dicitur quod ibant et revertebantur
Et ista questio quantum ad sensum litteralem
fuit adeo difficilis quod sicut refert
Ieronimus ubi supra alii interpretes neglexerunt
tamen priores duas formas dicere videlicet
hoc scilicet quod animalia et revertebantur silendum
esse putaverunt ne legenti scandalum
facerent cum hec duabus prioribus sen-
tentiis contrarium esse putaverunt Sed sicut
dicit ibidem Ieronimus melius est in divinis
libris transferre quod dictum est licet non
intelligas quam dictum sit quod auferre
quod nescias Aliquin et multa alia
que difficilia sunt et quam [illegible] non
potest comprehendere hac licentia delebuntur
Sed sicut dicit idem Ieronimus super Proverbia 26
statim in eodem loco dicitur Ne respondeas stulto
iuxta stultitiam suam Et statim post Re-
spondeas stulto iuxta stultitiam suam
et tamen non est contrarium immo utrumque propter
et personarum diversitate concordat ita
in proposito nostro ibant et non revertebantur
Et videtur michi quod quantum ad propositum
nostrum possunt isti duo textus dupliciter concor-
dare Primo quia ibant et non revertebantur

b

ante neque in sed in proposito perfectionis
Sed ibant et revertebantur propter perditionem ne-
gotii consumationem Primo enim non
non revertebantur ut decens videbatur
esse verificatum illud Ysa. 55. Sicut
sic quomodo descendit ymber et nix de
celo et illuc ultra non revertitur sed inebriat
terram et infundit eam et germinare eam
facit et dat semen serenti et panem
comedenti Sic erit verbum meum
quod egredietur de ore meo non re-
vertetur ad me vacuum sed faciet quecum-
que volui et prosperabitur in hiis ad
que misi illud / quia in letitia egrediemini
et in pace deducemini montes et colles
cantabunt coram vobis laudem et omnia
ligna regionis plaudent manu Sic
descendit ymber et nix de celo id est isti
nuncii a sancta sede facta Celum enim
michi sedes est Ysa. 66. Tamen hunc
etiamnunc ad amorem et dilectionem / fecun-
daverunt ad vigorem et bonam operationem
Ideo non revertebatur ad me vacuum ut
possit dicere illud 2 Petri 1. Non va-
cuos nec sine fructu constituet nos
Non quidem vacuos et sine fructu immo
afferentes fructum optimum temporalem
scilicet in ire et pacis in spe Ioh. 15.
Posui vos ut eatis et fructum affe-
ratis et fructus vester maneat fruc-
tum ad litteram de quo legitur in Iob 22.
Habeto pacem et per hec habebis fructus op-
timos Non ergo vacuos et sine fruc-
tu constituet nos / licet enim unusquisque
in suis laboribus honorificetur et deus
reddat mercedem laboris sacrosque et
Apostolus glorietur se plus omnibus la-
borasse non dicens se plus omnibus
fructificasse / nec sit inpune dicto semper
ut relevetur ut eger / quia cum labore
et ex labore sequitur fructus cui
accrescat gloria accrescit et fama
ut possit dicere illud ad Phil. 2 Non
in vacuum cucurri neque in vacuum

laborani Et d[icitur] bij auturii et la
borani Iste enim qui ex quo recesse
runt fuerunt in discursu continuo
et labore Unde de eis potest dici illud
Zach. 1. Quatuor partes euntes ibant
Aurelianis per partes francie per partes
flandrie per partes hanonie et
brabancie et ultra per partes nostre
britanie parati etiam si necesse fuisset
transire ad partes Anglie Ut eis meri
to diceretur illud Iere. 1. Ad omnia que
mittam te ibis et que mandavero tibi
loqueris ad eos luc. 10. Ite ecce ego
mitto vos Ipse vero ut dicitur in ipsis eun
tes ibant et flebant mittentes semina
sua flebant quidem quia fletus erat
ex timore, ex amore, ex dolore, ex
ardore Ipsi autem continue in sollicitudine
et timore quando audiebant mala rumi
one in amaritudine et dolore
et ut deus prospera faceret iter suum
magno desiderio et ardore et ad
salutem a patris regnum magnorum
deo et amore Ergo euntes ibant et
flebant mittentes semina sua i. verba
sue exhortationis et sue predicationis
sed confidentes in deo ibant premitti de
celo habentes adiutorium suum deum qui
plus dare potest pacem 2. Mach. xi.
Ipse enim dicit ysa. 45. Ego ante te
ibo et gloriosos terre humiliabo portas
ereas et vectes ferreos confringam
Unde de eis potest recte dici id Eze. 1.
Quocumque ibat spiritus illuc pergit fide
batur Et ideo quia inierunt ideo venie
tes venient cum exultatione portantes
manipulos suos Non revertuntur enim
ad me vacui sed facient quecumque volui
Et prosperati sunt in hiis ad que misi illos
Aurelianis enim quicquid eis finaliter inue
rant opere perfecerunt Ioh. 17. Ego cla
rificavi te super terram opus consummavi
quod dedisti michi ut faciam Et certe
enim videbatur michi difficile ymo
quasi impossibile quod ibi pax fieret, eis

superecta ut treugas longas facerent
et ad presentiam meam reducerent partes sicut
et fecerunt Et ideo bene sequitur in textu quia
in letitia egrediemini et in pace deduce
mini et quod montes magni prelati et
principes, et colles scilicet mediocres canta
bunt coram nobis laudem et omnia ligna
silvarum et omnes populi et inferiores plau
dent manu Omnes enim gentes plaudite
manibus etc. Nec ergo ibant et non revertebantur
Ideo ibat et revertebatur scilicet post dicti
negocii felicem consumacionem signati per
illum angelum raphaelem salutis
medicum qui prestitus omnibus potest quemadmodum
erat tagetibus et thobie seniore et
iuniore Raguele et sara filia eius
dicit Thobie 12. Tempus est ut revertar
ad eum qui me misit Vos autem benedicite
deum et narrate mirabilia eius Ut
de eis dicatur illud luc. vl. Surgentes
regressi sunt in ierusalem signati per illam columbam
que reversa est ad noe in archam portans
ramum olive virentibus foliis Gen. 8.
Ramus autem olive pacem significat Ideo
videtur michi quod possumus aliter unde
videtur enim michi quod animalia vadunt
et non revertuntur et ideo vadunt et revertuntur
etiam in uno et eodem facto virtuoso et meritorio
commendabili Vadunt enim et non revertuntur qui
de quocumque opere de quocumque gratia donum dei
quecumque gratia eis data gloria sibi non attribuunt
sed vadunt et revertuntur qui totum deo ulteriores
tenta referunt Ergo parte 1. super Ezech
omel. 7. dicit sic Animalia vadunt et re
vertuntur in similitudine fulguris coruscantis
quia per quos cum mira viri homines faciunt per quos
corda audientium sparso lumine incendunt
ad laudem auctori suo gloriam reddunt ut
illi laudem reddunt per quem se posse talia
sentiunt Et quia isti sic faciunt non sibi sed deo attri
buentes ideo non revertuntur et revertuntur
Unde dicebat Iob. a. Non revertetur
oculus meus ut videat bona scilicet de eis
gloriam attribuendo sed attribuendo deo potest dici
de eis illud luc. 2. c. Reversi sunt pastores
glorificantes et laudantes deum in omnibus
que audierant et viderant Et luc. 10. c.
Reversi sunt cum gaudio dicentes domine etiam

a

demonia subiciuntur nobis in nomine tuo Demonia ad litteram que guerram istam suscitaverunt Vel demonia i. maliciosi consiliarii qui ipsam tanto tempore nutriverunt ut merito de eis dicatur intelligatur et est concordancia realis et vocalis cum toto themate illud Job 38. Mittes fulgura et ibunt et revertentia dicent tibi assumus Quod pertractans Gregorius li. 30. moralium c. 2. dicit sic Ibunt fulgura cum predicatores nunc eius coruscant et super revertentia subditorum corda tunc infringunt Revertentia non dicunt assumus cum non sibi sed dei virtutibus tribuunt quecumque se fortiter egisse cognoscunt Primum enim est deo dicere assumus quod videlicet cum in hoc verbo obsequium declaratur Revertentes itaque dicere possunt assumus quod illi laudem tribuendo gracie a quo se accepisse senciunt victoriam pugne Unde nec sibi tribuat quod operantur quia quod fulgura operando possunt sed revertentes superbiendo non possent Isti ergo ibant et revertebantur Eccl. 1. Ad locum unde exeunt flumina revertuntur Omnium enim nostrum sicut dicit Gregorius ibidem et flumina sunt et fulgura sunt Cum enim corda audiencium rigant flumina sunt quando vero accendunt fulgura nuncupantur Ergo mittes fulgura hoc est istos nuncios et ibunt et revertentia dicent tibi assumus Assumus namque dicere est potentes se amando et obsequendo inclinare Et certe hanc paciam multum desiderabamus cum sit nobis et isti ecclesie plurimum delectabilis et etiam oportuna ut merito dicamus cum eis illud Cant. 6. Revertere revertere sunamitis revertere revertere ut intueamur te Ut eis dicamus quod scribitur Ysa. 30. Revertimini et quiescatis et salvi eritis nunc in spe tandem in re quia nobis concedat qui est benedictus in secula seculorum Amen Collacio in die Cene

Atrium quod contra Bavarum est foris eice foras Apok. xi. Remigius super Apok. li. 3. x

b

tractans ista verba dicit sic Miranda prorsus locucio que illud eici foras precipit quod iam foras existit Quomodo enim foras eici potest si intus non est Et Ambrosius Autpertus super eodem verbo li. suo 7o pertractans eadem hoc verbum dicit sic Miranda prorsus locucio que illud foras eici precipit quod iam foris cernit Quomodo enim atrium hic foras proici iubetur quod intus omnino non fuerit quod cum non intrasset iam foras est utique non foras mittatur non est Et licet huiusmodi questioni ipse respondeat dicens quod talis modus locucionis in scriptura frequenter invenitur sicut est quod deleatur de libro viventium et cum iustis non scribantur deleatur i. non scribatur Sic est illud quod deus induravit cor pharaonis pro eo quod eius cordis duriciam non abstulit Et Ysa. Cor populi excecat quod illi lumine vite non administrat sic dicit Atrium quod est foras foras eici i. ipsum neque intra templi mensuras admitti Tamen hic videtur quod aliquantulum altius et subtilius contemplanti occurrit quod aliquid quod est foras foras potest eici primo forte de facto eicitur tribus modis Videtur enim michi quod aliquis est foris ecclesiam Primo per maliciam heretice opinionis peccata enim dividunt adeo ab ecclesia sponsa sua Unde Ysa. 59. Iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis Et propter hoc dicitur Numeri 5. Eiciat de castris omnem leprosum Secundo est aliquis foris per formam iuste excommunicacionis Excommunicatio enim separat a fidelium communione Et ideo dicit Apostolus 2. ad Thess. 3. Denunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Ihesu Christi subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non

sim tradicionem quam acceperunt a nobis
Et subdit Siquis non obedierit
verbo meo hunc notate et non commi
sceamini cum illo ut confundatur
Amos 8 Eicietur et defluet sicut
rivus egipti Quintus est aliquis
foris pertinacia et pertinacia
dampnate assercionis talis enim
est hereticus Hereticus autem diversus
est et foris est Et post hoc Johannes
in canonica sua 2a dicit sic Siquis
venit ad vos et hanc doctrinam non
affert nolite eum recipere in domum
nec ave dixeritis Qui enim dixerit
ei ave communicat operibus eius ma
lignis Psalmus vineam de egipto
transtulisti eiecisti gentes et planta
sti eam Quomodo videtur michi quod
qui est foris pertinacia ut operatores
foris dicuntur qui publice anathema
tizatur et eius pravitas propalatur
Unde Rychardus de Sancto Vi
ctore libro suo 3o super apocalipsim pertractans
verba thematis nostri dicit sic Utrum
falsi christiani sunt qui videntur con
tracti et qui sunt baptizati sed pleni
sunt cadaveribus id est viciis et pravis
operibus qui communibus fidelibus ad
iuncti sunt nomine tenus sunt actione
ipsa foras erant quorum a fide
libus predicatur Deo sibus dicit Jere
2 Jacuerunt in terra foris et ce
ciderunt percussisti et non miserebe
ris Octavo ille qui est foras per sinag
uiste excommunicacionis foras eicitur
qui multiplicat aggravat et penas
pluralitas et quantitas cumulatur vel
etiam alio et alio anathemate alli
gatur Dan. 2 Alligetur vinculo
ferreo et ereo in herbis que foris
sunt et cum foris pes eius in herba
terre sicut fuit illa Engeltruda ana
thematizata 3 q. 4 Engeltruda
Nono qui est foras pertinacia et
pertinacia dampnate assercionis foras
eicitur qui finaliter sicut hereticus condempnatur
et curie seculari relinquitur vel si hunc non
post eum indulgenciam concedit et
curie perdicitur 1 ad Thimo. 1 Quidam
circa fidem naufragaverunt de quibus est
Ymeneus et Alexander quos tradi
dit sathane et discant non blasphemare
de talibus dicitur 1o ad Cor. 1
Eos qui foris sunt deus iudicavit Decimo
qui foris est et plurimum adhuc foris etiam
post et eicitur tribus modis Tamen
videtur michi quod ille scelleratissimus
ex quibus fasmaticus hereticus fau
tor et verus hereticus Ludowicus de
Bavaria existens tribus modis foris
extra dei ecclesiam evidenter eicitur
Primo enim est inmanissimus scelleribus
et tyrannijs et criminibus maculatus
Secundo est conplurimis penis secretis et ex
communicationibus inodatus Tercio est depre
hensis perniciosissimus periculosissimus heresibus
fautoribus et fasmatibus condempnatis
Ergo foris est Dico primo quod est inma
nissimus scelleribus tyrannijs et crimi
nibus maculatus Ideo eum potest dici
de eo quod scribitur 1 ad Thimo. 1 Blasphe
mus persecutor et contumeliosus unde potest
dici de eo quod dicitur de illo Anthiocho ma
lo rege 2 Mach. 9 quod erat homicida
blasphemus et ideo pessime percussus
est a domino Et ideo potest dici sicut ille
Antichonor qui facinorosissimus dicitur 2
Mach. 8 Unde iste videtur etiam
pharaonis maliciam superasse Pharao enim
dixisse fertur Exod. 9 Moysi et
Aaron peccavi dominus iudex ego et
populus meus impij orate dominum Iste
enim in profundum malorum veniens sic con
tempsit deum et ecclesiam quam se 28
annis divinissimus sathane nec ad ma
trem redire lapsus est de peccato in peccatum
cumulans peccatum quod per penitenciam mox non de
levit suo pondere ad aliud trahit sicut
dicit Gregorius et ideo traditus est in reprobum

a

ipsi ut fiat que non conveniunt et que
etiam pudet recitare Unde videtur
verificatum de eo cum suis adherentibus .2. ad
Thim. 3. Instabunt tempora periculosa et erunt
homines seipsos amantes cupidi elati super-
bi blasphemi parentibus inobedientes
ingrati scelesti sine affectione sine pace
criminatores incontinentes immites sine beni-
gnitate proditores protervi tumidi et
voluptatum amatores magis quam dei
habentes quidem speciem pietatis virtutem
autem eius abnegantes, et hos devita Et
sequitur quemadmodum Iannes et
Mambres restiterunt Moysi, ita et
isti resistunt veritati homines corrupti
mente circa fidem. Sed ultra non proficient
Insipientia enim eorum manifesta erit
omnibus sicut illorum fuit Et videtur
quod iste in tantum prorupit insania quod
quemadmodum ille draco absorbere volebat
filium quem paritura erat mulier amicta
sole de qua dicitur Apoc. 12. Ita iste co-
natur omnino sanctam ecclesiam et eius potestatem
a deo sibi datam absorbere et iniquas leges
contra ecclesiam condendo et episcopos instituen-
do et instituta violando, et illos qui
nolunt violare de beneficiis expellendo
prout nobis relatum extitit etiam ali-
quos occidendo matrimonia solempni-
zata in facie ecclesie separando, et in gradi-
bus consanguinitatis et affinitatis prohibi-
tis personas coniungendo, ydolum in ecclesia con-
stituendo illud scilicet Antipapa Claves
ecclesie non solum contempnendo ymo negando
Et non contentus ut hominum maliciam supera-
ret voluit etiam maliciam demonum supera-
re Ille enim lucifer equalitatem dei
appetiit, sed iste se deo et vicario eius
preponere voluit ipsum Christi dei vicarium
de facto deponendo, ymo quod sibi liceat
et omni Imperatori papam deponere heretice
asseruit Ut merito de eo dici possit

b

illud .2. Joh. Hic est seductor et anti-
christus Sed sicut Michael et angeli
eius preliati sunt cum dracone et pre-
cipitatus est ille draco magnus serpens
antiquus qui vocatur dyabolus et sa-
thanas qui seducit universum mundum
Ita iste nisi convertatur et redeat pre-
cipitabitur in tenebras exteriores ubi
erit fletus et stridor dencium Et
dico speramus in domino quod nisi peni-
tencia obsistat non solum sinabitur in
thartarum eternis ignibus cruciandus
sed etiam hic eius pena inchoabitur
et ira dei descendat super eum sicut
factum est de Herode rege Actuum 12. qui
percussus ab angelo domini eo quod non de-
disset honorem deo consumptus a vermi-
bus expiravit Ut de eo dicatur illud
Deut. 32. Foris vastabit eum gla-
dius et intus pavor Ut de eo merito
dicamus illud .2. ad Cor. 4. Qui foris
est homo corrumpitur sed is qui intus est
renovatur de die in diem Dico 2o
quod ipse gravissimis penis sentenciis et ex-
communicationibus innodatus sicut apparet
in processibus factis per felicis recordationis Johannem 22
predecessorem nostrum, quos statim recolle-
ctos in sba summarie et breviter audietis
Ipse enim excommunicatus
Item ex inobediencia Item ex heresi
fautoria Item ex heretica pravitate Item
ex scismate et ecclesie scissura Item
fere ex omnibus causis propter quas et
in scriptura sacra et in iure aliquis
anathematis vinculo est innodatus
Unde sicut dicit Aug. in libro suo de
correctione et gratia c. 23. Corripiatur
a preposito suo subditi correptionibus de
caritate venientibus pro culparum diversi-
tate diversis minoribus vel amplioribus etiam
ipsa que dampnatio nuncupatur quam facit
episcopale iudicium qua pena in ecclesia nulla
maior est Et rationem reddit Aug.
super Jo. omel. .4. dicit enim sic Eum

excommunicat ecclesia in celo ligat excommunicatus, cum reconciliatur ab ecclesia in celo solutus reconciliatus censetur. Ergo ista pena magna est. Et in narratione Augustini ubi supra scilicet de correctione et gratia subdit, quod pastoralis necessitatis est, ne per plures serpentes dira contagia separare a sanis ovibus morbidam, ab illo cui nichil est impossibile ipsa forsitan separatione sanandam. Sic fecit ad litteram apostolus 1. ad Corinthios 5. qui illud corinthium tradidit sathane qui penitendo correctus est ut apparet 2. ad Corinthios 2. Et propter hoc dicebat Salvator Matthei 18. Qui ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Et mirato, quia sicut dicit Augustinus in libro contra epistolam fundamenti: Non crederem evangelio nisi ad hoc auctoritas ecclesie me commoveret. Et 10 de talibus dicitur 2. Paralipomenon 23 Educite eam extra septa templi foras et ibi interficiatur gladio. Et Ecclesiastici 44. dicitur de bonis angelis, malos autem foras miserunt. Tertio dico quod est in pernitiosissimis hereticis fautoriis et scismatibus condempnatus ipse enim est condempnatus de tribus heresibus. Primo de paupertate Christi et apostolorum quorum asseruit determinationem factam per ecclesiam esse hereticam et mandavit se ac ecclesiam de contrario sicut apparet in appellatione magna quam fecit contra dominum Johannem papam. Secundo de alia heresi qua asseruit quod ad imperatorem pertinet deponere papam et instituere, que heresis quam periculosa est et subvertens totum statum ecclesie, quod contra omne ius nale divinum canonicum et humanum per ecclesiam est contrarium? Et per ecclesiam dicta heresis nullo colore fulcitur, dicente apostolo 1. ad Corinthios 2. Spiritualis homo omnia diiudicat ipse autem a nemine iudicatur. Tertio condempnatus est de heresi, quia citatus super heresi et contumaciam excommunicatus ipse in dicta excommunicatione non solum per annum sed etiam plus quam per 10. pertinaciter stetit. Condempnatus est etiam de scismate, quia tunicam domini inconsutilem quam etiam gentiles scindere non ausi fuerunt dividere ipse scindere et dividere nisus est, antipapam creando et idolum in ecclesia constituendo. Cum quare autem sit tale scisma apparet Numeri 16. c. ubi legitur quod dathan et abyron qui sacerdotium quod deus instituerat esse in aaron, dividere voluerunt, non solum morte solita interierunt sed etiam infernus absorbuit eos vivos et etiam eos qui eis consenserant ignis consumpsit. Unde possumus dicere ista quod dicebat Augustinus ad Emeritum donatistam ubi dicit sic: Vobis obicimus scismatis crimen quod etiam in heresim male perseverando fecistis. Fuit etiam condempnatus de fautoria hereticorum, ipse enim Marsilium de padua et Johannem de Janduno heresiarchas et condempnatos de heresi sustinuit et secum tenuit usque ad mortem eorum. Et audenter dicere quod vix unquam legimus peiorem hereticum illo Marsilio. Unde de mandato domini predecessoris nostri de quodam libello plus quam ducentos et 60 articulos hereticales extraximus. Dicitur etiam multas alias hereticas fuisse. Et 10 me scripto de eo dicitur ad Titum 3. c. Hereticum hominem devita sciens quia subversus est qui huiusmodi est. Et non mirum si de una heresi venit in aliam, quia sicut dicit Beatus Gregorius 25. moralium c. 16. habet hoc heretici proprium quod in eo gradu in quo de ecclesia exeunt diu stare non possunt sed ad deteriora cotidie ruunt et sentiendo peiora in multas se partes scindunt. Et 10 Amos 7. c. dicitur: In captivitatem quasi foris sunt sunt. Habemus ergo duo primo quod ille qui est foris per maliciam iniquae operationis adhuc foris citatur quem publice anathematizat, et eius perversitas propalatur. Item ille qui foras est per sinam insolatum excommunicationis, quem aggravat, et penarum qualitas et quantitas cumulat. Tertio quod qui est foras per adherentiam et pertinaciam dampnate assertionis adhuc foras citatur quem finaliter

a

condempnatur et qui cum eum indulgen
tia conceditur et crux predicatur. Ha
bemus 2o quod iste sceleratissimus ludowi
cus est foras ecclesiam quia immanissimis
scelelibus tirannis et criminibus macula
tus existens quia grauissimus penis sente
tiis et excommunicacionibus innodatus. Item
quia dampnatissimus et periculosissimus
hereticus fautoribus et fautoribus condemp
natus. Ergo merito ipse foris est adhuc
foras eiciendus est et per sue iniquitatis pa
lacium et per suas aggrauacionem et pena
rum cumulacionem et eciam per crucis cum eum
predicacionem. Et merito michi dicatur
verba thematis pressuppita. Atrium quod
est foris eice foras. Ubi duo tangit. Primo enim
aliquid michi proponitur intuendum
quia atrium quod est foris. Secundo aliquid
michi precipitur exequendum eice foras.
Unde primo hic demonstratur flagicium
exageratur vicium malignitatis ne
phande. Atrium quod est foris. Istud
enim atrium hereticam secte significat. Unde
Rabanus super isto verbo dicit sic per illud
verbum hereticos intellige, quod sicut atrium te
mplo quidem vicinum est sed in templo uel te
plum non est. Ita sunt heretici habentes quidem
speciem pietatis virtute aut abnegantes.
Cum ergo dicitur atrium quod est foras demonstra
tur flagicium malignitatis nephande
quantum autem et quale est istud flagicium de
dicit Augustinus 21 de Ciuitate dei dicens
expresse eos peiores sunt quam mererentur pa
gani qui numquam fidem susceperunt. Unde dicit
sic heretici ideo non abent non supplicio li
berati qui in Catholica ecclesia baptizati
sunt et sacramentum corporis Christi in precio primo
acceperunt tum peior sit utique desertor fidei
et ex desertore oppugnator eius effectus
quam ille qui non deseruit quam numquam tenuit. Et
ideo dicit petrus in Canonica sua 2
c. Melius erat illis non cognoscere
viam iusticie quam post agnicionem retrorsum

b

conuerti ab eo quod illis traditum est sancto
mandato. Et ideo mirandum est de aliquibus
qui quando crux predicatur contra hereticos nec eam
assumunt nec ita sine eodem putant
sicut quando predicatur in subsidium terre sancte.
Et tamen sine comparacione vtilius et magis
necessarium est ecclesie ut heretici extirpentur
ab ea qui faciunt ipsi ecclesie sedicione
et bellum intestinum quam terra perdita re
cuperetur, uel quod sit quodcumque bellum
contra iudeos uel paganos. Ideo dice
bat Apostolus ad Galathas v. Utinam absciderentur
qui nos perturbant. 2 ad c. o. gal. et si quis
aliud ewangelizauerit preter id quod acce
pistis anathema sit. Et ideo boni
christiani statim ad preceptum vicarii Christi
debent opus istud assumere sicut illi
de filiis legitur leuitici 10 qui statim
ad preceptum Moysi pergentes licet essent
fratres eos qui imposuerunt ignem
alienum tota domus confestim eiecerunt
foras ut eis fuerat imperatum. Ideo
cuilibet bono christiano dicitur. Exite et prite
absite. Mt. 9. De isto atrio sic exi
stente foris videtur michi dictum
in figura Mt. 26. ubi dicitur quod petrus
tum Christum negaret erat foris in atrio
quia ad hereticam fidem negauit. De hoc
eciam videtur michi dictum esse Hester
6 c. Aman est in atrio foris. De quo
eciam Aman dicitur statim in 1o c. hostis
et inimicus pessimus est iste
aman. Aman iste est iste Bauarus
ad litteram Aman enim interpretatur iniquus
uel coangustans seu comprimens me. Ad
litteram enim ipse est iniquus ut qui
ex adipe prodiret iniquitas eius. Ite
rum et ad odium coangustat et co
primit ecclesiam quantum potest. Et ita ut vix
fateat ipse omni genere persecucionis
ecclesiam suo conamine comprimit et
coangustat. Ipse ita enim in ipsos exp
mit quatuor persecuciones datas eccle
siis cum eo proteggere nolit timens

A timore nocturno, a sagitta volante
in die, a negotio perambulante in tenebris
et ab incursu et demonio meridiano.
A timore igitur nocturno propter nequitiam perpetrati sceleris,
a sagitta volante in die propter violentiam tendentia
patrati sceleris scismatis, a negotio
perambulante tenebris propter perfidiam
dampnate heresis, ab incursu et de-
monio meridiano propter violentiam
et vehementiam ducis tyrannidis. Iste
ergo hostis et inimicus nec possimus per-
sequens scilicet ecclesiam sicut pector cupiditatis
sicut scismaticus sicut hereticus sicut
tirannus crudelissimus non attendens
illud Matthei 16. Porte inferi non preva-
lebunt adversus eam. Nec illud quod
Hylarius dicit .7. de trinitate c. 2. Hoc
ecclesie proprium est, quod tunc vincit cum le-
ditur, tunc negligat cum arguitur, tunc
obtineat cum deseritur. Hoc est quod
dicit: Hoc habet proprium ecclesia, dum persequitur
floret, dum opprimitur crescit, dum contemp-
nitur proficit, dum leditur vincit, dum
arguitur intelligit, tunc stat cum superari
videtur. Merito ergo iste dicitur atrium quod
est foris, de quo dicitur in figura Ezechielis 42.
Non egredietur de sanctis in atrium ex-
terius. Idem est extimus quod est for-
Dico 2o quod imperatur exterius implorandum
tunc officium sancte potestatis, date auctori-
tatem mittere dicitur eice foras quatenus eum ad
lucem compellat ex officio. Bernhardus 3.
de consideratione ad Eugenium c. 2 dicit
sic: Curandum summopere tibi et
tota vigilantia considerandum est
quo et qui non sapiunt sapiant, et qui sa-
piunt non desipiant et qui desipuerint
resipiscant. Proinde operam tibi dare
operam quantum potes ut increduli con-
vertantur ad fidem, conversi non revertantur,
aversi quoque revertantur. Porro perversi or-
dinentur ad rectitudinem, subversi quoque
ad veritatem revocentur, subversores

quoque invictis rationibus convincantur et emendentur
ipsi si fieri potest vel si non perdant autem
facultatem alios subvertendo. Et cum
studio aut corrigendi ne pereat aut
coercendi ne perimat. Et 2. libro c. 7
dicit sic: Accingere gladio tuo, gladio
spiritus quod est verbum dei, glorifica manum
et brachium dextrum in faciendo vin-
dictam in nationibus et increpationes in
populis. Ad alligandos reges eorum in
compedibus et nobiles eorum in manicis
ferreis. Si facis hoc honorificas ministe-
rium tuum et ministerium te. Curica ergo ex-
terpare malas bestias a finibus tuis
ut greges tui secure in pascua dedu-
cantur. Et in libro 4. c. ultimo dicit sic: Oportere
te esse considera scelerum ultorem,
malorum metum, bonorum gloriam, virga
potentum, malleum tirannorum, legum
moderatorem, regum patrem, canonum
dispensatorem, sal terre, orbis lumen,
sacerdotem altissimi, vicarium Christi, christum
domini, postremo deum pharaonis. Intel-
lige eum que dico dabit enim tibi dominus in-
tellectum, ubi malicie est iuncta tibi aliqua
super hominem presumendi, vultus super
facientes mala, timeat spiritum ire tue
qui hominem non veretur, gladium non for-
midat, timeat execrationem, quem ammoni-
tionem contempsit, cui irasceris tu deum si-
bi iratum non hominem putet, qui te non au-
dierit auditurum deum contra se paveat.
Dicit enim ipse: Qui vos audit me au-
dit, et qui vos spernit me spernit. Canticorum 2.
Capite nobis vulpes parvulas que de-
moliuntur vineas. Et videte quod istud
ex templo eiecit Christus, qui fecit flagel-
lum de funiculis et eiecit de templo
ementes et vendentes Matthei 21 et Johannis 2
et Luce 19. Ita est inferum officibus magis
quod deducat Augustinus omelia 16 super
Johannem pertractans illud Johannis 10. Mercena-
rius autem et qui non est pastor videt lu-
pum venientem et fugit. Fugit autem

a

quia non pertinet ad eum de omnibus dicat
quod mercenarius est non pastor / qui exequi
contra causa siue propter inimicicias subsequen-
tes siue alias obmittit aliquem excommuni-
care et communione fidelium separare Unde
dicit sic Mercenarius est qui videt lu-
pum et fugit ille qui sua querit non que
ihesu xpi qui peccatorem libere non audet
arguere Ecce nescio quis peccauit
grauiter peccauit vituperandus excommuni-
candus est sed excommunicatus inimicus erit
insidiabitur nocebit cum poterit iam ille
qui sua sunt querit non que ihesu xpi
ne perdat quod sectatur humane amici-
cie scilicet commoditatem et inimicicias
humanarum incurrat molestiam ta-
cet non corripit Ecce lupus ingreditur
apprehendit et rapit O mercenarie
lupum venientem vidisti et fugisti Respon-
debit forte et dicet Ecce hic sum et
non fugi Immo fugisti quia tacuisti ta-
cuisti quia timuisti / fuga animi timor
est / corpore stetisti sed spiritu fugisti / quod
non faciebat apostolus qui et si ~~[?]~~ absens
corpore spiritu tamen presens est Corinthium
sathane tradidit j. ad cor. 5. Et ideo
dicebat propheta Ve michi quia tacui ysa. 6.
Nec dicet michi Tu videas arguere
predecessorem tuum immediatum qui toto tempore
pontificatus sui tacuit nec processit Respondeo
dico quod predecessor ad conuincendum magis
istius maliciam ipsum longo tempore expectauit
credens quod expectatio prodesse posset ad sa-
lutem ipsius quam summe desiderauit Sed
ad litteram verificatum est illud ysa. 5. Ex-
pectaui ut faceret vuas et fecit labruscas
uel spinas Dicit hec ad litteram Augustinus Unde
dedit ei locum penitentie et ipse abusus est eo
in superbiam Job 24 Cum non quondam misisset
ad eum episcopum magalonensem ipsum quadam
die vocauit et quod vellet aliquid secre-
tum [?] percolia [?] in eius presencia vestibus
imperialibus se induit et multa enormia

b

tum cetera fecit Unde ipse met prede-
cessor sicut bonus pastor non solum ex-
pectauit ut ipse veniret / ymo ipsum
volebat super humeros suos imponere et
reducere ad ouile / sed ipse econtra sicut mul-
ta bona permittebat de quibus etiam litteras
suas dedit sed cum opere nichil adimple-
uit Et ecce nos etiam fere per annum ex-
pectauimus / et deus scit quantum reconcili-
acionem suam desiderabamus et quam fauo-
rabiles et misericordes nos exhibui-
simus nos eidem et propter salutem suam
et multorum aliorum / et etiam propter fa-
uorem aliquorum qui toto corde pro eius
reconciliacione instabat / sed econtra ipse illu-
sit eis et nobis Ita michi sui qui vene-
runt illa que promiserat et sigillauerat
tempore predecessoris dixerunt quod nullo mo-
do facere / ymo quod quicquid ibi erat ad hono-
rem ecclesie respectauit [?] Ut dicatur
de eo illud ad Ro. 2. Secundum duriciam
tuam et cor impenitens thesaurizas tibi
iram Unde idem predecessor et nos
voluimus bene facere sicut facit bonus
medicus Ut primo exhorta~~[?]~~ renouarecur[?]
cum lenibus scilicet exhortacionibus admoni-
cionibus / sed quia infirmitas non curatur sed
aggrauatur oportet membrum istud incidere
et resecare Quod pulcre prosequitur
origenes omelia 7 super Josue loquens
de illo anathemate dicit sic Non
dicimus ut pleni culpa aliquis ab-
scidatur / sed si forte commonitus quis
et correctus pro delicto suo semel
iterum ac tercio nichil emendacionis ostendit
Utamur medica disciplina si oleo
perunximus si emplastris mitiga-
uimus malagmate molliuimus sic
cum medicamentis cedit tumoris
duricia / solum superest remedium re-
secandi Et ita docet Saluator
in illa parabola cum docet ad suum
conuiuium primo vocari sed postmodum
compelli Luc. 14. Dicit pulcre

deducat Augustinus in quadam epistola
ad donatum presbiterum Ecclesia enim
vtitur potestate ut non solum inuitet sed
etiam cogat Et idem prosequitur Augustinus
in libello suo ad Bonifacium de
correctione donatistarum dicat
enim sic potestatem quam accepit ecclesia
hanc quam inuenit in viis et sepibus
id est in heresibus et scismatibus cogu
tur intrare Patet ergo quod ad of
ficium eorum pertinet tales eicere de
ecclesia in cuius signum deus post peccatum
eiecit adam de paradiso Gen. 3
Et ita eiecit quod collocauit ante
paradisum voluptatis cherubim et
flammeum gladium atque versatilem
ad custodiendam viam ligni vite
Iste gladius est potestas ecclesie contra
per quam mali ab ecclesia arcentur et
eiciantur Vnde de talibus dicitur in psalmo ad
litteram Cum iudicatur exeat condep
natus Et sequitur Eiciatur de habitacionibus
suis hieronimus pulchre 22 dicit Eice derisorem
et exibit ad eo iurgium Et melius
ei possum dicere quod scribitur Eze. 28
et fuit verbum dictum illi cherub qui
eleuabat se in superbia contra dominum Vnde
dicitur sic Repleta sunt interiora tua
iniquitate et peccasti et eieci te de
monte sancto dei et perdidi te Et multe
alie malediciones ibi scribuntur Et de
eo accipiamus quod Ioh. 12 dicitur Nunc
princeps huius mundi eicietur foras
Et verbum dictum ad literam a Salua
tore de dyabolo qui non est princeps huius
mundi per iusticiam sed solum per tirannicam
violenciam Et etiam licet iste dicat se
Imperatorem et regem tamen nullum in hiis
ius habet ymmo nec etiam in terris quibus
cumque ymmo omnibus iusto iudicio est
priuatus Eicietur ergo foras Quia
augustinus 7 dicit quod ad nichilum valet ulterius

nisi ut mittatur foras et conculcetur
ab hominibus non quod ei quiescetur ab hominibus
quia qui tetigerit inquinabitur ab ea et
qui communicat superbo induit superbiam
Ecclesiastici Ideo dicebat ysa. Recedite
recedite exite inde pollutum nolite tan
gere quia sicut dicit Apostolus 2 ad
Cor. 6 Nolite iugum ducere cum infideli
bus que enim participatio iusticie cum
iniquitate aut que societas lucis ad
tenebras que autem conuentio christi ad
Belial aut que pars fidelis cum infideli
Qui autem consensus templo dei cum ydolis
Vos enim templum estis dei viui propter quod
exite de medio eorum et separamini dicit
dominus et immundum ne tetigeritis et
ego recipiam vos et ero vobis in patrem
et vos eritis michi in filios Et 1 ad
Cor. 7 dicit Nam prius debent homines penitus
de hoc mundo exire quam talibus communicent
Vnde dicitur 2 Paral. 19 per prophetam dicit
Iozaphat regi Impio prebes auxilium
et hiis qui oderunt dominum amicitia iungeris
et idcirco iram domini merebaris Et ideo
eorum fautores et adherentes dicto Bauaro
sunt late sententie excommunicacionis in personas et in
dictis interdicti eorum et omnia pacta
et iuramenta lige et pactiones cum eo
inita cassata sunt et cassa et irrita nun
ciata Ergo non est cum eo communicandum ab
hominibus Vnde de eo videtur dictum
illud Dan. 4 Ab hominibus eicient te
et cum feris erit habitacio tua cum feris
id est cum infernalibus demonibus erit habitacio
tua Et huius dicti reddit Saluator
racionem Io. 15 dicens Si quis in me
non manserit mittetur foras sicut pal
mes et arescet et colliget eum et in
ignem mittent et ardet Colligent quidem
ipsi angeli qui separabunt malos de medio
iustorum et mittent eos in caminum ignis
ibi erit fletus et stridor dencium Et
ideo Luc. 14 dicitur Neque in terra neque
in sterquilinio vtilis est sed foras mittetur

anima Apoc. 22 dicitur Foris canes et venefici et impudici et homicide et ydolis servientes et omnis qui amat et facit mendacium. Istum ergo foras eicimus summas et processus contra eum factos propalando et publicando. Sed ut iusticia misericordia temperemus adhuc foras non eicimus summas aggravando set decrevimus adhuc per tres menses ipsum expectare. Rogantes eum cuius vices licet immeriti in terris gerimus ut velit auferre cor lapideum de carne sua et dare sibi carneum cor ut vere penitens ad gremium sancte matris ecclesie redeat et misericorditer recipi mereatur ut eius spiritus salvus fiat in die iudicii. Eternam salutem nobis et ipsi concedat qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Collatio in reditu Cardinalis Bernardi Ruthenensis

Et iste bonus Ierogonima et est nuncius Jr. 18. Videtur michi quod bonitas sollempnis nuncii in quatuor principaliter colligitur et apparet.

Quatuor conditiones boni nuncii

Primo in intelligendo et recolligendo mandata prudenter et subtiliter.
Secundo in prosequendo commissa diligenter et viriliter.
Tercio in consummando iniuncta salubriter et utiliter.
Quarto in referendo visa et gesta fideliter et veraciter.

Bonus enim nuncius dici potest qui est capax et sagax in intelligendo et recolligendo; qui est vivax et audax in prosequendo et intimando; qui est efficax in concludendo et consummando; qui est verax in significando et referendo. Ideo nuncius debet eligi cui non laqueat ignorancia, quem non torpeat negligencia, quem non redeat verecundia, quem non decipiat fallacia.

Propter primum dicitur Prov. 14 Acceptus est regi minister intelligens; iracundiam eius inutilis sustinebit. Servus enim qui non cognovit voluntatem domini sui et fecerit digna plagis vapulabit Luc. 12. Ideo dicebat psalmista Da michi intellectum ut discam mandata tua. Propter hoc

dicebat ille Balaam Numeri 22 Non potero loqui nisi quod dominus posuerit in ore meo. Et ideo Christus apostolos primo de sua voluntate erudivit et postmodum misit eos binos ante conspectum suum sic dicitur Luc. 9 c. Ideo Prov. 26 dicitur Claudus pedibus et iniquitatem bibens qui mittit verba per nuncium stultum. Propter secundum dicebat Apostolus 2 ad Thim. 2 ipsi Thimotheo quem nuncium mittebat ad evangelizandum sic. Tu ergo audisti a me hec commenda fidelibus; labora sicut bonus miles Ihesu Christi. Nam qui certat in agone non coronabitur nisi legittime certaverit. Et 2 4 c. dicebat Tu vero vigila in omnibus labora, opus fac evangeliste, ministerium tuum imple. Et Prov. 6 dicitur Discurre festina suscita amicum tuum ne dederis sompnum oculis tuis nec dormitent palpebre tue. Racionem reddit Gregorius in omelia dicens quia prestantibus positurus racionem recitabat. Sed operantem per apportato lucro remunerat, servum vero a bono opere torpentem dampnat. Ideo dicebat Prov. 22 Vidisti hominem velocem in opere suo coram regibus stabit nec erit ante ignobiles. Ideo ille bonus nuncius Raphael qui missus est cum Thobia quem in ore dicebat pro mitteri Thobie 5. Bonus quero ad opus mercenarii qui dicat: Opus debet querere non genus nuncii. Unde illa puella Gen. 24 cucurrit et nunciavit. Propter tercium dicitur Sap. 10 Iustum deduxit dominus per vias rectas et dedit illi scienciam sanctorum, honestavit illum in laboribus et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illi affuit et honestum fecit illum, custodivit illum ab inimicis et a seductoribus tutavit eum. Propter hoc dicitur Prov. 25 Legatus fidelis animam illius qui misit eum requiescere facit. Propter quartum

dicitur .1. Reg. 19. c. Cras hac hora videbo nuncium tibi Et 3. Reg. 20. Reversi nuncij retulerunt ei omnia. ¶ Modo videtur mihi quod iste nuncius quem miseramus pro pace tractanda inter illustres Aragonum et Maioricarum Reges vel saltem pro treugis aut abstinentijs faciendis habuit istas quatuor conditiones Primo claritatem intelligentie in mandatorum recollectione sagaci Secundo sedulitatem diligentie in commissorum prosecutione vivaci Tertio potestatem efficacie in iniunctorum consumatione efficaci Quarto veritatem iusticie in gestorum relatione veraci Unde noster et iste sedis nuncius in iudicio ¶ Dico primo

Inchoavit studiose
Meditavit virtuose
Consumavit fructuose et gloriose
Reportavit seriose

quod iste nuncius habuit claritatem intelligentie in mandatorum recollectione sagaci propter quod inchoavit studiose Ad licteram enim que sibi tamen imposita quasi in secreto diligenter descripsit in tabulis cordis sui cogitacionis sibi dictum illud Prov. 3. Fili mi ne obliviscaris legis mee et precepta tua cor tuum custodiat Circunda ea gutturi tuo et describe in tabulis cordis tui et invenies gratiam et disciplinam bonam coram deo et hominibus et ne innitaris prudencie tue Sic fecit iste ut posset dicere illud Luc. 15. nunquam mandatum tuum preterivi Et merito de eo dicatur quod scribitur Judith 11. nunciatur industria animi tui universis gentibus, et indicatum est omni seculo quia tu bonus et potens es et disciplina tua omnibus provincijs predicatur. ¶ Dico 2o nuncius iste habuit sedulitatem diligentie in commissorum prosecutione vivaci, et ideo meditavit virtuose Ad licteram enim potuit dicere quod dicebat

Jacob cui laboris tollerantia specialiter inter ceteros sanctos attribuitur sicut dedicat Gregorius in prologo moralium Gen. 31. Die noctuque estu urebar et gelu fugiebat sompnus ab oculis meis Et sequitur Afflictionem meam et laborem manuum mearum respexit deus Unde potuit dicere quod dicebat Apostolus 2. ad Cor. 11. Fui in laboribus plurimis in labore et erumpna in vigilijs in fame et siti in ieiunijs multis, preter illa que extrinsecus sunt instancia mea quotidiana, sollicitudo scilicet negocij sibi impositi, et intantum laboravit quod etiam quibusdam visus est de negocio desperare sed nec ex hoc cessavit a labore adiutus illud Vegetius. labor improbus omnia vincit Ut de eo dicatur illud 2. Reg. 18. Video hominem currentem et indicavit regi Et dixit Rex Bonus est nuncius more eius ¶ Dico 3o quod iste nuncius habuit potestatem efficacie in iniunctorum consumatione efficaci et ideo consumavit fructuose et gloriose Scriptum est enim Sap. 3. quod bonorum laborum gloriosus est fructus, Unde sui laboris reddidit deus sibi mercedem scilicet fructum istarum abstinenciarum usque ad Kal. Maij Et medio tempore deus pacem quam summe desideramus interim poterit mittere Unde auditis rumoribus diximus in cordibus nostris illud 4. Reg. 7. c. dies boni nuncij est Unde iste potest dici bonus nuncius de quo dicitur Prov. 25. Aqua frigida anime sicienti nuncius bonus de terra longinqua Aqua enim frigida anime sicienti et replet desiderium et prebet refrigerium Sic et iste ¶ Dico 4o quod habuit veritatem iusticie in gestorum relatione veraci et ideo reportavit seriose Ad licteram enim quod in propriis regibus et eorum consiliarijs recepit nil pertractando nullum palpando fideliter scripta retulit et verbo seriosius reportavit Et merito sit nuncius de nuncijs domini sicut dicitur Aggei 1. c. Et etiam sit allenuncius de quo dicitur Thob. 10.

a

Ergo mittam nuncium salutis / Habemus
ergo duo / Primo quod bonitas solempnis ap-
paret in quatuor / In intelligendo et re-
colligendo mandata prudenter et subtiliter
In prosequendo commissa diligenter et vilit(er)
In consummando iniuncta salubriter et utiliter
In referendo visa audita et gesta fide-
liter et veraciter / Habet secundo quod vir nun-
cius habuit claritatem intelligentie in
mandatorum recollectione sagaci Credulita-
tem in commissorum prosecucione vivaci
Caritatem efficacie in iniunctorum consu-
matione efficaci Veritatem iusticie in
gestorum relatione veraci Inchoavit
enim studiose Meditavit virtuose Con-
firmavit fructuose et gloriose Repor-
tavit seriose / Ergo merito decet nos collau-
dare possumus verba thematis prassumpti
Et iste est bonus nuncius Quod dicit et
iste etc. addendo coniunccionem copulativam
Et racio videtur michi duplex Prima
quia alias dictum fuit de duobus nunciis
quod boni fuerant quibus eum et comitaba-
tur in similitudine fulguris coruscatis
Ezech. 1. Ut ergo iste nuncius premissis
bonis nunciis copuletur et coniungatur
ideo ista coniuncio et proponitur dicendo
Et iste bonus est nuncius Non enim sic
alii boni quod soli boni nec iste sit solus
bonus quin et alii boni Et ideo adverbium
significandum premittitur Et iste etc.
Secunda racio quia textus dicit quod duo nuncii
pro eodem negocio fuerunt missi quorum primus fuit
Achimaas filius Sadoch de quo dicit
ibidem textus Vir bonus est et nuncius
portans bonum venit Secundus fuit Chusi
Et de illo dicit textus Et iste bonus
est nuncius Et videtur michi quod pro isto
negocio inter istos duos reges duo fu-
erunt nuncii sedis apostolice missi Cardi-
nales Primus Andreas tituli sancte
Suzanne et iste recte significatur
per Achimaas filium Sadoch Satis enim

b

Andreas et Achimaas in nomine con-
cordare videtur sed magis in re Achi-
maas enim et Pilonus fuit nuncius
non tamen plene retulit quia mortem Absa-
lonis tacuit Ut apparet in textu
Et certe Andreas et si septe multa re-
tulit / tamen pueri eius mortem verbo referre
non potuit quod sibi ex interpretatione nominis
debebat / Achimaas enim interpretatur
fratris mei ortus vel fratris mei assumpcio
Et ad literam tanti omnis negocii sup-
dicti prosecucione sustulit quod secunda
est fratris mei assumpcio quia ipsum in via
dominus de hac miseria ad se assump-
sit Christus enim istorum magis
assumptio quod aliud dici meretur Ipse
enim filius Sadoch qui interpretatur iusti-
cia vel iustificatio quia ergo iusticiam
dilexit ideo assumptus fuit De isto ergo
bene dici potuit Vir bonus est et
bonum nuncium portans / Secundus qui
retulit totum fuit Chusi i. vir Cinar-
dus tituli sancti Ciriaci qui dicitur Chusi
quod interpretatur secretum vel silencium vel
archanum vel profunditas Iste ergo dicitur
Chusi

Secreti atteptator Silencii conservator Archani perscrutator Profundi consilii servator	Unde iste est Chusi cui dixit David 2. Reg. 17. Dissi- pabis consilium Achitofel i.

malorum consiliariorum qui istis regibus
sic consanguinitate et affinitate con-
iunctis guerram copulabat / sua
prudencia et dei nutu dissipavit
Bene ergo per Chusi intelligitur Unde
est quod Chusi secundum aliam interpretacionem interpre-
tatur niger michi Et certe ipse non est nimis
albus / sed et si niger tamen formosus
Cant. 1. Nigra sum sed formosa Ut
ergo iste eciam alteri nuncio qui iuit pro eodem
negocio coniungatur / sicut premittitur in
themate Et iste bonus est nuncius
In quibus verbis tria esse in meo nuncio

describitur sed a celsitudo excellencie
primo q singularis Et iste
Secundo q da plenitudo gracie spalis Bonitate
Tercio q da fortitudo efficacie salutaris inmag
Singularis excellencia ipm reddit spectabile Et iste
Spalis gracie affluencia ipm facit amabile Bonitate
Salutaris efficacia ipm ostendit
commendabile mutans Non psequitur
ppt duo Primo qz dicit Cris Vir
iustus ad laudat in facie flagel
latur in corde Et etia qz Ambro
dicit in omel de Confessoribus Ex
utilius e hominum memorie mag
laudem dare q vite ut illo tpe
merito sanctitatis extollas qm nec lau
dantem adulatio noceat nec lau
datum temptet elatio Tm 2 qz audi
uimus q in regressu legati ulmitem
non fuit alis tales collacoes fieri co
suetum licet dns Benedictus fecerit
in ingressu Cardinalis hyspani
et de monte faucino et in regressu
Cardinalium prestrini et Tuscu
lani Sz ptota psequeoc dicamus
sibi quod scribitur 3 Reg 1 Ingredere
qz vir fortis es et bona annuncias
Bona quidem abstinencias seu treu
gas que pacem gerunt permagnum
que pacem exsupat omnem sensum
De qua etia dicit Augus de Civitate
dei 19 Tantum e pacis bonum ut et
in rebus terrenis atque mortalibus
nichil gratius soleat audiri nichil
desiderabilius concupisci nichil pa
stremo melius possit inveniri Quia
in eis temporibus concedat deus pacem et di
lectionem q e Benedictus in secula seculorum Amen

Collacio qm pro alatoribus excepte ba
uari putabat purgatorium et
submittebat res et bona ad oscula
pedum beatorum

Nolite errare deus non irri
detur Que enim seminaverit
homo hec et metet Ad Gal 6 Vires
illius licet immeriti gerentes in terris
q nec falli pt nec fallere vult Et si
ut homines falli possumus et decipi tamen in
hac imitacione ipm debemus ut nullos
fallere cupiamus Et quia res qua
offertis magna est et insuper sic q stati
tum psona et res et bona mittitis
voluntati mee libere absque condicione
aliqua submittatis Magna etia
est considerata qualitate et quantitate
criminum quibus ecclesiam istam nostram of
fendisse ipse eciam dicere pt illud qd di
cebat rex Manasses 2 Pal vlt
Peccavi super numerum arene maris multi
plicate sunt iniquitates mee incurvatus sum
multo vinculo ferri et non e respiracio
michi qz excitavi iracundiam tuam et
malum coram te feci statuens abhomina
cones et multiplicans offensiones Quod eo sic
Samuel de preceptis domini q filiis israel
petentibus sibi dari regem licet antequam concederet
primo eis predixit et contestatus e ius
regni 1 Reg 8 Sic nos vobis predicare
volumus ut attendatis et videatis
quid offertis et nec hoc nisi ope illum
per quo offertis completurum credideritis
confisi de fama augencie aut forte di
vulgata per aliquos de nostra remissione
clemencia aut mansuetudine faciatis
Vobis dicimus verba thematis pascripta
Nolite errare id est nolite decipi deus non
irridetur que enim seminaverit homo hec
et metet Et videtur nobis q ad ista
oblacionem faciendam possunt vos movere duo
que si moveant nec erratis aut decipitis
nec etia decepti estis Primum e ma
gnitudo contricionis et penitencie sic
movit illa peccatrix Luc 7 que
consideravit quid fecit et tamen noluit
moderari que faceret que nec convivas
ingressa e nec vocata venit inter epu
las lacrimas obtulit que tanto dolore
arsit ut etia flere inter epulas non
erubuit Sicut dedicat Gregorius in omel

a

Et io meruit dimissa sunt ei pcta
mlta qm dilexit multu Tercium e
promptitudo vere humiliacois et obe
diencie sicut ille q dicebat luc xv.
Pater peccaui in celu et cora te
iam no sum dignus vocari filius
tuus fac me sicut vnu de mercena
riis tuis Et io pr recepit eu ad
osculu et occidit ei vitulu sagina
tu Sic etia motus e dauid q dicebat
Vide humilitate mea et labore meu
et dimitte vniuersa pcta mea Cor enim
contritu et humiliatu ds no despiciet

Sz alia duo possut nos moue q si
moueat et decipit et decepti remana
nebit Primu e excogitata mltitudo
decepcionis et fallacie sicut mouit
illu Antiochu q sceleestus orabat
domi a quo no erat miaz consecuturus
.2. Mach. 9. Est enim q nequiter se humi
liat et interiora eius plena sut dolo

Scdm e concepta de nob dulcedo in
discrete remissionis sicut mouit illu
Saul q dicebat .j. Re. 15. Peccaui qr
preuaricatus sum sermone domini et vba tua
timens ppl'm et obediens voci eor
Sz nuc porta quo pctm meum Certe
Triumphator in isrl no parcet et penitu
dine no flectetur Vt g° adhoc faciat
vos prima duo no scda assumpsi vba the
matis passumpta nolite errare ds no ir
ridetur que enim seminauit ho hec
et metet Vt dicam vobis moueat vos
adhoc faciendu ficta esse credit magni
tudo sue contricionis z penitencie no mlti
tudo decepcois et fallacie qr ds no
irridetur Cm° faciat si moueat vos
promptitudo vere humiliacois et obediencie
no concepta dulcedo indiscrete remissionis
z indulgencie qr certe q seminauit ho
hec et metet Dico ro° q faciat si
mouet vos magnitudo sue contricois
et penitencie z no aut si mouet vos mltitudo

b

decepcionis z fallacie qr ds no irri
detur Qm aut confict perseuerare
et no penitens q adhuc agit qd peccat
nec videtur dm posse subditu sz
subsannare superbus Deus enim q intue
tur oper cor videt si q credit volt
ope adimple si eius humilitas est
ficta vl vulpina vl vera et colubi
na ppe enim no irridet oia enim vi
det oculus eius ad Hebr. 4. Et dr no
lite errare Iac. 1. Nolite errare
fres carissimi Et videtur michi q
redditur Ieremie .5. vbi dr sic Redde
obprobrium sup caput eorum et da eis
in despectum ne operias iniquitate eor
z pcta eor cora facie tua ne deleantur
qr irriserunt te Et certe no immerito
qr simulata equitas duplex e iniquitas Et
io prou. 29. dr Homo q blandis
fictisqz sermonibus loquitur rete expa
dit gressibus suis Videbitur eni in
insidiis suis capiet z iniqui prou. 9.
Et in ps In laqueo isto que abscondet
rut comprehensus e pes eor Et io Sap. 1.
dr Nam spus sanctus discipline effugi
et fictum Eccli. 17. dr Derisor veri
det disciplina patris sui Tales aut
q habitat in celis irridebit eos et dns
subsannabit eos Tunc loquitur ad eos
in ira sua et in furore suo conturba
bit eos Et Sap. 4. Illos dns irri
debit et erunt post decidentes sine ho
nore et contumelia int mortuos in ppe
tuum et commouebit illos a funda
mentis et vsqz ad supremum desolabuntur
et erunt gementes et memoria illor
peribit Venient in cogitacione pctor
suor timidi et traducet illos ex
aduerso iniquitates eorum ipsorum Ergo
fr̄s pp̄m credentes hec offerte de corde
et consciencia bona et fide no ficta Vt
dr 1. ad Thim. 1. Fratres sim aut
nolite errare qr ds no irridetur
ymo deridet derisores Vnde in ps dns

c

aut decidebit eum qui presspiciat quod
veniet dies eius Erit enim talis
in subsannator et derisum omnibus qui
in circuitu eius sunt ¶ Dico 2o quod esse
facite si movet vos promptitudo vere
humiliationis et obedientie, non tamen decepta
de vobis dulcedo misericordie remissionis
et indulgentie, quia sequitur Que enim
seminaverit homo hec et metet Cogi-
tare enim debetis quod scriptum est deut.
25. Pro enim mensura peccati erit et
plagarum modus Et illud Apoc.
17. quantum glorificavit se et in deli-
ciis fuit tantum illi date tormentum
et luctum Quia pena enim debet correspon-
dere culpe alias non esset recordinata
culpe Et ideo prov. 22. Qui seminat
iniquitatem metet mala Ad licet
sicut qui iniquitatem seminat debet metere
mala pene Modus enim eius messi-
onis debet correspondere modo seminationis
Unde qui parte seminat parte et metet
et qui seminat in benedictionibus de bene-
dictionibus et metet 2 ad Cor. 9.
Et qui seminat in carne de carne me-
tet corruptionem Et qui seminat de spiritu
de spiritu metet vitam eternam sicut dicitur ad
Gal. 6. statim post verba thematis pre-
assumpta Debetis ergo cogitare quod ista
materia nos honore ecclesie volumus
consumare Et ideo licet ab iusticia me-
am circuerit misericordia et de ventre ma-
tris mee egressa sit mecum et licet
clementia desponsaverim tamen clementia
non est sine iusticia nec misericordia sine veritate
immo oportet quod misericordia et veritas obviet
sibi et pax et iusticia se adinvicem
osculentur, quia misericordia et veritas custodiunt
regem et roborabit clementia thro-
nus eius prov. 20. Et sicut Gregorius
deducit 20 mor. c. 8 et 9 per textum
illud Job 29. Cum sederem quasi rex cir-
cumstante exercitu eram tamen merentium
consolator Ecclesia auditoris metem

d

et mire benignitate sublevat et de
iudicii districtione perturbat, quatenus dum
sibi utrumque premisceat, clementia eius nec
de remissa iusticia presumat, nec de per-
fecta iniquitate desperet Et subdit
disciplina et misericordia multum destituerunt
si una sine altera teneatur Circa subdi-
tos enim inesse rectoribus debet et iuste con-
solans misericordia, et pie seviens disciplina
Inferenda enim lenitas est cum severitate
faciendumque ex utraque parte quoddam temperamentum
Ita ut nec multa asperitate exulceret
subditi nec nimia benignitate solvat
Ut sit amor sed non emolliens, sit vigor
sed non exasperans, sit zelus sed non immo-
derate seviens, sit pietas sed non plus
quam expedit parcens Que fuerunt figurata
in samaritano luc. 10. qui in curatione sau-
cii et vinum infudit et oleum vinum
mortificationis et oleum lenitivum Fuit
etiam figuratum in archa testamenti in qua
erat et virga et manna virga districtionis
manna consolationis Quod fuit etiam figuratum
in Moyse Exod. 32. cum post quam peccave-
rat populus dicebat deo Aut dimitte
eis hanc noxam aut dele me de libro
vite in quo me scripsisti Et tamen descendens
de monte in vindictam sceleris 23 milia hominum
interfecit intus ardens ignibus caritatis
foris accensus zelo severitatis, cum populi
apud dominum precibus, cum dei apud populum
gladiis allegavit Et certe novit deus quod
intus ardemus igne desiderii istius
reconciliationis Sed indubitanter teneatis
quod foris cum temperamento iure tenere volumus
cum Moyse gladium ultionis et istud
temperamentum facere ¶ Sed quia miserationes eius
super omnia opera eius, et misericordia superexaltet
iudicium Ideo etiam in isto temperamento iu-
sticie et misericordie reparandi magis in-
fractores consilia volumus exaltari Et ideo
si istis pensatis istam submissionem vultis facere
in nomine domini faciatis, si non, melius est ut dimittatis
quam postmodum contempnatis Et ideo vos diximus

illud Eligite hodie quod placet
Sermo cont Archiepm Maguntinu
Filius nr iste pteruus et co
tumax est monita mea au
dire contepnit deut 21
Moyses in dicto caplo dat vna lege
que talis e ad lram Si genuerit
homo filiu cotumatem et ptuu q no
audiat pris et mris impiu et co
hercitus obedie cotepserit apphe
det eum et ducet ad seniores ciuit
illius et ad porta iudicij et dicet
ad eos filius nr iste ptuus et co
tumax est et monita mea audie
cotepnit comessacionibus vacat et lu
xurie atqz conuiuijs / Lapidibus
obruet eu pplus ciuitat / et morie
tur vt auferat malu de medio
vri et vniuersus audiens isrl pertie
scat Et licet ad lraz moyses ista
legem dederit de filio nali / tn qr
omia in figura cotigebat eis .i. ad
Cor. 10 et vmbram hz lex futuro
bonoru vt dicit Aplus ad heb 10
pdco glo interlinial hoc exponit de fi
lio spuali dicens sic Si genuerit
in fide homo scz platus ul pdicator
filiu ptuu ac cotumacem / q no audit
pris scz plati ac mris scz ecclie ul
legis impiu / et coherceatus .i. sepe a
monitus obedie cotepserit Apphendet
eu glo ut corrigat / et ducet ad se
niores glo quos auctie e archiesteri
et ad porta glo .i. ad ecclia qua itur
ad celum / iudicij .i. desertoris q e in
ecclia / dicetqz filius nr iste sequitur
lapidibus obruet eu pplus .i. duris
increpacionibus ut publice correptus
erubescat et ceteris apto recedat Dic
scat Jo. Judeus Mt 3. dicens Genimina
vipperaz etc et moriat scz pcto ut
viuat deo / ut auferatis malu salig
de medio vri glo ne scz alios exemplo

corrumpat / et vniuersus isrl ptie
scat glo qr flagellato pestilente
stultus sapiencior erit pu 19 Et
racio hui exposicionis videtur michi
esse qr no minus ymo magis e con
tulu spuale qm carnale Et ideo qd
preceptu est filio carnali quatu ad
obediencia de secundo pris et mris
impiu / precipitur filio spuali de
secundo pris spualis et sancte mris
ecclie impiu et preceptu Unde ar
guit Aplus ad hebre 12 dicens pa
tres carnis nre habuimus erudito
res et reuerebamur eos Nunc multo
magis obtemperabimus pri spuum et
viuemus Modo carissimi pdecesso
res mei et nos et ista sancta mr
ecclia vnu filiu genuit henricu
Archiepm Maguntinen / et no solu
genuit ymo et fouit / ymo indul
gencius educauit / ymo in prim ad
vna de sublimioribus eccliis hui
mundi exaltauit solepnit Qz iste
filius ptuus et cotumax pris et
mris cotempsit impiu / ymo ec
ctra prem et matrem conspirauit
inimico et hosti ecclie adherendo sit
magis detestabilis infra Ergo merito
vocatus fuit ut compareret coram se
nioribus .i. coram isto sacro consisto
rio anime e iudicandus / ut postmod
subsequitur et increpato dura et
punicio talis que cedat alijs in
exemplu Et de eo merito pponamus
vba thematis passupta fribus
mris et vniuerse isti multitudini di
centes sic Filius nr iste pteruus
et cotumax est monita mea audie
cotempsit In quibus vbis tria tanguntur
Primo ipius sancte ecclie gracia bene
uola dileccio et paterna diligencius
attendende quia filius nr iste
Secdo ipius ipius pterui malicia ppe

c

tracio et comiquacio ab hominibus de
testandc quia protervus et contumax est
Tercio ipsius inobediencia contumacia
obduracio rebellio iustius punienda
quia monita mea audire contempsit
In hiis verbis recitatur Primo ipse
sum beneficium quod adequat ipsius
ingratitudine Filius meus iste Secundo
detestatur ipsius flagicium quod ir
ritat quod provocat propter magnitudinem
quia protervus et contumax Tercio oste
ditur quo detestatur nimium impiu
quod vocatat ad rectitudinem et io
sibi cumulat cordis acritudinem
et penas multitudine quia monita
mea audire contempnit Videte in
eo titulum mire ingratitudinis Filius
meus iste Videte 2o in eo cumulum
magne turpitudinis prave consuetu
dinis quia protervus et contumax est
Videte tercio in eo contemptum mire primo
divine celsitudinis ex quo sibi ag
gregat cumulum dire amaritudinis
quia monita mea audire contempnit
Et ista tria sunt se consequentia prima secundum
sequitur ad primum et tercium sequitur ad secundum
Dico ergo primo quod hic tangitur cuilibet
ad eum gracia benivolencia dileccio
et promocio diligencius attendende
Unde hic recitatur impensum beneficium
quod adequat ipsius ingratitudine Sicut
possumus in eo vide titulum mire ingra
titudinis Filius meus iste Bernardus super
in quodam sermone dicit quod nichil ita
displicet deo presertim in filiis gracie
quam admodum ingratitudo Bernardus sermone 51 super
Cantica Ingratitudo est ignis ardens
exsiccans fontem pietatis rorem misericordie
et fluenta gracie Et ideo propheta in psalmo
dicebat Si inimicus meus maledi
xisset michi sustinuissem utique etc Gregorius
protractus Gregorius moralium de martiri
bus que est omelia 37 dicit sic Amore

d

dolore mala ingerunt que ab extraneis
inferuntur plus non in nobis ea tormen
ta seviunt que ab illis patimur de quorum
mentibus presumebamus quia cum dampno
corporis mala nos cruciat amisse cari
tatis Unde et de Juda traditore suo dominus
per psalmistam dicit Si inimicus meus
maledixisset michi sustinuissem utique
Et si is qui oderat me super me magna lo
cutus fuisset abscondissem me forsitan
ab eo Tu vero homo unanimis dux meus
et notus meus qui simul mecum dulces
capiebas cibos in domo dei ambulavimus
cum consensu Et rursum hoc pater meus in quo
sperabam magnificavit super me supplan
tacionem Et si de traditore suo aptis vocibus
dominus dicit Transgressione eius tanto gravius
pertuli quanto hanc ab eo qui meus esse vi
debatur sensi Plus aut magis ingratus
isto fuit Absolon quod vix unquam aliquis qui conside
rat beneficia que a Cristo ecclesia accepit
Nota quod per dominum Jo promotus ad archi
episcopatum fuit et infirmitatibus confectis et ei pal
lium misit Verum contra eum cum gravissima
causa per capitulum proponentur audire renuit
Verum eciam quoque presumebantur illos qui ar
chiepiscopatus detinebat misit per quorum
ministerium possessionem archiepiscopatus accepit
Ecce quanta beneficia sibi ecclesia contulit ut
quasi esset filius eius peculiaris Sed ipse
sicut in 2o Machabeorum recedebatur non attendit
illud psalmi Quid retribuam domino pro omnibus
que retribuit michi Calicem etc Sed po
cius voluit esse de numero illorum de quibus
dicitur in psalmo Retribuebant michi mala pro bonis
adversus prodileccione mea Ut sit de numero
illorum de quibus dicitur in psalmo Filii alieni
mentiti sunt michi filii alieni inveterati
sunt et claudicaverunt a semitis suis
Et de numero illorum de quibus dicitur ad Hebreos 12
Quod si extra disciplinam estis cuius participes
facti sunt omnes Ergo adulteri et non filii
estis Talis est iste filius Et de eo possit
dici illud 1 Regum 27 Ipse filius est Belial
Et merito significatur per illum Absalone

a

de quo d. 2. R. 16. Ecce filius meus
qui egressus est de utero meo querit
animam meam. Et illud Ysa. 1. Filii
nutriui mee pugnauerunt contra me
Contra istos filios d. Ysa. 30. Ve filii deser
tores ut faceretis consilium et non ex me
et ordiremini telam et non per spiritum meum
ut adderetis peccatum super peccatum qui ambu
latis ut descendatis in egiptum, et
os meum non interrogastis sperantes au
xilium in fortitudine pharaonis, habentes
fiduciam in umbra egipti in ignominiam
Et certe nec immerito, quia Jeremie 17. d.
Maledictus qui confidit in homine et
ponit carnem brachium suum et a domino
recedit cor eius. Benedictus autem vir
qui confidit in domino et erit dominus fi
ducia eius etc. Unde iste est filius
qui dimisso patre abiit in regionem dissi
militudinis Luc. 17. Et videte quod forte
signanter dicat filius noster iste de
monstrando ipsum propter sui maximam magni
tudinem, vel forte quia iste vocatur in gal
lico hanni, et sequitur c. 3. R. 16. quod fecit
malum in conspectu domini et operatus est ne
quiter super omnes qui fuerant ante eum. Et
hoc est quod tangebat secundo in verbis the
matis assumpti scilicet protervus, proterva ma
licia perpetratio et conquinatio abhomi
nabilius detestande propalatur eundem de
testandum flagicium quod veritatem quod
provocat propter sui magnitudinem. Et ideo
videmus in eo cumulum magne tur
pitudinis, stimulum prave consuetudinis
quia protervus et contumax est. Et vide
te quod in istis duobus verbis comprehendit quasi
omne genus flagicii. Omne enim flagicium
vel peccatum vel est in committendo vel est in omittendo
propter peccatum commissionis dicit contumax est
Vel omne peccatum vel est in facto vel in dicto
propter factum d. protervus est. Unde ille Ecclesiastes
dicit. Superbus est aliquis verbis factisque
protervus propter peccatum autem in verbo dicit con
tumax est. Contumax enim componitur

b

ex con et tumeo tumes quia tumet
in verbis iniurie. Sicut dicit ille Catho
licon. Dicitur ergo primo quod protervus est. Pro
tervus secundum Gramaticos d. a pro
et torvus. Unde protervus secundum eos d. id
quasi valde torvus, vel valde crudelis
vel valde terribilis. Unde a protervo d. protervo
protervis protervire quod idem est quod contra vel
fieri protervum superbire, crudere, vel fe
rocire. Quando iste potest dici valde protervus
valde superbus valde crudelis et ferox
contra matrem suam sanctam matrem
ecclesiam, patet, quia post eum susceptam tantam
bursiam que sunt superius enarrata
statim adhesit Bavaro dehesi et
scismatice condempnato. Et post consensum
isti ecclesie fidelitatis iuramentum
d. omagium fecisse Bavaro et iura
mentum fidelitatis prestitisse, et ita fau
tor hereticorum dici potest. Quando omni die vadit
ad sua conventicula et si vera sunt que nobis
relata sunt. Item quia super omnes homines
tenet eum in superbiam suam in sua
malicia nec permittit venire ad recon
ciliationem suam. Item etiam Ligua d. fecis
se cum eo non verendo mortem sententias latas
per dominum papam. Item mediolanensis
cum capitulo suo d. inuasisse multa capella
in preiudicium ecclesie sancte ecclesie pluribus
preiudicio cumulando que capella diffu
sius continentur in citatorio. Item etiam
ut fuerunt que solum vel dilatione obti
nuit propter quod excogitationem et plu
rium intrat, et tot et tanta et talia
sunt quod lingua non sufficeret hic ad nar
randum. Ergo hic protervus .i. valde tor
vus. Nec videatur michi de eo quod
prophetice dictum, quod scribitur 2. ad Thim. 3.
In novissimis diebus instabunt tempora
periculosa et erunt homines seipsos ama
tes, cupidi, elati, superbi, blasphemi,
parentibus inobedientes, ingrati, scelesti,
sine affectione, sine pace, criminatores,
incontinentes, inmites, sine benignitate,
proditores, protervi, tumidi, ceci, volup

amatores magis quam dei / habentes quidem
speciem pietatis virtutem autem eius abne
gantes et hos devita Proximus
gradus est sequitur contumax e[st] ut ad
dat peccatum peccato / non solum peccatum dei
committendo sed etiam contumax committendo
Contumax enim secundum Isidorum li[bro] 10 ethimologiarum
dicitur quia contempnit vel negligit Iste autem
citatus super multis criminibus primo per
predecessorem meum dominum C. iam erunt
tamen septem anni quodammodo non per
nos iam est hodie annus vel circa / post multas
tas prorogationes tandem in termino pro
gato contumaciter venire contempsit mit
tendo aliquas excusationes quas prede
cessor meus frivolas reputavit et
nos etiam de fratrum meorum consilio
sicut proposite et scripte sunt frivo
las reputamus Ergo contumax est
Et merito istud sequitur ad primum quia
prov. 29. dicitur qui delicate a pueritia
nutrit servum suum postea sentiet eum
contumacem Certe ego primo fuit ita
delicate nutritus / tot beneficiis preditus
tot gratiis exaltatus et ipse tamen non
habuit filialem sed servilem quod tamen fecit
enim hodie ecclesia contumacem Unde
est ille servus de quo dicitur 2 Reg. 19 Servus
meus contempsit me Et istud est
tertium quod tangitur in themate meo
quia mandata mea audire contempsit
Ubi tangitur eius inobedientia contumaci
a. obduratio et rebellio iustus
puniende Unde ostenditur quod
detestatur meum impium quod venio
tat ad certitudinem / et ideo secundum aggravat
cordis amaritudinem penarum multi
tudinem Ut videamus in eo contemptu
nostre primo dicunt celsitudinis ex quo
secundum attingit tumultum dure acritudinis
Iste enim monita mea audire contempsit
Et merito istud sequitur ex secundo Sic
enim probatum est in 2o membro Ipse enim
venit qui in profundum malorum / sed quis

venit in profundum malorum contempnit prov.
illud quod dicitur prov. 18. Impius cum
in profundum malorum venerit contempnit
Ergo merito 3um sequitur ad secundum ut mo
nita mea contempnit Et certe iste contemptus
est valde periculosus et valde periculosus
propter duo primo ratione sui 2o ratione dei
quem contempnit primo ratione sui Ego enim
considerabam quod in lege quam dedit Moyses
de qua supra fit mentio sunt duo satis
notabilia primum est quod iste absque aliis
testibus ex sola accusatione prius et
nunc movebatur Et tamen erat quod non
erat verisile quod partes tale quid fal
se imponerent suo pleno cum non sit ad re
quirendum prenium adversarie 2m notabile
erat hic quod articulis de quibus accusa
batur non videbatur adeo enormes quod
eis lapidatio que est pena enormissima
debetur cum accusaretur solum de peccatis
gule et luxurie que secundum Gregorium licet
sit maioris infamie tamen sunt minoris
culpe Et tamen lex precepit lapidari quod
ideo est quia additus est istis criminibus contemptus
Unde ratione contemptus sic debetur pena
que alias non debetur Et hanc rationem reddit
glossa marginalis allegans illud 1 Reg. 15.
ubi dicitur Numquid vult dominus holocausta
et victimas et non potius ut obediatur
voci domini Melior est enim obedientia quam
victime et auscultare magis quam offerre
adipem arietum / quoniam quasi peccatum ario
landi est repugnare / et quasi scelus ydo
latrie nolle acquiescere Unde ibi subditur
Pro eo quod abiecisti sermonem domini abie
cit te dominus ne sis rex Ubi videtur
michi textus clarus quod propter contemptum
et inobedientiam quam fecerat primo electus
a domino in regem privatus est regno
Et etiam clare factum est Hester 1o
de illa Vasti regina que contempsit ve
nire ad regis imperium et ideo consilio
sapientum regi assistentium privata est

a

regno Unde .2. Reg. vlt. dicebat
q ciuitas vel prouincia que non obedi
erat regis imperio sit deletur ut
non solum hominibus sed et bestiis in via
esset contemptus et inobediencie per exem
plo Unde videtur michi q sola
inobediencia et contemptus talia sunt
q rem alias de se licitam faciat illi
citam Sicut apparuit in Adam in
comestione ligni vetiti per inobedie
ntia peccatores constituti sunt multi Sic
deducit Apostolus ad Ro. 5. Sicut et
patet de Jonatha .1. Reg. 14. degustacione
favi mellis Est ergo contemptus iste per
maciosus et periculosus Unde Thob. 13.
dicitur Maledicti erunt qui contempserunt te
Et .1. Reg. 2. dicitur Qui contempserit me erunt
ignobiles Et 10. Prov. 29 Viro qui cor
ripientem dura cervice contempnit repentinus
ei superveniet interitus et eum sanitas
non sequitur Ideo dicebat propheta Oblacionem
voluisti sacrificium et oblacionem noluisti
aures autem perfecisti michi aures scilicet
obediencie Est ergo iste contemptus periculosus
racione sui ipsius Secundo racione illius quem
contempnit non enim tantum contempnit ista
ecclesia contempnit ipsa sola sed eciam Christus
sponsus eius tamen ipse dicit Luc. 10.
Qui vos audit me audit et qui vos
spernit me spernit Sicut eciam deducit
Bernardus de consideracione ad Eugenium
capitulo .4. Sicut in celesti regno cheru
bin et seraphin ceteri quoque usque ad ar
changelos et angelos ordinantur sub
uno capite deo Ita hic quoque sub uno
summo pontifice primates et patriarche
Archiepiscopi episcopi presbiteri et abbates et
ceteri reliqui in hunc modum necesse est propter
deum q et divinum sit actore et de celo
ducat originem Ideo dicebat dominus
Samueli .1. Reg. 8. Non te abiecerunt sed
me Ideo Judith .13. dicitur Qui contemptu
superbie sue domum Israel contempsit Et

b

Deut. 17. Qui autem superbierit no
lens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore
ministrat domino deo tuo et decreto iu
dicis morietur homo ille et auferes
malum de Israel cunctusque populus audiens
timebit Ut nullus deinceps tume
scat superbia Et videte quod precepit
dare penam pro contemptu propter exemplum
aliorum quia qui contempnentes non pu
niuntur alii ad similia provocantur Ad
pulare dicit Sap. Ecc. 9. dicens sic
Eo q universa eque eveniunt iusto et
impio bono et malo a mundo et inmun
do immolanti hostias et victimas
et sacrificia contempnenti sicut bonus
sic et peccator ut periurus ita et ille
qui verum deierat Hoc est pessimum inter
omnia que sub sole sunt Unde et corda
hec filiorum hominum implentur contemp
tu et malicia in vita sua et post hec
ad inferos deducentur Et propterea dicit
Crisostomus q parum prodesset obediencia
obedientibus si contumacia contumaci
bus non obesset Patet ergo q contemptus
iste est periculosus tam racione dei qui contemp
nitur quam racione sui Tercio iste contempsit
etiam venire temporibus predecessoris nostri
et nunc per annum fere expectatum ubi sibi
dicam illud .2. Reg. 12. Quare contemp
sisti verbum domini faciens malum in conspectu
meo Sed Ysa. 33. scriptum est Ve qui
spernis nonne et ipse sperneris cum desieris
contempnere contempneris Et Prov. 22.
Qui vanus et excors est patebit con
temptui Et Prov. 1. dicitur Vocavi et re
nuistis extendi manum meam et non
fuit qui aspiceret despexistis omne consilium
meum et increpaciones meas neglexistis
Ego quoque in interitu vestro videbo et
subsannabo cum vobis id quod timuistis
advenerit cum irruerit repentina
calamitas et interitus quasi tempestas
ingruerit quando venerit super vos
tribulacio et angustia Unde de isto
potest dici illud .2. Par. 28. Qui tempore an

gusti siue auxit conceptum in domum Et
videte quod dicat auxit conceptum Iste
enim habuit mirabile modum conceptum
quia non solum ciuitatem venire con-
tempsit primo faciens contra ciuitatem et re-
ciprocans et eam in suis libris totaliter cor-
porans etiam venire contempsit / sicut
habemus quod in libris suo sigillo sigil-
latis Unde iste videtur recte esse
conceptus De quo scribitur prouerbiorum 29 Ser-
uus verbis non potest erudiri quia quod
dicas intelligit et inde contempnit
Anima ergo verba non sufficiunt opus est
facto Et ideo quia iste ciuitatis venire
contempsit et excusatores quasdam misit
primo excusatores illas sicut proposite
sunt et scripte friuolas reputamus
et ab officio et beneficio suspendimus
ad penas alias sicut suadebat iu-
sticia processimus Ergo quilibet exemplo
illius territus attendat secundum dictum
prouerbiorum 23 Audi fili patrem tuum qui ge-
nuit te et non contempnas cum senue-
rit mater tua Et sicut dicitur prouerbiorum 3 fili
mi ne obliuiscaris legis mee et
mandata mea cor tuum custodiat
longitudinem enim dierum et annos
vite et pacem apponet tibi Et prouerbiorum 1
Audi fili mi disciplinam patris tui et
ne dimittas legem matris tue ut
addatur gratia capiti tuo et torques
collo tuo Et ibidem in fine capituli dicitur
Qui audierit me absque terrore erit
et habundantia perfruetur omni timore
malorum sublato Quam ad nos concedat
qui est benedictus in secula seculorum Amen

Sermo in creacione Nicolai Car-
dinalis

Te fecit principem dominus
super gentem magnam numeri 14.
Videtur michi quod in sceptura
aliquis de nouo fit et constituitur princeps
Tunc propter operacionem magne strenuitatis
Tunc propter dilatacionem adepte potestatis
Tunc propter defensionem possesse hereditatis
Tunc propter gubernacionem iuste communitatis
Propter primum dictum est illud 1 paralipomenon 11
Qui percusserit iebuzeum in primis erit
princeps et dux Et 2 machabeorum 13 dicitur quod
rex auditis virtutibus quas fecerat Ma-
chabeus fecit eum a Tholomaide usque
ad gerrenos principem Propter 2m dicitur Iu-
dith 2 c Quod rex dixit cogitacionem suam
in eo esse ut omnem terram suo subiugaret
imperio Quod dictum cum placuisset omnibus
fecit rex principem milicie Holofernem
et misit eum versus regnum occidentis et con-
tra eos maxime qui contempserant imperium regis
Propter tercium dicitur machabeorum 2 c ubi dicitur quod cum
gentes venisset in Ierusalem et occupasset
terram sanctam Mathatias vocatis liberis
suis et aliis fidelibus dixit Iudas Ma-
chabeus fortis viribus a iuuentute sua
sit nobis princeps et ipse bellum populi Propter
quartum dicitur 1 regum 10 Preposuit te dominus super he-
reditatem suam in principem tu liberabis populum
eius de manu inimicorum eius qui in circuitu
eius sunt Modo videtur nobis quod in facto
nostro quod hodie proponimus fecit videlicet fecit
dominum Ludouicum de Hyspania principem et
dominum quarundam insularum que dicuntur fortu-
nate et quarundam aliarum circumadiacen-
cium et vicinarum que nobis hic enume-
rantur in quibus habitant pagani et christia-
ne fidei inimici Ubi quatuor gerere dinoscitur
primo fuit exercitacio operacio virtuosa
2o inde fidei cultus christi dilatacio copiosa vel gloriosa
3o christiani populi continui defensio vigorosa
4o etiam ascendendi populi gubernacio et direccio
fructuosa Dico primo quod conuenerit
istius Ludouici primo ipsius exercitacio opera-
cio virtuosa Beatus Augustinus 5 de ciuitate dei
c 24 dat differenciam inter bonos prin-
cipes catholicos et alios inter ceteras dat
ista Quod illi dicuntur esse principes qui suam
potestatem ad dei cultum maxime dilatandum
maiestati eius famulam faciunt Modo
iste licet in regnis Francie et Hyspanie
multa clareat gloria / multa sit fretus
potencia / tamen hoc totum vult contempnere

a

et sua potentia maiestati dei famu
lam facere et tot labores pro dei honore
et cultu christianitatis ampliando sub
ire considerans et volens esse de numero
illorum militum de quibus dicit Bernhardus
de laude nove militie templi capitulo 3. Mili
tes christi securi preliantur prelia domini sui
nequaquam metuentes aut de hostium cede
peccatum aut de nece sua periculum quippe quod
mors pro christo vel ferenda vel infere
da nil criminis habeat et plurimum glorie
mereatur hinc quippe christo inde christus
acquiritur qui nimirum et libenter acci
pit hostis pro morte pro ultione et libentius
prebet se ipsum militi pro consolatione Miles
christi securus interimit interitum
securior sibi prestat cum cum interimit christo
cum interimit Non enim sine causa gladium
portat dei enim minister est ad vindic
tam malorum laudem vero bonorum Sane
enim cum occidit malefactorem non ho
micida sed ut ita dixerim malicida
et plane christi vindex de hiis qui male
agunt et defensor christianorum reputa
tur Cum autem occiditur ipse non perisse
sed pervenisse cognoscitur Mors ergo quam
irrogat christi est lucrum quam excepit
suum In morte ergo pagani christianus
gloriatur quia christus glorificatur In mor
tem christiani regis liberalitas aperitur
cum miles remunerandus educatur propter
hoc super illo letabitur iustus cum viderit
vindictam De isto dicet homo si utique est
fructus iusto utique est deus vindicans eos
in terra Et Maximus in sermone de mar
tiribus dicit sic Aliud est occidi pro
mundo aliud est occidi pro christo Cum occi
ditur pro mundo vincitur cum occiditur
iste itaque non victor sed victus dicitur Cum
autem occiditur pro christo victus non dicitur quia non
vincitur quamvis occidatur Sed e contra victor
occiditur victor efficitur corona vero victori
bus datur Ut ista que dicta videatur

b

illud 2. Math. ultimo Recipe gladium
tuum sanctum a deo in quo deicias
adversarios populi mei Et in certo sibi dictum
accipiamus illud 1. Math. xj. Tu
pasces populum meum israel et tu eris
princeps ¶ Secundo dico quod hoc convenit
fidei et eius imperii dilatatio copiosa
vel gloriosa Ad literam enim dictum est
ysa. 9. quod multiplicabitur christi imperium
et pacis non erit finis Ipse enim do
minari debet a mari usque ad mare et a
flumine usque ad terminos orbis terrarum Item
de eo prophetice dictum est Numeri 2x
quod omnis terra erit possessio eius Unde
de ecclesia sponsa christi dicitur Vineam de
egipto transtulisti eiecisti gentem
et plantasti eam Et sequitur extendit
palmites suos usque ad mare et usque
ad flumen propagines eius Et unde
videtur multis quod licet ante adventum
christi synagoga coarctata fuisset
in uno populo et in una terra sicut in iudea
Unde dictum est Moysi deuteronomio xj. A de
serto et libano flumine magno eufra
ten usque ad mare occidentale erunt
termini tui Et ideo cum extra populum illum fuit
salus sicut apparet in exemplo Job cum
post mortem christi ecclesia non esset sed
magis per totum orbem dilatata Et ideo
extra ecclesiam sicut extra archam noe
non est salus Et ideo prius dicebatur id
ps. Notus in iudea deus in israel ma
gnum nomen eius Sed hodie mutatum
est et dictum est illud Cant. 1. Oleum
effusum nomen tuum ideo adolescen
tule dilexerunt te Et propter hoc dice
bat in ps. propheta Omnes gentes quascumque
fecisti venient et adorabunt te et
glorificabunt nomen tuum Sicut pul
chre deducit Bernhardus super Cant. sermone 15.
Et propter hoc in novo testamento non est
deus locutus solum filiis israel in prophetis
sed locutus est toti mundo in filio quem consti

tur sedem universorum qui que fecit
et secula q' sc' in presencia et in se
more suo septem Rex regum et dominus
dominancium Apok. 19. Cui subiecit
omnia sub pedibus eius ita quod nichil
et non est subiectum ut apparet in ps
Et deducit apostolus ad Hebre. 2. Cui
data est omnis potestas in celo et in terra quia
ulterius Ut in eius nomine omne genu
flectatur celestium terrestrium et infernorum
ad Phil. 2. Cui cum misit apostolos non
misit solum ad unam provinciam sed ad
universam terram dicens eis Mt. ultimo
Ite docete omnes gentes baptizantes eos
etc. Et de quibus dicitur in ps Et dedu
cit apostolus ad Ro. 10. In omnem
terram exivit sonus eorum et in fines
orbis terre verba eorum Patet ergo quod
christianitas est sic ubique dilatanda non
ad certa regna vel provincias coarta
nda sed super totum orbem diffundenda
Unde oramus ut in diebus meis
et nostris et multo amplius deo sinente
augeatur Iste ergo qui volt christiani
tatem in illis insulis dilatare meri
to princeps constituitur Ut de eo dici
possit quod scribitur Iosue 7. ubi dicitur quod
Iosue vidit virum contra se stantem et
evaginatum habentem gladium pergit
ad eum et ait Noster es an adversariorum
Qui dixit Nequaquam sed sum princeps
domini exercitus et nunc venio Dico
3° quod conveniret sibi christiani populi cau
tivitatum defensio vigorosa Ex hoc
enim facto si deus dignetur ut pius
sit oramus humiliter prosperari sequi
tur defensio magna christiani populi
captivitatum Ut de eo dictum intelliga
mus illud Dan. 12. In tempore illo con
surget princeps magnus qui stat pro
filiis populi tui Dico 4° et ultimo
quod conveniret sibi acquirendi populi gubernacio
et direccio fructuosa Operamus

enim in domino quod circumsitus acquisierit
quod populos illarum diriget et feliciter
gubernabit Ut dicatur de eo illud Ysa.
32. Princeps ea que sunt digna prin
cipi cogitabit Concludamus ergo quod
princeps de novo fit et constituitur
propter operacionem magne strenuitatis
propter dilatacionem adepte potestatis Et hoc
propter defensionem possesse hereditatis totum
propter gubernacionem conquisite civitatis ista que
videlicet Istius domini Ludovici operacio
virtuosa Nostre fidei et nostri imperii
dilatacio copiosa vel gloriosa Christiani
populi captivitatum defensio vigorosa
Acquirendi populi gubernacio et direccio
fructuosa Ergo merito faciendus et
constituendus est princeps Verbi gratia dicta
verba thematis prassumpta Te faciam prin
cipem super gentem multam In quibus
verbis tacta tanguntur que debent attendi
quoniam in omnium opere quod de novo fit de
bet enim attendi
aliquid ex parte materie
aliquid ex parte efficientis
aliquid ex parte cause
quod sit convenienti
eius et dispo
sita ad reci
piendum Ex
parte materie Ex parte efficientis
quod sit potens et inclita ad agendum
Ex parte cause quod sit sufficiens et debi
ta ad prosequendum Aliter vero bene fieret
sed male Modo hic recte concurrunt ista
tria Primo quidem ex parte materie scilicet ex parte
domini Ludovici ydoneitatis et sufficiencie
convenientia specialis quia Te Secundo ex
parte efficientis excellencia singularis
quia faciam ergo scilicet papa imperator
et rex Tercio ex parte cause utilitatis
et efficacie evidencia salutaris quia princi
pem super gentem magnam Dico
primo quod ex parte materie apparet habere
ydoneitatis et sufficiencie convenientia
specialis quia te Te quidem cui non deest
sed adest nobilissime prosapie celsitudo
de Francia Hyspania etc. Te scilicet cui
non deest sed adest sapiencie prudencie et
experiencie certitudo Non quo probatum bello etc.

a

Te sacia tui non deest sed adest labo
rose tollerancie fortitudo Nota contra
sunt in terris sarracenos Te etiam
tui non deest sed adest clemencie libe
ralitatis et magnificencie constitudo
le gubernauit Et subdit Infirmi
nostre consumus domine hec adiumenta
largire quia quanto fragiliores sumus
tanto hiis pluribus indigemus Et
videte quia dicat propagasti Et iiij textus
videtur dicere Auferam de spiritu
tuo Et videtur michi quod hic val
de loquitur magistri enim sunt propagacio
quam ablacio quia moyses michil de
spiritu suo perdidit seu de spiritu sibi dato
sic quia eius spiritus ad regendum in eo
collectus per eundem modum in eum et, ac
esset diuisus Sed pocius propagatus
sicut lumen tollitur de luce quod per
quandam propagacionem in aliis ponitur lu
minis propagacione diminucione Et vi
dete quia textus dicat quod licet aliqui
emularetur pro moyse dicentes quod illi
duo in castris prophetabant Tamen moy
ses respondit Quid inquit emularis pro
me quis det ut omnis populus prophe
tet et det eis spiritum sanctum suum Et
videte quia forte secundum vnam opinionem
isti duo fuerunt adiuncti septuage
narii ut esset .72. et hoc videtur
quia aliter moyses non equaliter assumpsisset
Erant enim .12. tribus filiorum israhel et
assumatur de qualibet .6. et erunt racione
.12. Sexies enim .12. sunt .72. Vide
tur eciam michi figuram gerent
.72. discipulorum quos dominus elegit luce
.10. Videtur eciam quod non terruisset
Josue maciam emulandi si isti fuis
sent consignati et sicut alii prophetarent
Habemus ergo ex isto textu quod ad facilius
regendam multitudinem oportet et re
ctores plures constitui et spiritum moysi
propagari Secundus textu videtur
esse Exo. 18. vbi yetro sacerdos moysi
sacerdos madyan dixit moysi Stul
to labore consumeris/ vltra vires tuas
est negocium/ esto tu populo in hiis que ad
deum pertinent Prouide autem tibi de
omni plebe viros potentes etc/ Et subdit
Leuius tibi erit partire in alios onere si
hoc feceris implebis imperium domini Ap
plicat specialiter ad tribunos quos ad
patriarchas et primates centuriones quos
ad archiepiscopos quinquagenarios ad episcopos de
canos quos ad curatos etc Tercius tex
tus est expresse sacerdocio Primo enim sacer
docium fuit in vno scilicet in aaron Secundo
diuisum in filios eius nadab et abiu
eleazar et ithamar Sed percussus
a domino nadab et abiud propter suppo
sicionem ignis alieni leuit. 10. re
mansit in eleazar et ithamar Sed
post modum dauid volens diuinum cultum
ampliare cum essent duo scilicet Sadoch de
eleazar et abymelech de ythamar
constituit 24 de genere istorum 24 sacerdo
tes quorum singuli vices suas sacerdocio fungebantur
batur in ordine vicis sue Erat enim
de vice Abya qui octauo loco sortem
suscepit ut patet ibidem .1. pal. 24. Et vide
te quia ibidem dicit textus quod quia inuenti sunt
multo plures filii Eleazar in principibus
virorum quam filii ythamar Diuidit aliter
diuisit eis quia filiis Eleazar diuisit
16. filiis ythamar .8. ut doceret quod
ibi potissime debet fieri diuisio vbi est
maior numerus principum .i. suffraganeorum
Multi alii textus possent deveteri testamento
adduci sed dimitto Quia adduco tres
alios ex nouo testamento Primus luce
.10. vbi dicitur quod designauit dominus alios .72.
et misit illos in omnem ciuitatem
et locum quo erat ipse venturus Et
subdit Messis quidem multa operarii
autem pauci Rogate dominum messis ut
mittat operarios in messem suam etc
Et videte quia in isto textu satis appa
ret clare quod vbi crescit messis debet
augeri messores Unde super isto verbo
dicit Theophilus designauit alios

xpi multitudine doctoribus indige-
tem. Sicut cum ager spaciosus mul-
tos messores desiderat. Sic q(uod) tur-
ditinci erat innumerabiles gentes mul-
tis doctoribus indigebat. Et Cirillus
sup(er) eodem Sicut agri spaciosi mul-
tos messores exigunt Sic multos
eruditurus. Et Gregorius dicit in omel.
Messis quidem multa operarii vero pau-
ci. Ubi sunt multi qui bona libenter
audiant s(ed) desunt qui dicant. Et Beda
sup(er) isto dicit q(uod) a principio xpus ele-
git solum .12. quos nominavit apostolos
xpi .12. tribus israel filiorum. Sed p(ro)quemad-
modum non solum ecclesiam ex iudeis s(ed) etiam
ex gentibus voluit adunare, misit .12.
xpi totidem linguas quibus gentium
labium e confusum Gen. xi. Et de hoc
dicit Aug. de Ci. di. li. 16. c. 4. Se-
cundum labium e confusum. Vel sumitur
s(ecundu)m Aug. iste numerus q(uia) dies naturalis
24 horarum h(abe)t quibus totus orbis lu-
stratur. Ter autem 4 sunt .12. Ut
ergo fidem xpi p(er) totum orbem p(re)dica-
ret. Ideo misit non solum .12. s(ed) addit
.72. Quod videtur michi signatum
Exo. 3. ubi d(icitu)r q(uod) filii israel venerunt
p(er) transitum maris rubri in helim
et ibi invenerunt .12. fontes. Ecce .12.
apostolos de quibus haurimus aquas in
gaudio de fontibus salvatoris. Et inve-
nerunt .70. palmas p(er) quas isti addi-
ti significantur. Applica etc. Secundus
textus e Mt. 20. ubi d(icitu)r q(uod) p(at)erfami-
lias exiit primo mane conducere opa-
rios in vineam suam, p(ro)quemadmodum circa ho-
ram terciam, p(ro)quemadmodum circa horam sextam
et nonam, p(ro)quemadmodum vero circa .12. Unde
qualibet hora dixit Ite et vos in vineam
meam. Ista vinea e ecclesia Ysa. 2. Vi-
nea domini sabaoth domus israel e.
Et in ps. Vineam de egypto transtulisti

etc. Gregorius in omel. huius evangelii
paterfamilias i. conditor noster h(abe)t vi-
neam i. universalem ecclesiam que
quot sanctos protulit quasi tot palmi-
tes misit. Ad erudiendam ergo d(omi)n(u)s
plebem suam quasi ad excolendam vi-
neam suam nullo tempore destitit opa-
rios mittere. Applica etc. Tercius
textus e ad Titum 1. ubi d(icitu)r Huius
rei gratia reliqui te crete ut ea que de-
sunt corrigas et constituas p(er) civitates
presbiteros Sicut ego tibi disposui. Glo.
presbiteros i. episcopos. Quia s(ecundu)m Ieronimum
q(uod) diffuse hoc p(ro)sequitur p(ro)prie eodem presbiter
et episcopus sumebatur. Et subdit Con-
stituas episcopos ut pastoralis cure onus
facilius sustineatur p(er) multos divi-
sum h(oc) glo. Et videtur michi
q(uod) ex istis auctoribus habeo q(uod) multi-
plicatio episcoporum et nova erectio eccle-
siarum cathedralium debet fieri q(ua)n(do) occurrunt ista quatuor.
Apli multiplicatio mirosa | curiosa. Ista
lingwe distinctio periculosa | q(uonia)m h(ec) occur-
provincie dilatatio spaciosa | runt q(uia)
distancie porro tediosa vel p(er)i(culosa) | Germania
Messis quidem valde multiplicata
lingwa ab alamannica distincta
provincia Magutina valde dilata-
ta et diffusa distantia maxima et
periculosa via. Ergo merito ista ad
hoc faciendum nos movere debuerunt.
Exaltabo ergo et elevabo et sublimis
erit valde Ysa. 52. Secundo q(uo)d nos
movit est ecclesie et predecessorum
sancta et utilis observatio. Sic enim
scriptum e. Mementote operum patrum que fe-
cerunt in generationibus suis et acci-
pietis gloriam magnam et nomen eter-
num. 1. Machab. 2. Videamus si
rem novam aggredimur vel potius
vestigia predecessorum sequimur
dicere etc. a tempore apostolorum usque ad

domini Johannis pape 22 de Tholosan de Cesaraugusta etcetera Et non solum etiam prelatis non vocatis etcetera ysa 49 Ecce levo ad gentes manum meam et ad populos exaltabo signum meum Vt merito dicat Per agenus Dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me Etiam quod nos monuit devota et humilis supplicacio Ad lucam et castelle pro Asigilla et Boemie pro aliis duabus Et etiam non parum adiecit maxima devocio Karoli primogeniti dicti regis Boemie cuius devocionis spem non debuimus extinguere qui etiam de suo proprio large valde dare vult pro ampliori dote illius ecclesie Quia ergo scriptum est quod dominus oraciones iustorum exaudiet Idcirco exaltabo te ut hereditate tua pias tua Vt merito hec constitucio ecclesiarum dicat illud ps Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltavit me Dextera domini fecit virtutem virtute illa de qua clamat iusti supplicante Exaltare domine in virtute tua cantabimus psalmos virtutes tuas In virtute ergo dei omnipotentis etcetera Ista secunda etcetera Vt dicamus de ecclesia etcetera In medio populi exaltabo et in plenitudine sancta admirabor In plenitudine quidem qui decorabitur pallio in quo plenitudo potestatis officiorum cum archiepiscopalis nominis appellacione confertur Et 2 Ma 7 Cum in summa gloria exaltabo cum gloria in presenti et ut nos etiam exaltemur in gloria in futuro Quod nobis concedat deus Amen De legato pape reverso de ytalia et Tuscia

Egrediebatur et ingrediebatur in conspectu populi In omnibus quoque viis suis david prudenter agebat et dominus erat cum eo 1 Reg 18 Ista verba ad litteram dicta fuerunt de david qui ad mandatum regis egre-

diebatur et regrediebatur pro utilitate populi israel et prudenter in omnibus se gerebat Et merito quia dominus erat cum eo Videtur michi quod proprie potest dici de legato nostro qui ad mandatum meum cum hodie legacionis merito regnum et presidentiam egressus est et ad partes tuscie et postea ad partes sitalie et hodie regressus inmanifeste prudenter gessit et dominus fuit cum eo Et videtur michi quod merito potest dici de eo verba thematis pre assumpti que ad litteram de david dicta fuerunt Et racio videtur esse ista Quantum enim michi apparet david in scriptura de quatuor singulariter commendatur Commendatur enim david de

Primo quidem de constancia et fortitudine

- Generosa constancia et fortitudine
- Secunda clemencia et mansuetudine
- Tercia prudencia vel rectitudine
- Magna gracia et sanctitudine

Sicut apparuit in interfeccione golie 1 Reg 17 Vnde de eo canebat in choro quod occisit Saul mille et david decem milia Vnde 2 Reg 18 ubi numerantur viri fortissimi david numeratur primus inter omnes Vnde dicitur ibi quod octo interfecit in puteo uno Vnde etiam 1 Reg 17 quod david cum leonibus lusit quasi cum agnis et similiter in ursis fecit et ibi multa de sua fortitudine Vnde 1 Reg 16 Vidi filium ysai fortissimum robore et virum bellicosum etcetera Et patet etiam in 1 et 2 Reg per totum Quia dixit constantissime tolleravit Secundo quod commendatur de gracia clemencia et mansuetudine Vnde in psalmo Memento domine david et omnis mansuetudinis eius Et hoc satis apparuit cum Saul inimicum suum et eum persequentem ad mortem bis dominus in manus suas tradidit et tamen non nocuit sed ei pepercit sicut apparet 2 Reg 24 et 26 Vnde et ipse Saul compulsus fuit dicere Iustior tu es quam ego tu enim tribuisti michi bona ego autem reddidi tibi mala Et tu indicasti hodie que fecisti michi bona quomodo tradidit me dominus in manum tuam et non occidisti me Quis enim cum invenerit inimicum suum dimittet

a

cum in via bona Sz reddat tibi dns
vicissitudine hanc Vn 9. mach. 2. d
q dauid in sua mia consecutus e sedem
regni in scla ¶ dico 3° q comeda
tur de clara prudencia et limpitudine
uel certitudine Vn 1. re 16. d q dauid
vidit prudentem in vbis Vnde saul
etiam inimico suo d 1. re 18. q vidit
Saul dauid q prudens esset nimis
et cepit cauere eum Et 2. re 23. d
q dauid sedet in cathedra sapie
tissimus princeps int tres ¶ dico 4°
quod comendatur de magna gloria
et sanctitudine Vnde p totum 3. et
4. regum d de alijs regibus q non
ambulauerunt in vijs domini sicut da
uid famulus suus Et ideo in ps Inue
ni dauid famulum meum oleo s. v. ū tc
Vnde paulus Actuum. 13. de eo dicit
q dns de dauid testimonium phibens dixit
Inueni dauid filium Isay cor meum q
faciet oes volutates meas sicut habetur
1. re 13. Modo videtur michi q in
dauid in istis sicut dicunt vba the
matis passupta pt de isti q° cō
dicionibus merito comendari Primo
q quia erat mire constancie et fortitudinis
in aggressu et tollerancia aduersorum
egrediebatur / Secundo grate clemencie
et mansuetudinis in amplexu et bei
uolencia vniuersorum ul subditorum
q intrabat in conspectu ppli ¶ Tercio q
clare prudencie et limpitudinis ul
rectitudinis in pspectu et intelligencia
agendorum q in omnibus vijs suis pru
denter agebat ¶ Quarto q magne gratie
et sanctitudinis ex influxu ex toitatu
et assistencia diuorum q dns erat cū eo
Unde quando spus dni recessit a Saul
statim agitauit eum spus nequam
1. re. 16. ¶ dico p° q iste comeda
tur q mire constancie et fortitudinis
in aggressu / et tollerancia aduersorum

b

quia dicit q egrediebatur Egressus
enim legatus a latere non debet esse
ad voluptates et delicias psequendas
Non ad vanitates et inanes glias
consequendas Sz potius ad laborum
tollerancia ad insolencia Ad morum
reformacionem Ad peccatorum increpacionem
et reductionem Ad tirannorum mal
ledicionem / et Ad bonorum remuneracionem
figura Gen 2. vbi d q fluuius
egrediebatur de loco voluptatis
ad irrigandum etc Et hoc pulcre
deducit Bns 9 de consideracione ad
eugenium li. 4. c. 6. Et al. allegaui
dicens sic In talibus ut oppinor
requiescat spus tuus q non sit attrite
frontis sz verecundi et timorati ppt
dum tn michil timeat / michil speret
nisi adeo q aduentancium non manus
attendat sz necessitates q sient vilit
p afflictis et iudicent equitate p
mansuetis terre q sicut composita ad
mores / pbati / ad sanctimoniam / parati
ad obedienciam / mansueti / ad pacienciam /
subiecti / ad disciplinam / rigidi ad
censuram / catholici ad fidem / fi
deles ad dispensacionem / concordes
ad pacem / conformes ad vnitate
qui sint in iudicio recti / in con
silio puidi / in iubendo discreti / in
disponendo industrij / in agendo
strenui / in loquendo modesti / in ad
uersitate securi / in psperitate deuoti
In zelo sobrij / in mia non remissi
in ocio non ociosi / in hospicio non
dissoluti / in conuiuio non effusi / in
cura rei familiaris non anxij / alie
ne rei non cupidi / sue non pdigi
vbique et in omnibus circumspecti / q
legacione p xpo fungi quociens opus
erit non nisi veniat / nunquam nisi
affectat / qui quod verecunde excu
sat obstinatius non recusat / q nis
si p9 aurum non eat sz xpm sequitur

qui questum lucracionis non estiment
nec requirat datum sed fructum / qui re
gibus Josue exhibeat / egiptiis
Moysen / fornicatoribus phinees / he
liam ydolatris / helizeum avaris
petrus mendacibus / paulum blasphe
matibus / negociatibus xpm / Qui
vulgus non spernat sed doceat / divi
tes non palpet sed terreat / paupe[re]s
non gravet sed foveat / minas princip[u]m
non paveat sed contempnat / qui non cum tur
ba intret nec cum vacua exeat / qui ec
clesiam non spoliet sed emendet / qui
marsupia non exhauriat sed corda
reficiat / et crimina corrigat / fame
prudeat sue nec invideat aliene
qui orandi studium gerat et usum
habeant ac de omni re plus confidat
oratione quam sue industrie et labori
quorum ingressus pacificus mo
destus exitus sit / quorum sermo edi
ficacio sit / vita iusticia / presencia gracia
memoria in benedictione / qui se
amabiles prebeat non verbo sed opere / Re
verendos exhibeat non fastu sed actu
qui humiles cum humilibus / et innocentes cum
innocentibus / qui duros dure redargu
ant / malignitates coherceat / red
dat retribucionem superbis / qui non de
dote vidue vel patrimonio crucifixi vel
suos ditare festinet / gratis dantes quod
gratis acceperunt / gratis facientes iudicium
iniuriam pacientibus / vindictam in na
cionibus / increpaciones in populis / Qui
dentur denique spem instar illorum
LXX Moysi accepisse cernatur / per
quem sive presentes sive absentes conten
dant placere tibi / placere deo / qui ad te
redeat / fatigati quidem sed non for
tunati / simul et gloriantes / non quod
curiosa seu preciosa quoque terrarum attulerit
sed quod reliquerit pacem regnis / le
gem barbaris / quietem monasteriis /
clericis ordinem / ecclesiis disciplinam /

deo populum acceptabilem / sectatorem bonorum
operum / Unde dicit apostolus 2 ad Timotheum 2 labora sicut
bonus miles xpi ihesu / Et 2 ad Timotheum 4
Tu vero vigila in omnibus labora / Et Gen.
27. Sume arma tua pharetram et arcum
et egredere foras / Sic autem per dei
graciam fecit iste legatus qui fuit in labori
bus plurimis / in vigiliis / in solitudinibus
in temptacionibus variis / tam in Romandiola
ubi statim obtinuit ymolam et faven
tiam et multa alia loca que eciam in re
gno ubi Et antequam ingrederetur et postquam
ingressus est / nunc minis territus / nunc
promissionibus allectus / ne amissionem
regni quam sibi promiserant gereret / Ipse
sicut fortis athleta et constans nec timore
terruit nec blandimento seduxit nec
promissis corrupit / Et sicut dicitur ysaie 42
quasi fortis egredietur et quasi vir pre
liator suscitabit zelum vociferabitur et cla
mabit et super inimicos suos confortabitur
Et certe bene egressus est sicut fortis qui
et si flumina venerunt / pluvie descende
runt et multi venti flaverunt / tamen non
corruit / fundatus enim erat super firmam
petram / Unde potest dici quod scribitur ysaie
33 Audite qui longe estis et cognos
cite fortitudinem meam / Conterriti sunt in syon
peccatores / possedit tremor ypocritas
quis poterit habitare de vobis cum igne devo
rante aut quis stabit ex nobis cum ar-
doribus sempiternis / Qui ambulat in iusticiis et loquitur veritatem
qui proicit avariciam ex calumpnia et
qui excutit manus suas ab omni munere et
claudit oculos suos ne videat malum
Iste in excelsis habitabit / munimenta sa
xorum sublimitas eius / Et pone unde
iste quod est satis commendabile et glo
riosum ita manus suas mundas habuit
ab omni munere ut nichil in toto le
gacione recepisse legatur dicatur / Unde
iste est beatus qui inventus est sine macula
et qui post aurum non abiit nec speravit in pecu
nie thesauris / Ecclesiastici 30 / Unde iste potest
dicere sicut dicebat Samuel ad

a

vniuerso israel ad viam legationis
sue .1. R. 12. loquimini de me coram do
mino et coram xpo eius Utrum bo
uem cuiusqz tulerim aut asinum si
quempiam calumpniatus sum / si oppressi
aliquem / si de manu cuiusquam mu
nus accepi et contempnam illud hodie
restituamqz vobis Et dixerunt Non
es calumpniatus nos neqz oppressisti
nec tulisti de manu alicuius quip
piam Unde iste sicut ille marti
nus qui ad liciam est sancti martini p
sbit de quo refert Bern. in sermone
de consideratione c. 6. cum de dacia
redierat pauper et equum quem ab
epo florentino receperat reddidit
propter quod ipsum iniuria habere cogno
uit Unde subdit Quid dicis mi
Eugeni / nonne alterius seculi res iste re
diisse legatum de terra auri sine auro
pertransisse argenti terram et argentum ne
scisse donum insuper quod poterat esse
susceptum illico reiecisse Ut sic dicamus
illud Abacuk 3. Egressus es in sa
lutem populi tui in salutem cum xpo tuo Et
merito de iste dicamus quod dictum est de
dauid 1 R. 18. Omnis israel et iuda
diligebat dauid ipse enim ingredie
batur et egrediebatur ante eos ¶ Dico
2o quod iste commendatur quia ex clemencie
et mansuetudinis amplexu et beniuo
lencia vniuersorum subditorum quia nitebat
in conspectu populi Ipse enim ad liciam sta
tebat illud Apli 2 ad Thim. 2 Ser
uum dei non oportet litigare sed mansuetum
esse ad omnes Et illud Eccli 32. Recto
rem te posuerunt noli extolli sed esto
in illis quasi vnus ex illis Curam illorum
habe et sic considera et omnem curam tuam
explicatam recumbe ut leteris propter illos
et ornamentum gracie accipias coronam et
dignitatem consequeris congregationis Et Ec
cli 4. Congregationi pauperum affabilem

b

te statuito Unde inter omnia que magis
faciunt presidentem diligi est quod omnibus se
exhibet tractabilem accessibilem
et mansuetum Sicut deducit Sene
ca de clemencia ad neronem Et vi
detur michi quod satis patet ex textu de
illo Absalone 2 R. 15 Cum vellet
sibi attrahere populum ut acquireret regnum
stabat iuxta introitum porte in via
et omnes salutabat et salutabat cor
da virorum israel dicens Videntur mi
chi sermones tui boni et iusti sed non
est qui te audiat constitutus a rege Et
subiungebat quis me constituat iu
dicem super terram ut ad me veniant
omnes qui habent negocia ut iuste iudicem
Propter hoc dicit Sapiens Eccli 10 quod in
medio populi rector illorum in honore
quod bene faciebat iste non latitabat in
angulo sed nitebat in conspectu populi ut
omnes audiret / omnibus iusticiam faceret
omnibus se affabilem exhibet Atten
dens illud ps Intuere in conspectu tuo
gemitum compeditorum Ut de eo dicatur
quod dictum est de dauid 2 R. 7.
Tu eras educens et reducens israel
Et ad liciam non solum ibi nitebat in
conspectu populi sed etiam hodie nitent ci
uitate ista in conspectu totius populi
Ut dicatur de eo illud 1 Mach 13
Intrauit in eam cum ympnis benedicentes
dominum Ut sibi dicamus illud Math
24 Euge serue bone et fidelis quia
super pauca fuisti fidelis supra multa
te constituam intra in gaudium domini tui
Et ipse dicat illud Sap. 8 Intrans
in domum meam conquiescam cum illa Non
enim habet amaritudinem conuersacio illius
nec tedium conuictus illius sed leticiam
et gaudium Et videte quod bene 2m se
quitur ad primum Debet enim precedere
labor postea sequitur honor Unde de
xpo dicitur Luc. 24 Oportuit xpm pa
ti et ita intrare in gloriam suam

Dico 3º quod iste commendatur quia clare
prudencie et limpitudinis vel recti-
tudinis in perspicatu vel intelligencia
agendorum quia in omnibus viis suis
prudenter agebat. Prudencia enim
secundum philosophum est recta racio agibilium
et omnes virtutes in prudencia conne-
ctuntur. Unde in 6. Ethicorum dicitur quod
virtutes existenti omnes insunt, que secundum
Senecam tribus temporibus dispensatur:
presentitorum recordacione, in presenti-
um ordinacione vel disposicione, et in futurorum
provisione. Et secundum Ars. le. b. trebarty
consulem eligere et deceruare vel
pape consulem scilicet discrete eligere
recte precipe iuste. Ideo dice-
bat Sapiens prov. 3. Beatus ho-
mo qui invenit sapienciam et qui af-
fluit prudencia. Melior est ac-
quisicio eius negocione auri et ar-
genti etc. Et sic prudencia necessaria
est in quolibet magis in presidente quia
prov. 28 dicitur: Dux indigens pruden-
cia multos opprimit per calumpniam.
Noster autem legatus habet pru-
denciam tenuit et in omnibus viis suis
habuit et in verbo, attendens illud
prov. 10: Qui moderatur labia sua
prudentissimus est. Et in facto, erat
ad faciendum opus prudentissimum
2. Par. 22. Unde eius prudencia
perfecta ondit quia iustus celi et
confuavit et declaravit. Ut dicat
merito illud Ps.: Prudentem me
fecisti mandato tuo quia ecclesie iste
Job 26: Prudencia eius percussit
superbum et spiritus eius ornavit ce-
los etc. Ut ideo dicimus quod dicitur
est de David 1. Reg. 18: Egrediebatur
David quocumque ad quecumque misisset
eum rex et prudenter agebat.
Et si dominus meus ergo laudavit
villicum iniquitatis eo quod prudenter
egisset Luc. 16, multo forcius

laudandus est ille villicus non iniquitatis
sed bonitatis, veritatis, sanctitatis et
honestatis. Dico 4º quod iste commenda-
tur quia magne gracie et sanctitudinis
ex influxu ex comitatu et assistencia
divina quia dominus erat cum eo. Unde potest di-
ci illud apostoli 1 ad Cor. 15: Habundan-
cius omnibus laboravi, non ego sed gracia
dei mecum. Non esse potuisset nisi dominus
fuisset cum eo, eo quod tantam pro operum obe-
dienciam habuisset et quod ita in pace
rexisset quod ita cum gracia et commenda-
cionibus exivisset omnium. Et de eo di-
citur quod dictum est de David 1. Reg. 16:
Vidi David filium Ysai Bethlehemite
scientem psallere et fortissimum robore
et virum bellicosum et prudentem
in verbis et pulcrum virum et dominus est
cum eo. Ut ideo dicimus quod dictum
est de Joseph Gen. 39: Fuit dominus cum
eo et erat vir in cunctis prospere agens
habitabatque in domo domini sui qui optime
noverat esse dominum cum eo et omnia que
ageret ab eo dirigi in manibus illius.
Invenit que Joseph graciam coram domino
suo ministrabatque ei. Et bene comparatur
Joseph de quo dicitur Gen. 49: Filius
accrescens Joseph. Sequitur: Deus
patris tui erit adiutor tuus et omnipo-
tens benedicet tibi. Et pro dici de isto
primo sicut Joseph apud nos incoratus et
postea exaltatus. Iste de archiepiscopo
factus est episcopus Penestrinus in cardinalem et
legatus apostolice sedis est assumptus. Et
ut merito concludamus dicamus duo
premissa. Primo quod David in scriptura
commendatur singulariter de quatuor:
De sua constancia et fortitudine — Primo
De sua clemencia et mansuetudine — quod iste
De sua prudencia et limpitudine vel rectitudine — legatus
De magna gracia et sanctitudine — tus
ut dicunt verba thematis. Pre assumpta
fuit manu constancie et fortitudinis
in egressu et tollerancia adversorum

a

Grate clemencie et mansuetudinis
in amplexu et benivolencia universorum
vel subditorum Hec prudencie et
limpitudinis vel rectitudinis in pro
spectu et intelligencia agendorum
Magne glorie et sanctitudinis ex in
fluxu et comitatu et assistencia
divina Et merito dicitur de eo quod
dictum est de david Egrediebatur
et intrabat in conspectu populi in omnibus
quoque viis suis david prudenter agebat
et dominus erat cum eo Et videte quod in
verbis istis si non perseveror possumus con
siderare quattuor | laboriosum et plenum
Primo eius egressum | tedio Egrediebatur
Secundo eius regressum gaudiosum et dignum iu
bilo quia intrabat in conspectu populi
Tercio eius progressum virtuosum clarum
premio in omnibus enim viis suis david prudenter agebat
Quarto fructum copiosum datum dei auxilio
quia dominus erat cum eo Iste ergo
Egreditur ad sollicitudinem vigilancia et labore
Recipitur cum dulcedine contemplacionis et amore
Progreditur ad fortitudinem efficacia et vigore
Regreditur ad plenitudinem gloria et honore
Ut hodie attendamus | Et videtur
Vigilem infatigabilem | michi quod ista
Humilem et acceptabilem atque tractabilem | conpetunt sibi
Pugilem inexpugnabilem | ex nomine
Utilem et desiderabilem | et cognomine
Ex nomine quidem quo vocatur Aymericus
quia eius egressus eius fuit laboriosus
et plenus tedio Quando frequenter ut ac
dimus precipit in voce doloris in voce
gemitus more ytalico dicitur principium
sui nominis Ayme Secundo quia regressus
gaudiosus et dignus iubilo / et eius
progressus virtuosus clarus premio
Similiter fructus copiosus datus dei
auxilio Quando vero ricus id est custos quia a
domino veniendo et inorando et in rede
undo salubriter custoditus Dominus enim

b

custodivit introitum suum et exitum
suum ex hoc nunc et usque in seculum
Item eciam ex cognomine / cognominatur
enim de castro lucii Est enim castrum
Eminenter situm | Cant. 6. progre
Affluenter munitum | ditur quasi auro
Excellenter insignitum | ra consurgens
Diligenter custoditum | pulcra ut luna
electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata Dominus
enim tecum virorum fortissime Iudicum 6.
Et Ier. 20. Dominus mecum est tamquam bella
tor fortissimus Et de castro lucii
sive dicatur a luce sive a luceo pisce
A luce quidem quia lux fortissima
propter fortitudinem Quia lux suavissima
propter mansuetudinem Quia
lux splendidissima propter pulcritudinem
Quia lux purissima propter sanctitudinem
Ut de eo dicamus illud .1. Ioh. 1. Lux
est et tenebre in eo non sunt ulle Vel
a luceo pisce Est enim luceus piscis
Audicius propter constanciam | Ut propter
Rapidus propter clemenciam | omnia ista
Solidus propter prudenciam | sibi dicamus
Placidus propter graciam | illud Deut.
28 Benedictus eris ingrediens et
egrediens Et Gen. 28 Ingredere
ergo benedicte domine foris stas propterea
domum et locum / et non solum domum
et locum sed eciam convivium corporale Et
ut nos et sibi preparet dominus celeste
convivium in quo epulemur et ex
ultemus in conspectu eius et delecte
mur in leticia et exultacione
in eternum Amen

Collacio facta per Sanctissimum
patrem ac dominum nostrum dominum
Clementem papam sextum quando
fecit processus contra interfectores
Andree regis Sicilie die pri
ma Februarii Pontificatus
sui Anno quarto

Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra Genesis 4. Videtur michi quod auditur et exauditur vox clamantis et eiulantis specialiter propter quatuor
tanquam propter dilectionis amorem
tanquam propter donationis honorem
tanquam propter compassionis dulcorem
tanquam propter operationis horrorem
Et licet hoc satis pateat tamen propter declarari exemplia. Primo enim auditur et exauditur vox propter dilectionis amorem. Dilectus enim libenter audit et exaudit vocem dilecti unde sponsa dicebat Cantica 2. Sonet vox tua in auribus meis. Et sponsus dicebat sponse Cantica 8. Fac me audire vocem tuam. Secundo auditur et exauditur vox propter donationis honorem. Libenter enim naturaliter quilibet audit et exaudit vocem aliquam tenentis paribus qui maior et sublimior est. Et ideo de Christo dicit apostolus ad Hebreos 5. Cum clamore valido et lacrimis exauditus est pro sua reverentia. Adhuc de deo patre quo maior erat secundum humanitatem. Unde respondebat illi in psalmo quod non exaudierunt eum. Tertio auditur et exauditur vox propter compassionis dulcorem. Homo enim est animal naturaliter compassibile quod debet gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus. Unde dicebat ille Job 30. Flebam ego super eo quod afflictus erat et anima mea compatiebatur pauperi. Et in psalmo. Exaudivit dominus vocem fletus mei. Et sic moti apostoli dicebant Matthei 15. Domine dimitte eam quia clamat post nos de muliere Chananea. Et Regum 22. Exaudivit dominus vocem meam. Quarto auditur et exauditur vox propter operationis horrorem. Jeremie 30. Vocem terroris

audivimus. Et Jeremie 3. Vox in viis audita est ploratus et ululatus quia iniquam fecerunt viam suam. Modo videtur michi quod in morte clare memorie Andree regis Ytalie audita est ista quadruplex vox. Primo quidem
vox diligentis et dilecti cordialiter
vox presidentis et subiecti et specialiter
vox gementis et abiecti miserabiliter
vox parcentis et precii vel misere
certe per ordinaliter
vox quidem diligentis et dilecti cordialiter que innuit viscerosam compassionem
vox presidentis et subiecti etiam specialiter que prestitit singultuosam lacrimationem
vox gementis et abiecti miserabiliter que dedit lacrimosam computationem
vox parcentis et infecti vel precii perdonaliter que exegit rigorosam punitionem.
Dico primo quod audita est in eius morte vox diligentis et dilecti cordialiter que innuit viscerosam compassionem. Adhuc enim et eum cordialiter diligebamus et etiam ut firmiter credimus ipse nos diligebat. Ut merito dicamus quod dicebat David 2 Regum 1 c. de illo Jonatha casso. Doleo super te frater mi Jonatha decore nimis et amabilis super amorem mulierum. Sicut mater amat unicum filium ita te diligebam. Et hic dicitur Jonathas qui interpretatur columba veniens. Iste enim est totus columbinus, totus innocens sine totus sine felle. Adhuc decorus nimis. Et ipse valde enim pulcer erat. Et ex nomine Andreas enim interpretatur in statione vel decus. Ut merito dicatur Cantica 5. Vox dilecti mei pulsantis. Secundo dico quod audita est in eius morte vox presidentis et subiecti etiam specialiter que prestitit singultuosam lacrimationem. Ipse enim adhuc illis preerat illis ut vox presidebat actibus interpretatus nos non eum sublimaueramus

a

in Regem et volueramus titu-
lo regio insigniri Et de novo
ipsum mandaveramus prepum clauto-
nem unacum carissima filia mea
Iohanna Regina Sicilie consorte
sua inungi et coronari ipse enim
erat nobis non solum spiritualiter ymo
etiam temporaliter immediate subiectus
Sed ecce quem sperabamus futurum ma-
gnum Sicilie defensorem, subito mor-
tu suo sicut flos decidit, subito
tantus decor periit, subito tantus ho-
nor succubuit, subito tantus valor
manibus impiorum occubuit, subito
mea spes interiit, subito cor meum
elanguit, subito tota terra doluit
subito totum regnum contremuit Ab
impiis enim egressa est iniquitas .1. Re. 24.
Et ideo ysa. 33. dicitur Ecce videntes clama-
bunt foras angeli pacis amare flebunt
dissipate sunt vie cessavit transiens
per semitam irritum factum est pactum proiecit
civitates non reputavit homines luxit
et languit terra confusus est libanus
et absorbuit et factus est Saron sicut
desertum et concussa est basan et Carme-
lus Ut merito possim dicere illud Mat.
2. c. Vox in rama audita est et longe
lateque diffusa est Sicut exponit Ieronimus
ploratus et ululatus multus Rachel
plorans filios suos et noluit consolari
quia non sunt Et accipitur Ieremie 31. ubi dicitur sic
Vox in excelsis audita est lamentationis
et fletus et luctus Rachel plorantis
filios suos et nolentis consolari super eis
quia non sunt Ut merito dicamus illud Ieremie 8
Ecce vox clamoris filie populi mei de
terra longinqua dominus non est in Syon et rex
eius non est in ea Quis ergo dabit ca-
piti meo aquam et oculis meis fontem
lacrimarum et plorabo die ac nocte
interfectos filie populi mei, ymmo interfectum
populi mei regem ¶ Dico 2o quod audita
est vox gemitus et abiectionis miserabilis

b

que dedit lacrimosam compunctionem
Ipse enim clamat ad nos illud Tren. 1.
dicens O vos omnes qui transitis per viam
attendite et videte si est dolor similis
sicut dolor meus Et Ieremie 8. dolor
meus super dolorem in me cor meum
merens, compuncti ergo nos cum lacrimis
dicamus illud Ieremie 9. deducant oculi
mei lacrimas et palpebre mee de-
fluant aquis quia vox lamentationis au-
dita est de Syon quomodo vastati sumus et
confusi vehementer Et Ieremie 14. dedu-
cant oculi mei lacrimas per diem et no-
ctem et non taceant quia contritione ma-
gna contrita est virgo filia populi mei
plaga pessima vehementer Unde
ego multo melius quam david possum
loqui flere et clamare Vades fili mi
absalon absalon fili mi, quis mihi
det ut ego pro te moriar fili mi Ab-
solon Absalon fili mi 2. Re. 18. Et
hic dicitur absalon tamen est ex convenientia
vocabuli quamvis licet nomine Andree
Tamen etiam quia Absalon interpretatur pax
patris vel pater pacis sive patris luctus
aut patris amaritudo. Iste enim fuit
pax patris et pater pacis quem pater suus
adduxit eum ad regnum, et cum Re-
ge Roberto fe. re. matrimonium contrac-
tatum est Et Iohanna filia primo-
genita dicti Regis accepit in uxorem
Sed modo est luctus patris vel patris amari-
tudo quia tirannice personaliter est occisus
De Absalon etiam legitur 2. Re. 14
Porro sicut absalon vir non erat pul-
cher in omni Israel et decorus nimis
a vestigio pedis usque ad verticem
non erat in eo ulla macula, et quan-
to magis tondebat capillos tanto
magis crescebat etc. Et sic dicitur de isto etc.
¶ Tertio dico quod audita est in eius
morte vox peccati et precii vel
infractionis personaliter que exigit
rigorosam punicionem Quod

cui inperfectus fuit pditionalit' declabo infra Et io petit a me iudicium et iustitia, ut iudicium regi dem et iustitia filio regis Hec e cui quis duz vox que po ca quis supplicato sicut dr ysa ult's Vox ppli de Civitate vox de templo Vox domi reddentis re tributom Unde ista est vox infe ctorum clamantium voce magna sub altare dei et dicentium Usqz domine sanctus et verus no iudicas sague nostrum et no iudicas de hijs q sut et habitat i terra Hec sut vba q recte possut dici ppe q e dns ut habeat in iudicando ptatem Comi natione statutus e factus ut habeat in disrnedo puritate Cui est verus ut habeat in firmando veritatem Pape cui datus e gladius bis acutus in vindicta malefactorum lau dem vo bonos Unde ad Ro. 13. No sine causa gladium portat vindex eni est in ira ei q malum facit Hi vox eius dz esse sicut vox de qua dr Sopho. 1. Vox domini in vtute Vox domini cofrigetis cedros et cofriget dns cedros libani et cetera. e. t. m. libani Ei enim da ta e omnis ptas in celo et in terra Mt vlt's Ad faciendam vindictam ma toribus mat. ipo. ad alli. ce. c. 100. et no. e. ima. f. Ut faciat i eis iudicium cosciptum Ppps Costitutus eni est sup gentes et regna ut euellat et destruat et dissi. et edif. iplantet Je. 1. Habemus ergo duo Primo q vox clamatis et qrelatis audit' et exaudit' ppt quatuor Que ppt dilectionis amore ppt dnationis honore ppt copassionis dulcore ppt opationis horrore

Secundo habemus q audita est in eius morte

Vox diligentis et dilecti cordialit' q ingessit viscerosam compassionem Vox psidentis et subiecti etia tpalr que psta tit singultuosa lacrimatoz Vox gementis et abiecti miserabilit' que dedit lacrimosa compunctioz Vox peccatoris et peccati ul infecti pditiona nalis que exigit rigorosam puni tionem Ergo merito ista vox dz audiri et exaudiri Ut dicam vba thematis passim sta Vox sanguinis fris tui Abel clamat ad me de terra Ubi tanguntur qtuor que aliquantum psequor Nota Vox

Primo qz audit flagicium detestande sanguinis Scdo describit' homicidium ferine cru delitatis qz fratris tui Abel 3o punitur suspicium die cela Quarto petit' iudicium digne severitatis qz clamat ad me Unde videt' mi chi q hic quidam Donum ptipit' sz tu dis qz vox sanguinis defuncti e aqo egredit' ad etheria et mereoe qz fris tui Abel Un Aplus dt ad Heb. c. xi. q Abel defunctus adhuc loquitur Modus quo 3 Terminus ad que pgredit' ad iustitia et rigore ad me

muta qua clamat displicentia et horrore sonus emittit' qua ad vehem' t' clamore qz clamat

q debitor sunt in facie Dico primo q auditur flagi cium detestande iniquitatis qz sonus pa pitur sz tuo displicentia et horrore Und' ptitus Augus in sermone de decolla tione sancti Johis baptiste sermone 3o dicit sic Vox sanguinis fris tui clamat ad me Nulla itaqz sanguinis vox e / sz clamare dr sanguis qui effu sus e innocens no tam voce q causa et interpellac domini no pfeatione eloquii sz interpellatione commissi indignatione commissi / ac reum suum no tam vbois accusac sermonibus sz cosciac ipius crimi natione cofringere Cuius enim malum factum si in vba pducat' excusationem fortasse recipit nisi cosciam cruocet'

divisio Thematis

a

Qz no pt excusari vbi causa rei suo
semp tacita sit cot dicacione conuincit
et iudicat Et Sctus Ambro in libel-
lo suo que fecit de Cayn et Abel c iz
Non accusat fr ne videatur fratricida
Non accusat vox ipius que ipse fudi-
sti Tunc te ergo facinus non frater ac-
cusat Non pt de alieno testimonio co-
queri quem per facinore confitetur
clamor eius e Immo qz factum est ista
ergo vox sanguinis idem patrati sceleris
Unde glo super isto verbo dicit Vox sa-
guinis i adeo est euidens factum ac si
sanguinis clamaret Euidentia enim pa-
trati sceleris non indiget voce accu-
satoris Et e glo Augustini Raba-
ni et Strabi Et istum modum loquendi
firmavit etiam xpus Luc 19 dicens
Et si hij tacuerint lapides clamabunt
Quia ergo istud piaculare flagicium
tam euidenter patratum est io dr
vox sanguinis Unde Gen 4 cuilibet ta-
li interfectori dr Maledictus eris sup
terram que aperuit os suum et sus-
cepit sanguinem fris tui Quod ptractat
Ambro ubi 6 dicit sic Si frater
non clamat terra clamat / si frater non
pcat terra pcat / si frater tacet terra co-
dempnat ipa eius e interfectore testis
et iudex Testis acrior que adhuc
tam homicidij sanguine madet Iu-
dex asperior q tanto scelere coinquinata
est ut aperiret os suum et reciperet
sanguinem tam crudeliter interempti
Et subdit Quomodo homicida a terra male-
dictus e q est infima et postrema
ps mundi Quippius autem sunt celum et
que in celo sunt luna sol et stelle
Throni et dominaciones / principatus et po-
testates / cherubin et seraphin Non
ergo aliquod dubium quin eum superiora dap-
nauerint quem inferiora dapnauerunt
Unde recte tales homicide pessimi pnt
dici quod dicebant fres Joseph Gen
42 Merito haec patimur quia peccauimus in

b

fratrem nrm videntes angustiam
anime eius dum deprecaretur nos et non
audiuimus Ideo venit sup nos
ista tribulacio Et sequitur En sa-
guis eius requiritur Matth eius
23 scriptum est Veniet sup vos omnis
sanguinis iustus qui effusus e sup
terram a sanguine Abel iusti usque
ad sanguinem zacharie filij Bara-
chie quem occidistis inter templum et
altare Et videte quod non solum sup
tales homicidas venit sanguinis
sup eos effusus / ymmo omnis sanguinis
effusus iniuste cum eum rei facti
sunt unum corpus cum illo sz dyabolo
qui erat homicida ab initio Joh 8
Unde verificatur illud Ozee 4 Sa-
guis sanguinem tetigit Virum autem
sanguinum et dolosum abhominabitur
dns ut dr in ps Unde et adbrevi-
ata debet extimari quod non debent di-
midiare dies suos Viri enim sangui-
num et dolosi non dimidiabunt dies
suos in ps Dico 2o quod describere 2m
homicidium facinore crudelitatis quia
defunctus e a quo sonus egreditur
cum tristicia et merore qr fratris
tui Abel i ad beatum regis nrm
Andree Apostoli enim erat et sic ut erat
omnes enim nos fres sumus sicut
deducit Saluator Mt 23 dexo
dicit Aplus Ad Heb 2 Non confun-
ditur vos vocare fres etc Vel pt
esse verbum dictum Regi vngarie Cuius
ad beatum frater carnalis erat vnde
de eo Joh 1 dr quod Andreas
frater Symonis petri Et videtur
innuere quod Andreas nunc dr Abel propter
Primo racione cuiusdam vocalis co-
uenientie que videtur esse inter
Abel et Andream / Secundo racione
interpretacionis debite Abel enim in-
terpretatur xpus mortalis vel iusti
Interpretatur etiam luctus vel vapor
aut miserabilis Et videte mrm

Andrea xpm

Mortale rone regie sublacionis
Iustu rone fidei z vtuose opacois
Ex luctu roe sue infectionis
Vapore roe bnitat sue duacois
Et inseabile rone copassionis
Ergo bn Abel Gen. 4. Respexit
dns ad abel Ca rone signi
ficacois mystice p Abel enim signi
ficatur xpus bn Aug9 in smoe
de Caym et Abel deduat pulcri
in scptura quo p Abel significa
tur xpus q fuit pastor om Dr
de Abel Gen. 4. Et de xpo Jo.
10. Vnde Abel inocens et xpus
inocens Abel placuerut mune
ra deo / et xpi oblato fuit pro
bis omnibus accepta deo Abel a
fratre occidit' / xpus a Iudeis
fratribus s'm carne occiditur
Et multas alias adaptacoes pont
Et Aug9. 12 contra Faustu c. 6. et l.
ß ptranseo Et videtur michi
legat' in scptura pciose infecti
cu nullius mors illius occasio
fuit ita silis morti xpi sicut
mors mrd Andree Et hic pbo ex 6.

Primo racione patientis
Scdo mide morte insent
3o rone mortis duuctis
4rto roe cause inducetis
5to roe hoc z tpis igentis
Sexto roe loci et moi covetis

Primo
eadem
racoe
paties
passus
enim e

xpus passus mr Andreas q ha
buit silitudie q° ad tria Scdo te
p° q° ad teneritu° qplexio / vtqz necu
roe coplexios vtqz i etate tenea Et
Andras in mag / tenea vtqz delica
tisse coplexio et io i vtqz dolor q
mor z maior Cognac° vtqz ex regibus
Sho q° i ad altitud bn Andras mo no
ex q'busanqz regibus s; ex 4or padisi flu
bus i. ex 4or nobilibus et excelle si

delibus regys dombz descendebat
Fran. s. Gralie Vngarie et polonie
Tcio qntu ad celsitudine duacois
Vtqz enim rex et vtqz a suo pplo int
fectus Et videtur q videtur pma
facie q etia in hoc homicide regis
Andree gmius quodamo peccaunt
Iudei enim licet xpus esset verus
rex eorum tn eum no cognoscebat in
regem ymo dicebat No habemus re
gem nisi cesare Ioh. 19. cum platus
dicet Rege vrm crucifigam Et Apls
dicit 1. ad Cor. 2. Nisi cognouisset
nuqm deum glie crucifixisset Et petrus
dicit Actuum 3. Et nuc fres scio q p
ignorancia fecistis sicut et pncipes
vri Vnde et Iohis 19. dicebat et
ipi Iudei pilato Noli scribe rex
iudeor s; q ipe dixit Rex sum
iudeor Ista aut sciebat istu esse
rege suu ergo magis deliqrunt bn
istud zelus abhominatus fuit Dauid
2. Reg. 1. illud q mendose dixerat se occi
disse Saul dixit Quare no timuisti
mitte manu tuam vt occides xpm
domi Vocans q vnu de pueris suis
ait Accedes irrue in eum Qui p
cussit illu et mortuus e Et ait da
uid Sanguis tuus sup caput tuu
Os enim tuu aduersu te locutu est di
cens Ego interfeci xpm domi Et id
dauid cu Saul eu psequetur ad
mortem et fuisset reprobatus a domino
et ipe fuisset iam in regem inunctus
et voluisset Abisai ipm Saul int
fecisse dixit ei dauid Ne interficias
eu Quis enim extendet manu sua
in xpm domi et erit inocens 1. Reg. 26.
q dicet nullus Et 1. Reg. 24 dicebat
no extenda manu mea in dominum meu
q xpus dni e Modo sic fecerunt isti
mali peiores iudeis ymo peiores

a

feris insuaviores etiam animalibus
irrationabilibus Refert enim pli-
nius li. xi. quod apes regem suum custo-
diunt, ipsum protegunt ipsum circumdant
ymo eo mortuo totum alveare dimit-
tunt et dispargunt. Unde si excepta
regi honor debetur, debetur amor
debetur timor quod isti non timuerunt
extendere manus suas in rege et
mortis impedire cruciatum cui debebant
omnis honoris et ... famulatum
Secundo dico quod eius mors est filii mor-
ti xpi ratione mortis inferentis vel infer-
re ... Et ex hoc videtur michi aggra-
vari istud factum ex quatuor Ad licet
Primo ratione debiti exequij enim sicut
Secundo ratione suscepti officij xpus a suo
Tertio ratione accepti beneficij discipulo traditus
Quarto ratione contubernij consortij est cui debe-
bat impendere obsequium quod a xpo susceperat
apostolatus officium A quo etiam acceperat
multiplex beneficium cuius etiam continua-
bat consortium Sic iste a suis cubicu-
larijs a suis subditis ab illis quibus cum eo
conversabatur, iacebat in eadem camera
quos nutriebat quos educebat
quibus multa beneficia prestiterat qui cu-
stodia sui corporis deputabant, ita ut
cum posset dicere illud sicut dixit xpus
in psalmo homo pacis mee in quo spera-
vi q. e. p. me. ma. sup. me platatorum
Quod potestas Gregorius in moral. dicit sic
Transgressionem eius tanto gravius protuli
quanto eum qui meus esse videbatur inimi-
cum sensi Et hinc potest dicere illud psalmo Si
inimicus meus maledix. m. sustinuissem utique
et si is qui ode. sup. me mag. lo. fu.
ab. me forte absc. tu. vero dux meus
et no. m. qui simul mecum dul. ca. ci.
in do. di. am. cum consensu veniat sup. il.
et descen. in infer. vi. qui nequi. eorum
in habita. e. in medio eorum Sic Gregorius
in eadem omelia amore dolore mala in-

b

gerunt que ab externis inferuntur plus
vero in nobis ea tormenta serviunt que
ab illis patimur de quorum moribus
presumebamus, quia cum dampno cor-
poris mala nos cruciant amisse caritatis
Unde videtur michi quod talibus potest
dici quod dicebat david militibus
Saul .1. R. 26. Vivit dominus quoniam fi-
lij mortis estis vos quod custodistis
dominum vestrum xpum domini Et si isti erant
rei mortis pro non custodia, quanto isti
pro inferenda morte tam proditoria Unde
sicut etiam .3. R. 20. dicitur Custodi virum
istum qui si lapsus fuerit erit anima tua
pro anima illius Quod de istis qui non custo-
dierunt sed interimerunt Unde isti vi-
dentur sequendi pueros suos de quibus
dicitur .4. R. 21. Tetenderunt ei insi-
dias servi eius et interfecerunt regem
in domo sua percussit autem populus omnes
qui coniuravernt contra regem Amon Et
idem habetur .2. pal. 33. ubi dicitur quod coniu-
raverunt adversus regem Amon servi
eius et interfecerunt eum Tertio dico
quod est filius ratione mortis crudelis ...
bavit enim sicut mors xpi crudelis-
sima ita mors istius Dicunt enim
relatione multorum audivimus statim
cum pedes vocatus venit ad gayphum
vel deambulatorium quod erat ante ca-
meram, aliqui manus posuerunt ad
os ut clamare non posset et ita ipsi
serunt illos guancelletos ferreos
in os eius quod etiam vestigia et
caracteres apparuerunt post mor-
tem Alij vero funem in collo posue-
runt ut strangularent eum sicut etiam
cicatrices post mortem ostendebant
Alij vero ceperunt eum per genitalia et
adeo traxerunt quod multi qui dicebant
se vidisse retulerunt michi quod tu-
mescebat gemina Alij capillos de
capite evulserunt Alij cum ipso ...
processerunt Alij dicunt quod cum fune ad

eum ~~...~~ stragulauerunt eum qui suspe-
sum in patibulo precierunt Alii super eum
a genibus ascenderunt et eum usque
ad crepationem cordis oppresserunt Et
audiui quod etiam de hoc vestigia exteri-
us apparebat Sunt etiam nobis di-
ctum quod volebat eum proicere in puteum
in profundum sicut proiectus fuerat
ille Ioseph Jeremias in foueam Et
postea dicere quod inerat extra regnum
de consilio aliquorum fidelium suorum quos
disposuerat postea capere et mittere
captiuos regi Vngarie ac si sic fa-
ceret vbi erat Et hoc perfecisset
nisi mute dicti regis animus occurris-
set Et multa alia enormia com-
miserunt ut qui de eo possit dici
quod dominum erat de christo quod a planta
pedis usque ad verticem non erat in eo
sanitas ysa. 1. Vnde non erat ei species
neque decor vidimus eum et non
erat aspectus considerauimus eum
despectum et nouissimum virorum virum
dolorum et scientem infirmitatem ysa.
53. Vnde videtur michi quod isti pes-
simi homicide recte significantur
per illos impios de quibus dicitur Sap. 2.
qui dicebant ad inuicem Contumelia
et tormento interrogemus eum morte
turpissima condempnemus eum Di-
co quinto quod est filius vone cause indu-
centis Ad literam enim causa que occi-
deret xpm fuit sola inuidia Vnde
et pilatus volebat eum liberare
sciens quod per inuidiam tradidisset eum mat.
27. Iste autem quare interfectus est
ecce sola inuidia Nichil enim aliam
nocuerat nichil mali fecerat ymo
multa bona eis contulerat Etiam
ille Thome qui fuerat vnus de occi-
soribus Et quod dicitur fuisse punitus

Et ut fertur ne posset dicere veritatem
erat ei lingua abscisa, fecerat dominus
magnos redditus de nouo ut merito
posset dicere quod dicebat xpus mi. 6.
Popule meus quid feci tibi aut in quo
molestus tibi fui responde michi Ego
sacerdotem aliter respondere nisi sicut ipsemet
respondet in psalmo Retribuebant michi mala
pro bonis et odium pro dilectione mea Vnde
videtur michi quod recte possum dicere de
isto quod dicebat Iacob de filio suo
Joseph Gen. 37. Fera pessima deuora-
uit filium meum Joseph Fera pessima i.
inuidia Et recte potest hoc ~~de abel~~ compa-
rari Abel Fama sicut testis Augustinus
dicit 17. de ci. dei. c. 4. Sola inuide-
tia dyabolica qua inuidet bonis mali
fuit Abel occisus et Caym Et ideo dicit
quod fuit satis peior mors illa quam illa
qua Romulus occidit Remum fratrem
suum post vrbem conditam Illud enim ut
dicit non fuit ex sola inuidia, sed pro eo ut
ipse vnus solus dominaretur Et hoc dicit
etiam textus .1. Jo. 3. vbi dicit Non
Caym qui ex maligno erat occidit fratrem
suum Abel, et propter quid occidit eum quoniam
opera eius maligna erant, fratris autem
eius iusta quod pertractat Augustinus omel.
1. super epistolam Jo. dicit enim Caym fuit
potius dyaboli quam dyabolus inuidendo deice-
re primum hominem, occidit eum et inuidit
fratri Non ideo voluit deicere ut ipse sta-
ret sed ne solus caderet Vnde Sap. 2. In-
uidia dyaboli mors introiuit in orbem
terrarum Imitantur autem illum qui sunt ex
parte illius Dico 7o quod est filius vene
hore aut temporis ingruente Ad literam enim
sicut Iudei venerunt ad xpm cum In-
da proditore, cum gladiis et fustibus circa
prima hora noctis vt patet Joh. 18. Sic
iste tunc ipse iam expoliasset super tunicale
suum et discalciasset sotulares et vel-
let intrare lectum cum Regina vxore sua

a

vocaverunt eum et illa hora cepe
runt eum et occiderunt Unde hic pa
tuit illud quod dicebat Salvator
luc 22 Tamquam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus cum quotidie
vobiscum fuerim et non tetendistis ma
nus vestras in me sed hec est hora vestra
et potestas tenebrarum Unde videtur
michi quod recte isti fuerunt peiores
racione temporis et hore quam illi Banaa et
Rechab de quibus dicitur 2 Reg. 4 quod ysbo
seth regem fervente die interfecerunt
Quibus dicit david Nunc requiram
sanguinem eius de manu vestra et au
feram vos de terra Precepitque david
pueris suis et interfecerunt eos prescin
dentesque manus eorum suspenderunt
eos super piscinam in Ebron Secundo
dico quod est similitudo racione loci et modi concordis
Ad literam enim sicut Christus ceperunt in ore
to ita istum prehenderunt in orto ubi
erat Et sicut in domo in qua cenaverat
cum discipulis suis Ita isti et in domo
propria sua in qua cenaverat et iacere ha
bebat Ut dicam illud quod dicebat
david 2 Reg. 4 Vivit dominus qui eruit
animam meam de omni angustia quoniam eum
qui annunciaverat michi et dixerat
mortuus est Saul qui putabat se prospera
nunciare tenui et occidi eum cui opor
tebat me dare mercedem pro nuncio Quanto
magis nunc cum homines impii interfece
runt virum innoxium in domo sua super
lectum suum qui dicit Multo magis
puniendi sunt Et certe in hoc sunt hic fi
gurati superius per illos duos qui occide
runt Regem Amon in domo sua sicut
allegatum est supra Sed videte quod non est
solum similitudo racione loci primo et racio
ne modi Christus enim vocatus a
Iuda proditore osculo sibi dato dixit
Rabi Iste vocatus ~~ad~~ a proditoribus

b

exivit cameram regine Et sicut
Christus cum exivisset primo et dixisset
eis quem queritis non fuisset captus
sed ipsi ceciderunt retrorsum sed secunda
vice captus fuit Ita ad literam iste
ut referunt aliqui primo exivit et rediit
quia ut credimus non fuerat magnus
ponens in eum timor eum dum venie
rat super eos Sed postea secundo vocave
runt eum et exivit et tunc manus
iniecerunt in eum et apprehenderunt
eum Item Iudei Christo prius magnum
festum fecerunt et ei processionaliter obviaverunt
venerat sed postea eum paucis diebus
transactis ceperunt et occiderunt Sed
isti peiores eadem die eum eo in ma
ximo festo fuerunt cum eo pro illa
contumeliat per totam diem qui tripudia
verat Et ut extrema gaudii luctus
occupaverit eadem die in nocte tam
inhumaniter occiderunt Unde videtur
michi quod ista eorum prodicio fuit optime
figurata per prodicionem illam Ioab qui
duos viros prodicione interfecit primo
quidem Abner 2 Reg. 3 ubi dicitur quod Ioab
misit nuncios ad Abner ut rediret
et adduxit eum ad medium porte ut
loqueretur cum eo et in dolo et per
cussit ibi illum et mortuus est Et
videte racione proximia quo miserunt
nuncios et vocaverunt eum et ut
loqueretur ei in dolo et interfecerunt
eum Secundo Amasam 2 Reg. 20
ubi dicitur quod dixit Ioab ad Amasam
Salve mi frater et tenuit dextra
manu mentum Amase quasi osculans
eum et percussit eum in latere et mor
tuus est Ecce quo isti simulatores
pacis et dantes osculum id est vocantes
per consolacionem occiderunt eum Et ideo
michi dicitur quod dixit david Salomoni
3 Reg. 2 Tu nosti que fecerat
Ioab duobus principibus exercitus israel

Abner et Amase quos occidit et
effudit sanguinem in pace belli
Applica de occisoribus istius et
forte dicetur michi quod illi qui fecerunt
manualiter illi quidem sunt puniendi
Dico ad hoc videos quod sicut dicitur Joh.
19. Judei qui non posuerunt manum
in occisione Christi manus peccatum habuerunt
Unde cum dixisset pilatus
Gens tua et pontifices tui tradiderunt
te michi Joh. 18. Audit Christus
Joh. 19. propterea qui tradidit me tibi
maius peccatum habet Unde absit quod
illi non sint puniendi quorum dentes
arma et sagitte / quorum lingua
gladius acutus qui inventores
fuerunt tanti facinoris ordinatores
causa et consultores Nam Apostolus
dicit ad Ro. 1. Non solum qui talia
agunt digni sunt morte immo etiam
qui consenciunt facientibus Et patet
Gen. 4. Sic homicidium ferme cum
delictum quod fratris tui Abel Sed
isti fuerunt satis peiores Absolo
qui invitavit fratrem suum ad convivium
Amon / et fecit sibi quasi convivium
regis Et postea dixit pueris suis
percutite eum et interficite Nolite
timere ego enim sum qui precipio vobis
roboramini et estote viri fortes
Et fecerunt pueri Absolon ad
versus Amon sicut preceperat eis Ab
solon 2. Reg. 13. Applica ad istud
Et non quod ista proditio imputanda
est potius Absolon precipienti quam
manualiter occidentibus eum Dic
to 3o quod permittitur suspicionem dire
calamitatis quia modus quo
sonus emittitur est cum vehementia
et clamore Clamat Unde potest
michi dici quod dicebat Stultus Gentilis

Innocencius papa cum scribebat de morte
quorundam qui fuerunt in Francia occisi
et est epistola 163. ubi dicit / sit vox
sanguinis Mechembandi subdiaconi
Ameliani invalint nam ecce per dolor
nostre persistarum sanguis sanguinem tetigit
et simul iuncti fortius clamant Clamat
clamat ad nos de Francia clamat et vo
ciferatur utriusque sanguinis clamore tam
valido ut valeat ipsum quasi celeste pa
lacium concutere Clamat clamore tam pro
ut etiam habeat pectora saxea remollire
eius fratres amice sponsi custodes sponse
Christi / pastor ovium Christi putasne suffi
ciens excogitare remedium quod obviet
obviet pesti tam nephande quam etiam
inaudite Quod sane necesse est invenire
quod et toti ecclesie nunc in presenciarum
medelam afferat et posteris valeat
ad cautelam Ergo attinge gladio tuo
super femur tuum potentissime si non stetit et
nunc plurimos non placavit non cessabit
quassatio Quia non vigor ecclesiasticus
repperit istis / quorum manu / quorum
assensu / quorum instinctu sanguis inno
centis effusus est super terram quis non videat
quid sequitur quantos heres impunitas com
plices suos faciet infamem novis mor
bis novis ornandum medicamentis Vti
lissime ut multis videtur / iustissime quoque
applicare falx ab omnibus suadetur dignitate
ut et hiis careat et deceteros ad alias
non assurgat Iste est clamor de quo dicitur
Ysa. 6. Commota sunt superliminaria
cardinum a voce clamantis Ad literam
enim quanto maiores tanto magis commo
ti sunt in negocio isto Iste enim clamor
est magnus qualis nec ante fuit nec postea
futurus est Exo. 11. Iste est clamor quem
quicumque audierit tinnient ambe aures
eius 1. Reg. 3. Iste est clamor qui non est
auditus in Chanaan nec visus in

A

[illegible]

chanaan. Baruch 3. Iste est clamor de quo ysa. ult. Quis unquam audivit tale quis unquam vidit simile. Dico secundo quod petitur iudicium digne severitatis quia tenemus adque perquirere cum iusticia et rigore. Et ad me. Unde dicitur michi illud psalmi: Oracio mea a patre domini clamavi. Et in alio psalmo: Clamor meus ad te veniat. Et videte quod textus non dicit quod ista vox sanguinis clamet ad patrem, clamet ad fratrem, clamet ad consanguineos vel amicos, sed ad me tanquam ad iudicem. Et racio videtur michi quia anime defunctorum et maxime salvate vel salvande ita conformant voluntatem suam voluntati divine quod volunt et nolunt aliquam iusticiam vindictam in eo in hoc configuratur. Iste ergo qui est de numero salvandorum ut pie credimus non clamat ad potenciam fratris vel amicorum carnalium sed ad me iudicem ad quem pertinet cognicio et punicio istius criminis in persona regis a familiaribus ut fertur propriis et regine commissi propter causas multas de quibus ad presens taceo. Absit enim quod ipse non possit dicere illud Job 19. Clamabo vim paciens et nemo audiet, vociferabor et non est qui iudicet. Absit immo ego ad accepcio tempus iusticias iudicabo. Ipse enim clamavit ad me et ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulacione. Ipse psalmus dicit enim deus Deut. 32. Mea est ulcio et ego retribuam in tempore ut labatur pes eorum. Ego enim sum licet immeritus illius vicarius qui deus zelotes visitans iniquitatem patrum in filiis usque in terciam et quartam generacionem. Exo. 20. Nunc ergo ad me ipse sic clamat, clamat regales de suo genere, clamat reginale, clamat tota ista provincia, clamat et ipse, clamat celum, clamat terra, clamat eciam clemencia et dicit: vindica sanguinem qui effusus est. Unde ad Heb. 12 dicit apostolus

B

enim licet sanguis Christi melius clamet quam Abel, tamen Abel bene clamat. Sanguis enim Christi clamavit misericordiam et sanguis meus Abel sed mei regis Andree clamat vindictam et iusticiam. Ideo michi dictum intelligens quod dicit Archiepiscopus Senonensis in quadam epistola ad Alexandrum papam de morte sancti Thome archiepiscopi Cantuariensis unde dicit verbis paucis mutatis sic: Clamat in auribus domini sabaoth tota christianitas et gentes et causa extrorsum facta opprobrium christiane fidei inimicis. Clamat quidem: Vindica domine sanguinem servi tui. Vere ergo pater sanctissime interest tua istos multos vel unum emendam adhibere propter [illegible] et prudenciam in futurum qualis poterit esse tutus si rabies tyrannica, si herodiana perfidia, si semen chanaan nos invadat, si [illegible] filii Belial Christum auctat domini et regem alumpnum aulo(?) impune dilacerat. Insurgat ergo Ecclesia et leges armentur eciam celestia, miscet in conspectu vero ulcio sanguinis regis mei qui clamat ad nos. Clamabit siquidem et commovebit non solum terram sed eciam celum. Et sic quam consulite dolori et honestati mee et saluti omnium prout consulatis. Et in quadam alia epistola idem Archiepiscopus ad eundem papam de eodem sic dicit: Unge o homo dei quorum teneris sede sic induere fortitudine. O fili excussorum quam misericordias(?) inde te moveat indignacio, unam debes filio alteram uxori, illi auge gloriam ista praesta ignominiam, quam tam horribilis persecutus est diu, qui [illegible] uteri tui concussit lateram(?), filium tuum quem sicut me unice diligebas et nescio

per quos innocentes et inmundos tam
perfide et tam inhumane mactavit
Regem non reveritus officium nostrum
inhumatus etate, quorum ergo sorti-
tus est misterium sacrarii et zelum
quem erat Achab scelus, Helie te ap-
prehendat emulatio. Istud siquidem
est quod inter omnia que leguntur sive
referuntur sceleratorum scelera longe
primum obtinet locum, quod omnem
Neronis nequitiam Herodis sevitiam
Juliani perfidiam sacrilegam, et Jude
proditoris proditionem excedit. Ista
ergo michi dicta attendes, et si ad
tempus tacui. silui. paciens fui, tamen
tempus est ut velut parturiens loquar
dissipabo et absorbebo, simul de-
sertos faciam montes et colles et
omne germen eorum exsiccabo Ysa.
xlii. Unde ne sanguinis eius de
manu mea exquiratur, processus
super hoc de fratrum meorum consilio
quos statim audietis duximus or-
dinandos. Duo in genere committentes
videlicet primo penas in genere contra
tanti sceleris patratores. Secundo com-
mittentes similes contra eos qui scienter ni-
si revelaverint Cardinalibus quos
mittimus infra certum tempus. Ter-
tio comparavimus facere contra aliquos quos
per informationem suspectos reperimus
ut personaliter citaretur comparere
coram nobis iustitiam recepturi. Sed
quia decet gravitatem istius sedis
quod super dicto procedat ipsos processus
speciales adhuc differimus ut post
pleniorem informationem contra manu-
factores citius et ... procedamus
Rogantes deum ut veritatem huius
negocii nobis aperiat, et quod talis
iustitia subsequatur que malos
terreat et bonis gaudium et exulta-
cionem infundat. Quod nobis concedat
deus ultionum dominus qui est benedictus in
secula seculorum Amen

Collatio facta per dominum Cle-
mentem papam sextum pontifi-
catus sui anno quinto die sexta mensis
Aprilis in depositione H. archie-
piscopi Maguntinensis

Cum iudicatur exeat condemp-
natus et oratio eius fiat in
peccatum fiant dies eius pauci
et episcopatum eius accipiat alter ps. 108.
Verba ista ad litteram dicta fuerunt non
optative sed prophetice de Juda proditore
sicut expresse deducit beatus petrus Actuum
i. c. Unde dixit sic Fratres oportet impleri
scripturam quam dixit spiritus sanctus per os
david de Juda qui fuit dux eorum qui
comprehenderunt ihesum, qui numeratus erat in
nobis ut sortitus est sortem misterii
huius. Et videtur michi quod possunt val-
de proprie dici de meo Henrico Episcopo Ma-
guntino dei et ecclesie proditore Sicut
enim deducit Augustinus super istud ps. Istud
in genere hominum malorum i. inimicorum
xpi iniquorum convenienter exponitur
Quis autem est magis inimicus xpi
quis magis iniquus quam iste sicut
magis in sequentibus apparebit Ergo
de ipso possum merito dicere et accipere
verba thematis passumpta Cum iudi-
catur exeat condempnatus et oratio eius
fiat in peccatum. Et videtur michi quod re-
cte verba dicta de iuda possunt dici de
isto valde convenienter. Ipse enim com-
parari potest Jude ratione

Similis vocationis
Similis prelationis
Similis transgressionis
Similis obstinationis

ut hodie
merito sibi
etiam com-
paretur ra-
tione simi-
lis condempnationis. Habuit
enim ipse more Jude votorum

a

Vocatione gratuita | Et ideo dignu
Collatione inclita | est ut etiam
Transgressione pessima | hodie habeat
Obstinatione maxima | condempnatio
nem debitam Ipse enim fuit exemplum unde
Vocatus gratiose | Et ideo erit hodie
Sublimatus gloriose | condempnatus viciose
Operatus criminose | se C dico primo quod
Obstinatus viciose | comparatur Iude
ratione filius vocationis habuit enim
uterque vocationem gratuita quia enim vocatus
est gratiose Iudas quidem exelectione xpi
Et iste expulsione eius vicarii licet
enim Capitulum aliud postulasset quod est de
magno genere valde et pro quo multi
magni instabat dominus tamen Io. predeces
sor vive istum gratiose assumpsit et licet ipsa
bus minus consecrationis fecit impedi
sibi etiam ad partes illas misit pallium
de sancti petri corpore sumptum et quantum
gratie et favoris licet potuit impedere
impedit Quod est dominus Cameracensis continu
avit fuitedo processus contra detentores
mittendo prepositos Ambianensem et Sancti
Audomari in favorem suum Et breviter
ut quantum potuit pro eo ista et talia facere
fecit Unde vocatus fuit adeo tamen
Aaron ad hebreos .v. sicut et Iudas
quem cum aliis .xii. elegit xpus Sicut
apparet luc. .6. Elegit .xii. quos apostolos
nominavit Petrum etc Et sequitur
et Iudam scarioth C Secundo dico quod
comparatur Iude ratione filius prelationis
Iudas enim vocatus est ad apostolatum Mathei .10.
Iste autem ad episcopatum Episcopi autem vice ge
runt apostolorum sicut vicepresbiteri discipulos
Sicut deducat Beda super illud luc. 10.
Pupillo designavit dominus et alios .lxx.ii.
De dignitate autem episcopali dicit Am
brosius in suo pastorali Honor et sublimi
tas episcopalis nullis potest adequationibus
adequari Si regum fulgori compa

b

res et principum si dyademati longe
erit inferius quam si plumbi metallum
ad auri fulgorem compares Quippe
cum videas regum colla et principum
submitti genibus sacerdotum et de
osculata eorum dextra orationibus eorum
se credunt communiri Unde Actuum
20. dicitur Attendite vobis et universo
gregi in quo vos spiritus sanctus posuit
episcopos regere ecclesiam dei quam acqui
sivit sanguine suo Et ideo quales con
ditiones debent habere episcopus docet optime
Apostolus paulus .i. ad Timotheum 3. di
cens Oportet episcopum irreprehensibilem
esse sobrium ornatum prudentem
pudicum hospitalem doctorem non
violentum non percussorem sed modestum
non litigiosum non cupidum sue domui
bene prepositum etc Et Ambrosius eodem pa
storali dicit Nichil in hoc seculo
excellencius sacerdotibus nichil subli
mius episcopis reperiri potest Ut cum dignitatem
eorum oculis demonstramus digne no
stram quid simus et quid sumus professi
actione potius quam nomine demonstramus
ut nomen congruat actioni et actio
respondeat nomini Ne sit honor subli
mis et vita deterrimus Ne sit deifica
professio et illicita actio Ne sit reli
giosus amictus et irreligiosus pro
fectus Ne sit gradus excelsus et de
formis excessus Ne locutione sile
mus columbina et mentem habeamus
caninam Ne professione mostremus
ovina et ferocitatem habeamus lupi
nam ut digne nobis respondeatur
per prophetam adNovo populus hic labiis
me honorat cor autem eorum longe
est a me C Dico 3o quod comparatur Iude
ratione filius transgressionis Et ut bre
viter dicam tam Iudas quam iste
transgressi sunt Primo habuerunt

Ingratitudinis immanentem
Leccatam cupiditatem
Proditiosam infidelitatem
Flagitiosam iniquitatem
Utrumque enim istorum
Ingratitudo dehonestavit
Cupiditas excecavit
Infidelitas maculavit
Iniquitas vinculavit

vel potius
significavit
de Juda
satis patet et
de eius ingra-
titudine
quia post tot
bona que
a Christo receperat

ipsum tradidit Et de eius etiam cupiditate
quia 30 argenteis ipsum vendidit.
De eius etiam infidelitate quia Christum
prodidit et iudeis infidelibus ad-
hesit De eius etiam iniquitate quia Christi
occidendum consensit Sed de isto
[?] luce clarius patet Statim
enim post recepta tot et tanta beneficia
cum capitulo suo contra ligas contra ecclesiam
fecit, et contra pacta et statuta que
in citationibus domini C. plenius
continetur, ludowico de bavaria
dehesit et scismate condempnato dei
et ecclesie inimico adhesit Sed omnia
quod professit et iuramentum fidelitatis
fecerat, enim pro Imperatore habuit
Sed fauit ad eius planeta vero
sectam in divinis participavit, una
cum eo iniquas leges contra istam statum
ecclesiam edidit, Christum et ecclesiam
prodidit, et ut verum fateatur quantum in
ipso fuit Christum in suis membris et
sponsam eius factam matrem ecclesiam
subiugari conculcari pro modo occidi vo-
luit, et omnia ista ut ipsemet per
procuratores suos coram nobis asseru-
it, et in procuratoriis suis scripsit propter
cupiditatem et amorem temporalium hoc
fecit Ut declinet cor suum in verba
malicie ad excusandas excusationes in peccatis Sed
de Juda dicit S. petrus prevaricatus
est Judas ut abiret in locum suum Actuum 1.
Et ideo dicta pro de isto quod dicitur 3 [?]

fecit malum Heinricus in conspectu domini
et operatus est nequiter super omnes qui fuerunt
ante eum Sed nunc ergo comparatur Jude
iste ratione sibi transgressionis Secundo
quod comparatur Jude ratione sibi ob-
stinacionis Judas enim obstinatus in sua
malicia fuit Unde si penituisset mi-
sericordiam consecutus fuisset Iste ergo
quam obstinatus fuisset et sit patet quia
cum dominus C. pontificatus sui Anno 1 ipsum
citasset super istis facinoribus ipse ta-
men non comparuit sed quasdam excusationes
frivolas misit quas idem dominus B.
non admisit sed ipsum contumatiam reputa-
vit et post modum tempore suo ad ulteriora
non processit, sed expectavit si ad cor
reversus vellet sicut filius prodigus
redire ad patrem qui paratus erat eum recipe-
re et de eius reditione gaudere Postmodum
nos licet immeriti ad summi apostolatus api-
cem promoti ad summo desiderio eum
expectavimus et eius reditionem toto
corde desideravimus Sed quia non venit
nec misit ipsum pontificatus nostri anno 2o
de mense Octobris citavimus, qui nec
venit sed quasdam excusationes misit
misit etiam quosdam supplicando quod da-
remus ei dilationem quia intendebat ve-
nire et bavarum dimittere nisi bava-
rus ad reconciliationem veniret Unde
Sed multas dilationes dedimus et ipse
citationem acceptavit sicut patet per litteras
suas quas habemus Tandem quia at-
tendit quod permanserat ipsum pontificatus nostri
anno 3o in mense octobris vel novembris
contumacem reputavimus et ipsum sus-
pendimus ab omni administratione Et quia
citatus erat etiam sub pena depositionis
commisimus negotium Card. Rutheney
qui procedens pro via micis ipsum i audi[?]
fecit ad omnes actus citari tandem conclusio
in causa cum procuratore officii diem
statum ad audiendum suam assignavit
Medio autem tempore fratrem suum preposit[um]

xancton et quosda alios ad iuram
pntam misit et quatuor uel quinque di
latos obtinuit / et tandem ulti
mum quenda palatorum minus suffi
ciens misit in quorum adhesione
Bauari pstatum omagii et fidelit
et multa alia scelera cofitetur
Sz dictum pcuratorem nobis et fratri
bus nris insufficientes visum fuit vo
linius pcede ad sinam Sz rogati
instanter p dictos nuncios suos et
aliquos suos quod expectaremus Tandem
ex benignitate maxima et forte
no omni cosilio / et quia instabat quod
fatemur et credi p curatorium sufficiens
quod indubitanter ipse mitteret nobis hoc
facere noluimus / sz pmisimus quod Cardi
Ruthenen hoc faceret quod et credidit eis
Pendente aut dilatione huiusmodi ipse
no solum no misit ymo significauit
dictis nunciis suis et quibusda aliis
in Curia quod no intendebat mitte
nec a dicto Bauaro discede sicut nobis
dicti nuncii dixerunt quod etiam de Cu
ria recesserunt Ecce quanta obstinacio
ut merito sibi dicamus illud ad Ro. 2.
Scdm duriciam tuam et cor impenitens
thesaurizas tibi iram in die ire et
reuelacionis iusti iudicii dei pz go
quo coparatur Iude racione filius obsti
nacionis ut merito sibi competere racione
filius codepnacionis ut merito dicam
dicto quod dictum est de Iuda Cum
iudicatur exeat codepnatus. Et sunt
quibus verbis quatuor tanguntur circa istum
sicut circa Iudam Sunt codepnatus Cum
pmo eum tangitur placito iudicium exeat codepnatus
2o execucio istarum suppliciorum quia oracio
eius fiat in peccatum delectationis fiat
3o abreuiacio vite dies eius pauci
4o amissio glorie sublimatis quia epatum

eius accipiat alter absolucionem cum iudi
ut no restet sibi remedium cat exeat codepnatus
ut no restet sibi suffragium in deprecatione
Oracio eius fiat in peccatum de supplicacione
ut no restet sibi suspirium fiat dies eius pauci
ut no restet sibi solacium de resti
tucione quia epatum eius accipiat alter
Codepnatur quo suadente veritate
Cum iudicatur exeat codepnatus
Execratur exigente prauita
te Oracio eius fiat in peccatum
Innoratur desinente clalitate quia
fiant dies eius pauci
Spoliatur apparente dignitate epatum
eius accipiat alter Iste ergo
Expellitur a Collegio sanc
Repellitur te Ecclesie quia
deponitur Cum iudicatur
Confunditur exeat condemp
Expellitur natus gre et ora
Repellitur ab auxilio diuine cio eius fiat in peccatum
deponitur a solio tante excellen
cie Fiant dies eius pauci
Cofunditur in consorcio diuine ange
lice et humane assistencie quia epatum
eius accipiet alter In dicto primo p[ri]m[us]? vel pn
quod pmittitur placito sentencie codep
natus ut no restet sibi remedium de
absolucione Codepnatur cum sua
dente veritate quare expellitur a
collegio sancte Ecclesie Cum dicitur Cum
iudicatur exeat codep. Et videte quod ad iustum iudicium requiruntur
ad hoc quod aliquis iuste codepnetur
requiruntur ad pnus tria primo
Iudex iudiciaria ptate et auctoritate stipatus
Processus iusticia et veritate vallatus
Reus nequicia et iniquitate notatus
Modo in isto iudicio ista tria concurrere
demonstrantur ptate auctoritate et emi
primo iudex quia habuit nencie fastigium
2o processus quia habuit vel ait equitatis et iusticie pcomium
3o Reus quia habuit iniquitatis malignitatis

diuisio thematis

p̄uitatis et nequitie flagitium. Ergo merito cum iudicat exeat condempnatus ¶ Dico primo quod requirit iudex iudiciaria potestate et auctoritate stipatus Quia cum lata a non iudice nil valet Et ideo dicit Apostolus .1. ad Cor. 4. Qui autem iudicat me dominus est Et ad Ro. 14. Tu quis es qui iudicas alienum servum domino suo stat vel cadit Sic autem conuenit iudex quod sit potestatis et auctoritatis et eminentie fastigium Summus enim pontifex vicarius est illius cui pater dedit omne iudicium sicut dicitur Joh. 5. Ipsum enim constituit dominus dominum domus sue et principem omnis possessionis sue Ipse enim est cui soli dictum est Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos Luc. 22. Ipse est cui quidem ibi dictum est Tibi dabo claues regni celorum et quodcumque ligaueris super terram etc. Ipse est cui soli dictum est pasce oues meas Joh. vlt. Ipse est constitutus super gentes et regna ut euellat et destruat dissipet edificet et plantet Jer. 1. Ipse est ille spiritualis homo qui omnia diiudicat et ipse a nemine iudicatur .1. ad Cor. 2. Ipse est de quo dicit Bern. ad Eugenium li. 2. c. 8. Tu sacerdos magnus summus pontifex princeps episcoporum, tu heres apostolorum tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus, tu es cui claues tradite sunt quidem et alii celi ianitores et gregum pastores Sed tu tanto gloriosius quanto et differentius utrumque pre ceteris nomen hereditasti Habent illi assignatos greges singuli singulos tibi vniuersi traditi sunt unus uni non modo ouium sed et pastorum tu omnium pastor Et subdit Inuenio canones tuos in preterm solitudine

tu in plenitudinem potestatis vocatus es Et aliorum potestas certis arctatur limitibus tua non extenditur etiam in illos qui potestatem super illos acceperunt Nonne si causa extiterit tu episcopo celum claudere tu ipsum ab episcopatu deponere etiam tradere sathane potes Stat ergo inconcussum priuilegium tuum tibi tam in datis clauibus quam in ouibus commendatis concessum Et ratio satis patet quia ecclesia militans exemplata est a celesti Sicut enim in celesti seraphim et cherubim et ceteri quique usque ad archangelos et angelos ordinantur sub uno capite deo Sic in ecclesia militante sub uno summo pontifice primates archiepiscopi episcopi presbyteri abbates et reliqui sicut dicit Bern. 3. de consideratione ad Eugenium c. 4. Et sicut dicit Hugo ibidem non est putandum quod hic sit auctore et de celo ducit origines Sicut ergo in celesti ierarchia nullus potest effugere iudicium dei Sic nec in ecclesia militante potest effugere quisquam iudicium pontificis summi nec patriarcha nec archiepiscopus ut quantumcumque quacumque polleat dignitate Ro. gal. 5. Qui conturbat nos iudicium portabit quicumque ille sit quia eum diiudicat .1. ad Cor. 2. ¶ Dico 2o quod requirit processus iustitia et veritate vallatus quia quod iustum est iuste exequeris Deut. 16. Et ideo tu pia condempnauit et deposuit episcopum Curiensem in tecta dicit Nos igitur videntes ordinem iudiciarium rectior facto fuisse formatum processum factus est solidus in rigore iuris sed etiam in magna mansuetudine et equitate Et non precipitanter sed cum magna maturitate sicut patet processum intuenti Dignum enim est ut summus pontifex in suis iudiciis conformet se iudicio diuino de quo dicitur Sap. 12. Tu dominator virtutis cum tranquillitate iudicas et cum magna reuerentia disponis nos Et ideo dicebat Saluator Joh. 5. Sicut audio ego iudico iudicium meum verum est ¶ Dico 3o quod requirit reus nequitia et iniquitate notatus Iudicium enim iniquum est cum innocens condempnatur et noxii

liberatur. Unde daniel reprehendens
illos malos iudices dan. 13. qui condemp-
nauerunt Suzannam dicit sic Venerunt
super te peccata tua que operabaris
prius iudicans iudicia iniusta innocentes
opprimens et dimittens noxios. Et Job
32. Quo enim qui iustus est condempnabis
propter hoc dicebat propheta Si vere utique
iusticiam loquimini recte iudicate filii hominum
Rectum autem iudicium est innocentes ab-
soluere et noxios condempnare. Sicut ap-
paret Exod. 22. Modo hic est reus quia
secundum iusticiam malignitatis computatis et
nequicie flagicium. Et videamus in quo istud
flagicium quo meretur condempnacionem probat
quatuor sunt.

adhesio hereticorum

Primo quidem eius adhesio perfida
2o eius adhesio perfida
3o eius perceptio fetida
4o eius periodatio stupida
quinto eius rebellio horrida

adhesio perfida cum Cauaos he-
retico scismatico blasphemo et
omnibus vicijs irretito cum adhesit et
adherere vult non attendens dictum apostoli
2 ad Cor. 6. dicens Nolite iugum ducere
cum infidelibus. Que enim participatio iu-
sticie cum iniquitate. aut que societas
lucis ad tenebras. que autem conuentio xpi
ad belial. et que pars fidelis cum infideli.
quis autem consensus templo dei cum ydolis.
Et 2 par. 19. dicitur Josaphat regi iuda
qui prebuerat auxilium achab et ydolatre
propter prophetam. impio prebes auxilium et
hijs qui oderunt dominum amicicia iungeris
idcirco iram domini merebaris. Et ibidem in fine
20. c. dicitur sic Quia habuisti fedus
cum ochozia percussit dominus opera tua et
contrite sunt naues tue. Et videtur
michi quod habemus exemplum clarum etiam
in sacerdote 3. Reg. 2. c. ubi narrat hysto-
ria. quod Abiathar sacerdos qui semper bene egerat
et dauid fidelissime seruierat. tamen quia
adhesit adonie qui regnare volebat contra
voluntatem dei et dauid patris sui licet
colorem haberet quia primogenitus erat Sa-
lomon in quo erat sapiencia dei ad faciendum
iudicium. sicut dicitur 3. Reg. Abiathar eie-
cit a sacerdocio et alium surrogauit.
Unde dicitur in textu 3. Reg. 2. sic Abia-
thar sacerdoti dixit rex Vade in anathoth
in agrum tuum et quidem vir mortis es
sed hodie non interficiam te quia portasti
archam domini mei coram patre meo
et sustinuisti laborem in omnibus in quibus
laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon
Abyathar ut non esset sacerdos domini.
Si ergo iste recto dei iudicio eiectus est
de sacerdocio quia adhesit ambiciose ad
regnum quanto magis de isto qui adheret non solum
ambicioso sed heretico scismatico diui-
sori persecutori calumpnioso deposito
reiecto et obstinato. maxime qui considerat
condicionem status sui. Ipsi enim positi sunt

Ut fidei defensores
Ut fidei impugnatores
Ut fidei expositores et doctores
Ut fidei zelatores
Ut hereticorum malleatores
Ut scismaticorum persecutores
Ut prauorum correctores

Et tu iste totum
contrarium fecit
Unde Bernardus
super Cantica
sermone 66.
Protestans illud
Capite nobis
vulpeculas paruulas etc. dicit sic ipsius
fine Dolendum valde est quod non solum
laici principes sed etiam quidam ut dicitur de
clero immo de ordine episcoporum qui magis
persequi eos debuerant propter questum eos su-
stinent eis fauent. Et ideo merito condemp-
nandus ut merito dicam illud ysa.
22. quod dictum est Sobne preposito templi
Quid tu hic aut quasi quis hic. Ecce
dominus asportare te faciet sicut aspor-
tatur gallus gallinacius. et coronans
coronabit te tribulacione. Et sequitur
Expellam te de statione tua et de
ministerio tuo deponam te. Et non temere
dicit sicut asportatur gallus galli-
nacius quia reductus est ad pusillanimitatem
Applica etc. de pusillanimitate illius. Et
videte quod recte ista racio redditur
in nostro precedenti themate verum dicitur
enim ibi sic etc. Constitue super eum pecca-
torem et dyabolus stet a dextris eius. Ideo

cum iudicatur exeat condempnatus etc.
Quia eum constituit super se peccatorem
i. istum Cauaricum et peccatorem dyabolum aug.
est cauarius medicum. quo adeo cum iudi-
catur exeat condempnatus. Constituit
enim eum contra se. Ideo stet dyabolus
a dextris eius, opera enim dyaboli proposuit
operibus dei dexteram autem eius dicit quod
preponit sicut sinistre dextre preponit
unde de malis dicitur in psalmo dextera eorum
dextera iniquitatis. Sicut autem de bonis
dicitur providebam dominum in conspectu meo semper
quoniam a dextris est mihi ne commovear. Quia
ergo iste temporalia spiritualibus, caduca eter-
nis, antixpistum xpisto, dyabolum deo, he-
reticos xpisti vicarios, avaritiam sue
saluti proposuit, et ab eo possideri
de voluit quem debuit persequi, et
ab illo noluit quem debuit possidere
condicto stetit dyabolus a dextris eius et
hodie cum iudicatur exibit condempnatus. Non
enim ipse dixit xpisto sed dicebat ille in
psalmo. Nonne qui oderunt te domine oderam et s.
inimicos tuos tabescebam. perfecto odio oderam illos etc.
Primo de nimio illorum dicitur in psalmo
convenerunt adversum dominum et adversum
xpistum eius. Disrumpamus vincula eorum etc.
Ut fit de nimio illorum pontificum de quibus
dicitur in evangelio hodierno et fuit Joh. xi.
Collegerunt pontifices et pharisei consi-
lium adversum ihesum. Ut clamemus cum
Bernardo heu heu domine ihesu quia hii
sunt in persecucione tua primi qui videntur
primatum eligere et gerere principatum. Eri-
bit ergo condempnatus Deut. 27. Si fue-
rit causa inter aliquos et interpella-
verint iudices quem iustum perspexerint
illi iusticie palmam dabunt quem impium
condempnabunt impietatis. Sed pos-
set hic moveri questio quare propheta zacha-
rias cum ostendit sibi dominus ihesum sacerdotem
magnum stantem coram angelo domini
dixit quod sathan stabat a dextris eius

Zach. 3. Ergo videtur quod non solum stet
dyabolus a dextris malorum sed eciam bonorum.
Sed ad hoc respondeo duppliciter. Primo quidem quia
Zach. 3. dicitur quod dyabolus stabat a dextris
eius non simpliciter sed cum adiectione scilicet ut
adversaretur ei. Unde stat a dextris
iusti ut adversetur eius dextre. Sed
stat a dextris mali quia ipsum possidet
et sub potestate sua tenet. Secundo respondeo
quod cum ihesus sacerdos portabat iniquitates
populi et erat indutus veste sordida
dyabolus stetit a dextris eius. Sed postquam
dominus abstulit ab eo iniquitatem et vesti-
menta sordida et fuit indutus mu-
tatoriis dixit Increpet in te do-
minus o sathan increpet in te dominus qui
elegit ierusalem. Patet ergo prima causa eius
condempnacionis scilicet adhesio perfida. Et quia
cum perverso perversus est cum condempnato pariter
condempnetur. Ad Titum 3. deliquit proprio
iudicio condempnatus. Maledictus enim
homo qui confidit in homine et ponit
carnem brachium suum et a domino recedit
cor eius et erit quasi mirice in deserto
et non videbit cum venerit bonum et habi-
tabit cum siccitate in deserto in terra sal-
suginis et inhabitabili. Benedictus vir
qui confidit in domino Jer. 17. etc. Et in psalmo
Nolite confidere in principibus in filiis hominum in quibus
non est salus. Exibit spiritus eius et revertetur in terram
suam. In illa die peribunt omnes cogitaciones eorum. Et in psalmo dicitur Quia
elongant se a te peribunt. Perdidisti omnes qui for-
nicantur abs te. Michi autem adherere deo bonum
est et ponere in domino deo spem meam. Ultima autem
dicunt ista quod dicit Ambrosius in concilio
Aquilegiensi c. 16. contra Palladium episcopum
qui adherebat Constantino imperatori heretico
ubi dicit sic. Qui arrium defendit ar-
rianus est, qui blasphemias suas non
condempnat blasphemus ipse est. Et idem
Ambrosius in epistola 2. ad imperatores Gracianum
et Valentinianum et Theodosium Aquile-
giensis dicit sic. Quomodo fieri potest ut

adhesio
hereticis

no

no

a

eum que fovet hereticos infectum vi-
demus non etiam assertorem perfidie iudi-
camus Unde Eccl. 13. Qui tetigerit pi-
cem coinquinabitur ab ea et qui communicavit
superbo induet superbiam Nota hic quomodo Ni-
colaus papa deposuit Colonien et Tre-
veren archiepiscopos qui in sinodo ecclesie lateran-
nen regem Lotharium pro eo quod tenebat duas
uxores confessi sunt publice violasse
12 q. 3. Theogaldum Dico 2o quod 2a
causa eius condempnacionis est presumpcio
que fetida abhominabilis cum deo est
et hominibus superbia Eccl. 10. Ad literam
enim tanta fuit eius superbia tanta inobe-
diencia quod sicut Adam propter eius inobe-
dienciam eiectus est de paradiso et Lucifer
eciam propter eius superbiam Sic et iste de
paradiso i. de consorcio sancte ecclesie Ha-
bemus exemplum 1. Re. 15. ubi dicitur quod Samuel
missus est ad Saul dicens ergo pro eo quod ab-
iecisti sermonem domini abiecit te dominus ne
sis rex Et subditur ibi Scidit dominus re-
gnum Israel a te et hodie tradidit illud
proximo tuo meliori te Ad literam solum
propter unam inobedienciam Ideo dicebat
beata virgo Maria Luc. 1. Deposuit po-
tentes de sede et exaltavit humiles Et
in psalmo Disp. il. i. vir. t. et depo. e. pro-
t. m. do. delic. oris e. sermo. labi. ipsorum
et comprehe. in sup. sua de exec. et menda-
cium in con. in ira consu. et non erunt Sic
cogitabam sic quod delictum oris eorum
et sermo labiorum ipsorum Ad literam videtur
michi quod sermo blasphemie sermo arrogancie
que proferunt dicentes Bene defendemus
nos non est qui possit facere excusacionem non
nunquam proferabimus post istam excusacionem et
deposicionem non nunquam bulliet olla Sed
ex isto delicto comprehendatur in superbia
sua etc. Quia in alio ps. In laqueo
isto quem absconderunt comprehensus est
pes eorum Cogi. do. in faci. in op. ma. su.

b

comprehensus est peccator Exo. 15. Dextera
domini magnificata est in fortitudine dextera tua percu-
tit inimicum et in multitudine glorie tue deposuisti
adversarios meos Et Eccl. 10. Sedes
ducum superborum destruxit deus et sedere
fecit mites pro eis mites i. humiles
Et Ie. 50. Ecce ego ad te superbe dicit
dominus quia venit dies tuus tempus visitacionis
tue et cadet superbus et corruet et
non erit qui suscitet eum Et Ie. 51.
Ecce ego ad te mons pestifer qui corrum-
pis universam terram extendam ma-
num meam super te et evolvam te de petris
et dabo te in montem combustionis
et non tollam de te lapidem in angulum
et lapidem in fundamentum sed perditus
in eternum eris Quia Job 20. Si ascen-
derit usque in celum superbia eius et ca-
put eius nubes tetigerit quasi ster-
quilinium in fine perdetur et qui eum vi-
derant dicent ubi est velut sompnium
avolans non invenietur transiet velut
visio nocturna Oculus qui eum viderat
non videbit neque ultra intuebitur eum
locus suus Et in psalmo Vidi impium
superexaltatum et elevatum si. ce. li.
transivi et ecce non erat q. eum et non est inventus
locus eius Ad literam eum hodie perdet
locum cathedre pastoralis et incipiet
cum rubore novissimum locum tenere Luc.
14. Probatur ergo 2a causa condempnacionis
ipsius Sap. 12. Finis condempnacionis
eorum veniet super illos Vani enim sunt
omnes homines in quibus non est sciencia dei
sicut iste Et sibi dicatur istud Osee 4.
Quia scienciam repulisti a te ideo te re-
pellam ne sacerdocio fungaris michi
Dico 3o quod tercia causa condempnacionis
eius est peieracio eius stupida Ad
literam enim periurus est et multis vici-
bus peieravit Primo quia in consecracione
sua sive in recepcione pallii iuravit
fidelitatem isti sancte ecclesie sicut omnes
faciunt et domino Iohanni successoribus eius

Iniurato heres

inobediencia

superbia

Ite m̄auit solue̅ fructu̅ q̄ue m̄s
ctu̅ tpūs quod tn̄ n̄c adhuc soluit
Quo aut̄ periuriu̅ ē ca̅ depositiōis
habet in iuribꝫ multꝫ et hētis in
Canōe aplor̄, et po̅r. di. dis. c. psbr̄
aut̄ dyaconus ka° de iudicijs Cu̅
nō ab homīe Et merito q2 periuriu̅
ē maximu̅ viciu̅ in quo sumitur
nomen dei in vanu̅, in quo de blas
phemādo mendax esse d̄r et q̄n te
stis mendacii p̄ducat̄r Vnde Josue
.9. Jra domini cont̄ nos excitabitur
si periurauerimus Et leuit̄. 19. Non
periurabis in nomine meo neqꝫ pol
lues nomen domini dei tui Christo
ergo periurio merito condempnat̄r Vn̄
3. Re. 8. d̄r Si peccauit hō in p̄xi
mu̅ suu̅ et habuerit aliquod iura
mentu̅ quo teneat̄r astrictus et ve
nerit p̄pt̄ iuramētu̅ corā altari
tuo in domu̅ tua tu exaudies
in celo et facies et iudicabis seruos
tuos condempnās impiu̅ et reddes via̅
sua̅ sup̄ caput eius iustificās
qꝫ iustu̅ et reddes ei s'm iusticia̅
sua̅ Et p̄pt̄ hoc d̄r Numer̄. 2 Quia d
modu̅ exigit̄r ita et deponet̄r Et
merito q2 omnis res ex eisde̅ causis
dissoluit̄r ex quibus co̅ponitur Tercio
ergo q2 certa causa eius condempnaco̅
ē rebellio horrida Nā licam̄ cu̅
quot rebelliones fecit cont̄ istā ec
clesia qn̄ p̄tinus et contumax fuit i
suspēsione eius plene deduximus
Sꝫ p9 istā suspensione̅ fecit vnā
rebellionem maximā Jta cu̅ p9
dictā suspensione̅ in sp̄ualibꝫ et
t̄palibus ministrauit sicut et prius
Vnde electu̅ herbipolen̄ confirmauit
sicut p̄ lr̄as suas ipsemet asseruit
que fuerunt sibi lecte Vnde etiā
Abbatem p̄testes p̄bat̄r p9ea conf̄
masse a quo etiā quingētos florenos

p̄ confirmatōe d̄r recepisse, subsidiu̅ etiā
clero impone̅ voluit sꝫ appellauit
Nō attendes quod d̄r deute°. 17. Qui
supbierit noles obedire sacerdotis imp̄io
q̄ eo t̄pe ministrat dn̄o deo suo ex de
creto iudicis moriat̄r homo ille et au
feres malu̅ de isr̄l cunctꝫ qꝫ p̄plus
audies timebit vt nullus deinceps
intumescat supbia Vnde Mt. 18 d̄r Qui
Ecclīam nō audierit sit tibi sicut ethni
cus et publicanus Vnde et tales re
belles comp̄ant̄r dathan et Abyron q
nolebāt subesse Moysi et aaron q°s
viuos t'ra absorbuit Sicut d̄r Numer̄. 16
Et deut°. 17 d̄r Maledictus q nō ho
norat pr̄em suu̅ et m̄rem sua̅ Nā libra'
pastorem ecclīe et ip̄am m̄rem ecclīam
Et dicet oīs p̄plus Amen Et pu. 18
Jmpius cu̅ in p̄fundu̅ venerit malor̄u̅
contempnit̄r et sequitur eu̅ ignominia et obp
brium Quo aut̄ digni sunt condempna
cōne et deposicōne q excquitati et sus
pensi p̄sumunt in suis officijs ministrare
circa multa dicunt̄r Ext̄ de clerico ex
comunicato ministrante c. latrones 11. q. 3.
c. siquis ep̄us dampnat̄r et c. sequiti
Et de sn̄ia ex re iudi. cu̅ eterni, et de
electōne c. 1. li. 6. Merito ergo exibit
condempnatꝫ Qui in malicia sua expel
litur impius pu. 14. Et io d̄r pu. 22.
Eice derisore̅ et exibit cu̅ eo iurgiu̅
Et pu. 26. Qui iudicu̅ tenuat causas
et q̄ imponit stulto silenciu̅ ira mitiga
gat Exibit ergo condempnatꝫ et vt
si dicamꝫ illud Ecc̄. 29. Ex affatu
honōis amicor̄ meor̄ necēaria est do
mus mea hospicio michi receptus
ē frater, ex qua sibi hom̄ heuti sensum
Et p̄pt̄ hoc dicebat Apl̄us 1. ad Cor̄ vlt
Si quis nō amat x̄p̄m ihm̄ sit ana
thema maranata, anathema i. se
peratꝫ diuisus et condempnatꝫ adeo ma
ranata i. in aduentu domini Vnde de
eo et ei similibus d̄r 1. Joh 2. Exeunt

a

ex nobis exierunt sed ex nobis non sunt
Quod pertractans Augustinus circa tu 3o
dicit Et sicut humores mali qui
evomuntur relevant corpus, sic quando
mali exeunt de ecclesia, ecclesia rele-
vatur Erit ergo condempnatus et a deo
de quo dicitur Iob 34 Vere deus non condemp-
nabit frustra nec omnipotens subvertet
iudicium eius a nobis Et a sacerdote enim
qui viderit condempnabit eum Levitici 13
Condempnatur a se ipso quia Iob 15 Iniquitas
in te evacuasti timorem docuit iniquitas tua
os tuum et imitaris linguam blasphe-
mancium, condempnavit te os tuum et
labia tua respondebunt tibi Unde
condempnatur a propria consciencia Sapiencie
18 Pessima redarguente consciencia
tu enim sit timida nequicia data est
in omnem condempnacionem infidelium
condempnatur etiam comparacione Regina
enim sabba surget in iudicio et condep-
nabit eum et etiam viri ninivite Matthei
12 et Luce 11 etiam una in voto fide
condempnatur Iudeus hodie enim fecit sibi
iudicium excludendo in condempnacionem Ad Romanos 7
Unde venio sibi et movebo candela-
brum suum de loco suo id est ecclesiam suam ab
eo Apocalipsis 2 Ezechielis 28 Repleta sunt
interiora tua iniquitate et peccasti et
eieci te de monte sancto dei et perdidi te
Dico 2o quod hic tangitur excecacio iusta-
ne supplicacionis ut re non restet ei suf-
fragium in deprecacione Iste enim repel-
litur ab auxilio divine gracie quia dicitur
quod oracio eius fiet in peccatum Nullum
poterat usque hodie habere suffragium
aliquod in oracione vel deprecacione vel sua
vel alterius Sed hodie eius oracio non solum
non potest delere eius peccatum sed etiam ipsa fiet
ei in peccatum Oracio enim sicut dicit Au-
gustinus super isto verbo que non fit per Christum
non solum non potest delere peccatum sed etiam ipsa
fit in peccatum Oracio autem istius per Christum

b

fieri non potuit / quem noluit sequi
sed persequi Ergo hic oracio eius fiat
in peccatum Proverbiorum 28 Qui declinat au-
rem suam ne audiat legem oracio eius
erit execrabilis Et Augustinus de vera
penitencia c 12 dicit Quis deum benivo-
lum poterit invenire quem eius sanctissimam
sponsam matrem filiam et sororem non du-
bitavit offendere et eius mandata contemp-
nere quia dicitur nullo modo Ysaie 1 Cum
multiplicaveritis oraciones non exaudiam
manus enim vestre sanguine plene
sunt Dico tercio quod hic tangitur abre- tcium pn̄
viacio vite delectabilis Fiat dies
eius pauci Nota licet istud hic possit
exponi tripliciter abbreviacione
Uno modo de vite corporalis
Alio modo de abbreviacione gracie spiritualis
Tercio de abbreviacione possessionis pastoralis
Primo quidem de abbreviacione vite
corporalis dicitur Proverbiorum 10 Timor domini
apponet dies anni autem impiorum abbre-
viabuntur Viri sanguinum et dolosi
non dimidiabunt dies suos Et Ecclesiastes 8
Non sit bonum impio ut prolongentur
dies eius sed quasi umbra transeant qui
non timent faciem dei Et Proverbiorum 2 Qui
recti sunt permanebunt in terra et simplices
habitabunt in ea, impii vero de terra perde-
tur et qui inique agunt auferentur
ab ea Secundo potest exponi de abbre-
viacione vite spiritualis In scriptura
enim per diem intelligitur gracia et
bona opera / per noctem tenebre et
peccata Ad Romanos 13 Nox precessit dies
autem appropinquabit abiciamus ergo opera tenebrarum et indu-
amur arma lucis sicut in die honeste ambulemus
Tales autem a deo condempnati sunt sa-
pientes ut faciant malum, bonum
autem facere nescierunt Ieremie 4 et Iohannis 3
dilexerunt homines tenebras magis
quam lucem erant enim eorum mala opera

scdm pn̄le

c d xl

Pecto sut coram dies pauci et no
ctes longe Job. 14. Opus meus
attenuabit^r dies mei breviabu
tur. Unde ad literam isti vadunt de
pecco in peccatum, de superbia in contemptu
de contemptu in scisma, de scismate
in heresim, de una heresi in aliam
peccatum enim quod per penitenciam non diluitur
mox suo pondere ad aliud trahit sicut
dicit Gregorius Unde q de curia exe
unt in eo gradu in quo exeunt diu
stare nequeunt set ad deteriora continue
ruunt Sicut dicit idem Gregorius in moralibus
Item potest exponi de abbreviatione pre
sidencie pastoralis secundum Augustinum fi
ant dies eius pauci, dies scilicet platus
eius Iste enim est villicus iniquitatis
cui dicitur Luc. 16. Iam non poteris am
plius villicare Et de ista abbrevi
acione dierum habemus pulcre in litteram
Dan. 5. ubi dicitur quod cum ille Baltha
zar fecisset grande convivium et
adorasset deos aureos et argenteos
et bibisset de vasis que apporta
uerat pater eius de templo domini Ap
paruerunt digiti quasi manus ho
minis scribentis contra candelabrum in
superficie parietis Scriptura autem erat
hec Mane thechel phares Hec autem
fuit interpretacio Mane numeravit deus
regnum tuum et complevit illud Et ecce
quod sunt dies eius pauci Thechel
appensus es in statera et inventus
es minus habens Phares di
visum est regnum tuum et datum est Medis
et Persis Et ecce propter hoc prelati ad apterri isti
ut merito possit dici Job. 10. Quare
de vulva eduxisti quia utinam consump
tus essem ne oculus me videret fuissem quasi non essem de
utero translatus ad tumulum Nunquid non paucitas di
erum meorum finietur brevi, quasi diceret, ymo Et
secundum Ambrosium in pastorali non est

tanti gaudii excelsa tenuisse quanti
meroris est ab excelsis corruisse Nec
videmus sequi tanta gloriam post victoriam
quanta ignominiam post ruinam Et ecce
merito sequitur eum ista confusio dilexit
male et veniet ei et noluit benedictionem et elongabitur ab
eo Et ideo sequitur Induatur pudore
et operiatur sicut diploide confusione
sua Dico 2° quod tangitur amissio glorie
sublimatis quia privatur a prefulgente
dignitate in qua alius surrogatur
non attendens illud Apoc. 3. Tene
quod habes ut nemo accipiat coronam
tuam Iste non tenuit quod promisit
ideo coronam eius accipiat alter Ha
buerat enim iste in sedis gracia promise
rat fidelitatem et obedienciam, set quia non
tenuit episcopatum eius accipiet alter
Act. 1. Fiat commoracio eius deserta
et non sit qui habitet in ea et episcopatum eius
accipiet alter Unde videtur quod sit scriptura
fere ubique ubi unum destituit statim
aliud instituit Ut sicut in naturalibus
Generacio unius forme est corrupcio
alterius Sic in istis Egressus unius
est ingressus alterius Unde cum deus
destituit Saul statim instituit Da
vid 1 Reg. 15. Salomon cum destituit
Abyachar sacerdotem statim instituit
Sadoch 3 Reg. 2. Deus qui destituit
Roboam a 10 tribubus statim insti
tuit Jeroboam 3 Reg. 10. Deus etiam
qui destituit Achab Iezabel instituit
Jeu 4 Reg. 9. et 10. Cum etiam deus desti
tuit Sobnam prepositum templi statim
instituit Elyachim Ysa. 22. Et cum
destituit Balthazar statim instituit
Darium loco sui Dan. 5. Et ipse Sal
vator noster hoc docet Mt. 21. Ubi fa
ciens parabolam de malis malis agri
colis dicit Malos male perdet et lo
cabit vineam suam aliis agricolis
qui reddent ei fructum temporibus suis

a

Et subditur ibidem Aufetur a vobis
regnum et dabitur genti facienti fru
ctum eius Unde christus abstulit mna
servo pigro et inutili dedit statim
alteri facienti fructum luc. 19. Patet
etiam de Mathia loco Jude Actuum 1.
Et 10 luc. 14. dicitur Erunt duo in agro
unus assumetur et alter relinquetur
Spatium ergo cuius hodie accipiet alter
Certo ergo habemus unum contra unum
Sed unus fuit destruens iste autem edi
ficans Ille superbus / iste humilis Ille
infidelis iste fidelis / Ille calumpnio
sus iste obsequiosus Ille adherens
heretico / iste catholico Ille pervers
iste sincerus Ille peruum / iste devo
tus Accipiat ergo istud spatium cui
eius spatium desiderat bonum opus de
siderat. 1. ad Thimotheum 3. Et sibi dicatur
quod dictum est ad Eliachim qui substitu
tus est loco Sobne prepositi templi Ysa. 22.
Ubi dicitur quod statim post verba illa expella
te de statione tua deponam te in die
illa vocabo servum meum Eliachim
filium Elchie et induam illum tunica
tua et cingulo tuo confortabo eum
potestatem tuam dabo in manus eius et
erit quasi pater habitatibus Jerusalem et domui
Juda Et dabo clavem David super humeros
eius et aperiet et non erit qui claudat
et claudet et non erit qui aperiat / et
figam illum sicut paxillum in loco fideli
et erit in solio glorie In nomine ergo domini
de fratrum nostrorum consilio in predictum Hen
ricum hic absente corpore presentem tamen
spiritu perpetue deposicionis sentenciam presentes
cum omni honore potestate dignitate
et officio pontificali prout minus infeuda
ciones obligaciones et alienaciones factas
de bonis ecclesie Maguntinensis presumpsit post
latas in eum excommunicacionis et suspensionis sentencias
in irritum revocantes Et ne dicta ecclesia

b

prolixitatis sue incomoda deplo[r]et
auctoritate dei omnipotentis patris et filii
et spiritus sancti Beate Marie semper virginis
Beati Michaelis archangeli Beati
Johannis baptiste Sanctorum apostolorum Petri
et Pauli / et nostra / Gerlacum filium
Comitis de Nazowe Capellanum
nostrum decanum dicte ecclesie dispensa
tes prius cum eo super etate et ordinibus
ipsi Maguntinensi ecclesie de eorundem fra
trum consilio prefacimus in archiepiscopum
et pastorem Et de persona ipsius prefate
ecclesie providemus Ut decretos cum
principibus sedeat et solium glorie teneat
1. Reg. 2. Et tandem ad eternam gloriam
perveniat Quam nobis concedat qui est
benedictus in secula seculorum Amen

Collacio facta in processibus fra
tris Conr. Bavarum in Cena domini
die tredecima Mensis Aprilis Anno etc.

Hereticum hominem post unam
et secundam correpcionem
devita sciens quia subversus
est qui eiusmodi est Ad Titum 3. Vi
detur michi quod aliquid consuevit
vitari propter quatuor

- Unumquodque propter contagium
- Unumquodque propter periculum
- Unumquodque propter peccatum seu viciam
- Unumquodque propter interitum

ta. Quis ergo michi succensebit si ad-
movero eam. Immo vere non e quod michi
ingrati esse mei sancti homines debeant
et omnis deinceps generatio ventura
si quam condicio tulit ruotem, si mundo
restituo quo dignus non erat mundus, si
servicium memorie hominum homini cuius
memoria in benedictione est, si me exci-
tante amicum dormientem expergiscitur
audita que fuerit dicens: Ecce vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consummacionem
seculi. Et de isto propone dicamus quod scribitur
Eccl. 43. Ipse omnipotens super omnia
opa sua et magnus vehementer et
mirabilis potencia ipsius. Admirabilis
magnificencia eius. Benedicentes glorificate dominum
exaltate eum quantum potestis, maior e
enim omni laude. Exaltantes eum re-
plebimini virtute. Unde sicut Beatus
Gregorius deducit in prologo moralium
divina dispensatio singulis temporibus
quasi quasdam novas stellas viros sanctos
super nos in celo apparere facit, secundum quod

a

exigencia opis exposcit Unde
dicit sic libet int' hec merito di
uine ~~opacois merita~~ dispesacois
opa cricere quod ad illuminanda nocte
vite ptis astra q̄ suis vicibus in
celi facie veniat quousq; in fine
noctis redeptor humani generis
quasi verus lucifer surgeret no
cturnum nanq; spacium discedentium
succedenciumq; stellarum cursibus
illustratur magno celi decore p
agitur Sit ergo noctis nr̄e tenebras
suo tpe editus vicissimq; p mu
tatus stellarum radius tangeret
ad ostendendam inocētiam venit Abel
Ad docendum accionis mundiciam venit
Enoch Ad insinuandam longanimitatem
spei et opis venit Noe Ad ma
festandam obedientiam venit Abraham
Ad demicandam coniugalis vite ca
stimoniam venit ysaac Ad insinua
dam laboris tolleranciam venit Jacob
Ad rependendam p malo bone retribu
cionis gr̄iam venit Joseph Ad oste
dendam mansuetudinem venit Moyses
Ad informandam contra aduersa fiduciam
venit Josue Ad ostendendam int'
flagella pacientiam venit Job Ecce
q̄ fulgentes stellas in celo cernimus
ut inoffenso pede opis nr̄i iter nr̄e
noctis ambulemus Ita cognicio
hominum diuina dispensacio quot istos
et sanctos exhibuit q̄ tot astra sup
p cecitatem tenebras celorum misit Et
no solum hoc fecit in veteri testamento
v'umo etiam in nouo Unde in principio
misit aplos et discipulos armatos
fide contra incredulos Deinde ea mar
tires armatos paciencia contra tyran
nos Deinde ea doctores illustros sa
piencia contra hereticos Deinde ea confessores
corruscantes sanctimonia contra male
viuentes xp̄ianos Unde sancti sunt

b

quasi operarij quos misit pr̄s fa
milias in vineam suam mane hora
tercia sexta nona undecima. Mt̄ 20
Et deuotus pulcre Greg' in omel
Int' istos ergo apparuit nr̄is tp̄ibus
hora q̄i undecima missus pro
nr̄e q̄i noua lux de qua Hest. 8
noua lux oriri visa ē gaudium
honor et tripudium Hic ergo magnus
Mt̄ 4. hic magnus vocabitur in re
gno celorum Et possit dici de eo q̄d
Job 1 Erat vir ille magnus sup
omnes orientales Et ego possu
dicere int' omnes occidentales Unde de
eo videtur q̄i pdictum fuisse q̄d
fuit pdictum de Johne p angelum
Luc pᵒ Erit gaudium et exultacio
et multi in natiuitate eius gau
debunt Et erit magnus coram dno
vinum et siceram non bibet et spū
sancto replebitur Et videte q̄ p
misit q̄ erit gaudium et exulta
cio quod ē id q̄d in themate nr̄o
dicebamus Exulta et lauda Dicit
enim Ambros' sup hoc vbo li. pᵒ
sup Lucam Solempnis leticia ē
in ortu et generacione sanctorum Cetus
enim non solum parentum gr̄a s; etiam
ē salus plurimorum Et subdit
idem Ambros' q̄ l; sanctorum edicio
leticia plurimorum q̄ quē ē bonum
iusticia eum q̄n' ē v'tus. Hodie
ergo in natale istius exultemus
et spuali leticia iocunditate lete
mur Nec enim pccās ē locum esse
tristicie Ubi natalis est vite S;
videte q̄ ipsum describit habuisse
Spualem magnitudinem si no
Singularem pulcritudinem p seq'
Salutarem progressionem Habuit
enim magnitudinem spualem que
ht' in omnibus vbi sup non ē magni
tudo corporis s; magnitudo v'tutis
no fines aliquos p pugnare ipi

c

no sup hois belli clamie portae
sz quod amplius e delicias hom
corporis qz lasciuiam magna
animi virtute calcare. Et ibidem dicit
Ambrosius hic magnus ille dicitur qui ca
ret errore puericie et lubricio ado
lescencie animi maturitate non se
ciet. Fuit ergo iste magnus quasi
alter ysaac cui benedixit dominus ibat
proficiens atque succrescens donec
magnus vehementer effectus est
Gen. 26. Ibat quidem proficiens
atque succrescens ut bonus discipulus
in studio et bonus aduocatus in
consistorio et pauperum procurator et
bonus officialis in iudicio et
bonus domino optimus presbiter in confes
sione sicut alias declaraui circa ex
istis magnus vehementer factus
est. Et certe multo considero eum quod
fuit secundum magnitudinem corporale
aliqua vel dicitur magna quadrupliciter
secundum quadruplicem corporis dimensionem
scilicet profundum, latum, altum et longum
sic spiritualiter secundum spiritualem magnitudinem que
non est molis sed virtutis quia
in rebus que mole magna non sunt idem est
esse maius quod melius. Vnde
dicitur magnus secundum istam quadrupliciter spiritualem
dimensionem. Magnum eum facit
profunditas: vera cordis humiliatio
latitudo: plena dei et proximi dilectio
altitudo: sincera mentis deuotio
longitudo: firma virtutis continuatio.
Dixi ergo merito si iste fuit magnus
vehementer. Cui fuit primo humilitate et sui
abiectione tam placidus. Attendes illud Eccli. 3.
Quanto magnus es humilia te in
omnibus. Vnde ad litteram de eo
verificatur illud Job 3. Paruus et

d

magnus ibi sunt. Paruus fuit reputacione
sui abiectione sed magnus in virtute
reputacione perfectione in dei existima
tione. Vnde dicta domino propheta quod
dicit Ambrosius super Malachie ubi
super magna est super te domine dispe
sacio pietatis que te fecit pauperem et occul
tus magnum in suis quod magna fecit
per te salutem perpetuam tuam magna fecit
tibi introducens in gloriam suam.
Cui fuit 2o caritate et dilectione tam
feruidus ut sit quasi alter Josue de quo
dicitur Eccli. 46. quod fuit magnus secundum nomen
suum maximus in salute electorum dei.
Cui fuit 3o sinceritate et deuotione tam
stupidus quasi alter Moyses de quo dicitur Exo. xi.
fuit Moyses vir magnus valde et
faciem qui loquebatur domino facie ad facie
sicut solet homo loqui ad amicum suum.
Exo. 33. Et ad faciem de isto legitur in vi
ta sua quod septem diebus et septem noctibus
orauit non manducans neque bibens. Exo. 34.
Erat vir magnus apud dominum suum
et honoratus per ipsum enim dedit dominus
salutem Syrie.
Cui quarto est firmitate et solida con
tinuacione tam solidus.
Attendes illud Judith ult. Adonay
domine magnus es tu quoniam timent te ma
gni erunt apud te per omnia. Quia iste
ista quattuor habuit ideo merito dicitur ma
gnus propter perfectionem meritorum et dicat
sicut alter Salomon illud Eccles. primo Ecce
magnus effectus sum et sicut alter
Abraham de quo dicitur Eccli. 44. Magnus
pater multitudinis gencium et non est inuentus
similis illi qui conseruaret legem excelsi ut
sit quasi ille Malachias sacerdos de quo dicitur
3 Machab. princeps et clarissimus et
magnus es in hac ciuitate et orna
tus. Sed videte quod non dicat quod sit solum
magnus sed dicat quod est magnus factus.
Et ut expediam me de tercio membro Fa
ctus secundum triplicem interpretacionem. Factus enim
quasi sanctus Factus quasi sagacione vinctus	Factus triplex interpretatur

a

Sanctus i. firmus. Est ergo iste ma-
gnus factus quia fuit terra. Terra autem secundum
philosophos conditionem in comparatione ad alia ele-
menta habet inferioritatem ariditatem ob-
scuritatem | Iste magnus sanctus quia
Est primo iste ma- | fuit terre inferioritate
per contemptum terrenorum per ascessum seniorum
Secundo est magnus sanctus quia fuit terre ariditate
per passionem proximorum per respectum egenorum
Est 3o magnus factus quia fuit terre obscu-
ritate per perspectum divinorum per influxum sacrorum doctorum
Est 4o magnus factus quia sanguine unctus
per cultum et usum cilicii et aliorum sa-
cramentorum | cruciatum voluntarium carnis et
per crucem | membrorum | [illegible] dolorum et
per amplexum Christi | tormentorum
Est quinto magnus factus quia firmus
contra impetum et impulsum hostium et adversariorum
contra incursum et tollerantiam [illegible] et laborum
ad perfectum virtutum morum et donorum
Est 6o magnus factus quia in eo fuit
omnium virtutum integritas summa | ut sic di-
fidei et latrie magnitudo | catur illud
spei altitudo | 1 Reg. 2. Non est sanctus
caritatis latitudo | ut est dominus. Unde
prudentie claritudo | dicebat ipse Cu-
temperantie sanctitudo | stodi animam meam
iusticie rectitudo | quia sanctus sum
constantie fortitudo | Iste est factus de
misericordie teneritudo | quo in psalmo
sapientie limpitudo | Cum sancto sanctus eris
doctrine plenitudo. | et cum innocente
vite active claritudo. | innocens eris et
vite contemplative celsitudo | cum electo ele-
Et ut totum colligam conclusione pulchritudo | ctus eris
ut de eo dicamus illud Eccli. 45. In fi-
de et lenitate ipsius sanctum fecit illum
et elegit eum ex omni carne. Ut merito
sibi dicatur illud Mt. 1 et Luc. 1. Quod quia
sis sanctus dei. Unde est ille de quo dicitur
Apoc. 20. Beatus et sanctus qui habet partem
in resurrectione prima. Ut colligendo
breviter dicam de eo quod dicit Beatus

b

Bernardus de sancto Malachia ubi supra
Vere magna opera domini exquisita
in omnes voluntates eius et studia
istius magna et multa et bona
valde et si bona in se certe intentione
origine meliora quam opus pietatis
preterit istud / pauper fuit / sed dives pauperi-
bus erat / pater orphanorum mari-
tus viduarum / patronus destitutorum
oppressorum / Hylaris dator petitor
rarus / acceptor verecundus / pacis
reformande inter discordantes fuit illi
maxima cura et efficacia multa
Cunctis eque promptus ad compaciendum ad
subveniendum promptus ad corri-
piendum liber. Sancta et zelus erat
nec deerat sancta zeli ipsius modera-
trix. Et quidem infirmus infirmis / sed
in [illegible] potentibus potens superbis
resistebat / tiranos verberabat / regum
ingens ac principum [illegible] audivimus
et cognovimus ea de zelo viri. Cum
tamen esset suavis et mitis et multe
misericordie omnibus naturaliter paciens
qui quasi unus omnium parens vi-
vebat omnibus / et quasi gallina pul-
los suos sic fovebat omnes / et in ve-
lamento alarum suarum protegebat
non sexus non etas non conditio disc-
ernebatur aut persona / nemini deerat
expanso omnibus gremio pietatis
quacumque tribulatione clamaret ad
eum propria reputabat / nisi quod in sua
patiens in aliena compatiens erat / plerumque
et impatiens nonnunquam siquidem repletus
zelo pallis malos movebat / ut
eripiens inopes et reprimens fortes
consules provide omnibus in salute.
Magna illi tamen in hoc quam in ceteris
virtusque hominis in suis motibus re-
gendis et cohibendis censure dili-
gentia et circumspectio multa / non
enim omnibus intendebat / ut se solum
exponeret solum se vice exciperet generali

Erat et sui sollicitus semper custo
diebat Ita denique totus suus et
totus omnium erat ut nec caritas a
custodia sui nec ~~ut~~ pietas abvtili
qui aliquando impedire vel retardare
in aliquo videtur Si videres eum
medijs inmersum turbis et impli
catum curis, dices eum patrie natum
non sibi Si videres eum solum et secum
habitatem, putares eum vivere solido
et sibi Omne turbationem vsabatur
in turbis Omne ocio tempus quod ocio
dederat transfigebat Quo quoque ho
~~die~~ ociosus qui excrebatur in iustifi
cationibus domini nam et si habebat
tempus liberum avectoltatibus plebium
non tamen a sanctis meditationibus feria
tum, non orandi studio non ipso ocio
contemplandi Denique illo in tempore ocij
aut serius aut nullus Aspectus eius
aut officiosus aut dimissus Quantum
se neque quod non mediocri laude
dicatur inter sapientes oculus eius in
capite eius numquam avolabat nisi
in virtutem provenisset O nunquam perfectum
o holocaustum pingue obsequium
tu et mente et manu O quam bonus
odor deo moribus ociosi Et
bonus hominibus in sudoribus occu
pati Precipuus ergo virtutibus iste
dilectus a deo et hominibus non inme
rito hodie in consorcio angelorum reci
pitur et pari cum angelis gloria
et felicitate letatur Heremur et
nos dilectissimi quod iste ascendat ad
cives suos pro filijs captivitatis le
vatur fulgens corda nos conciliabis
beatorum vota illis intimabis miseros
Magnus ergo sanctus Quia presto confes
sio et pulcritudo in conspectu eius
sanctimonia et magnificencia insti
ficationis eius Et sequitur letetur
celi et exultet terra commoveatur mare
et plenitudo eius gaudebunt campi

et omnia que in eis sunt tunc exulta
bunt omnia ligna silvarum Quamquam specialiter
exultat terra Britannica, terra Barbari
ca, terra maritima, terra finitima, terra
frondosa, terra nemorosa, terra et si in
fructu temporali sterilis, tamen in partu spirituali
fertilis Exulta ergo iam enim non voca
beris vltra delicta et terra delicta, et
terra tua non vocabitur amplius desolata
sed vocaberis voluntas mea ~~et~~ in ea
et terra tua inhabitabitur quia complacuit
domino in te et terra tua inhabitabitur 2o
ysa. 62. Unica ysa. 34. letabitur deser
ta et invia et exultabit solitudo et
florebit quasi lilium germinans ~~germinans~~
germinabit exultabit letabunda et
laudans gloria libani data est decor car
meli et saron Exulta ergo satis filia
syon iubila filia ierusalem Zach. 9. fi
lia syon id est ecclesie militantis filia ierusalem
id est ecclesie ~~militantis~~ triumphantis, quia ecce
adveniet tibi iustus et salvator, et
videte quod ecclesia militans generaliter in Bri
tannia minori habet specialiter materiam exul
tandi et laudandi et iubilandi quia iste
sanctus magnus est in medio sui
et quantum ad medium sui scilicet quo ad spi
ritum eius corpus quod habet penes se custodi
tum sed aliud medium scilicet animam habet celum
in se repositum Stetit enim angelus
domini in eius morte secretus eius me
dium Dan. 13. Unde sequitur in themate
quod in medio tui sanctus israel Unde ex
pedita totum thema In medio ergo
scilicet ad eius subvectionem exaudicionem
defensionem pacificationem Joh. 20 Ste
tit in medio et dixit pax vobis
Non de duce Britannie que dixit
nos pereus cannonizacionem tota terra Bri
tannie pacificari debere Videtur
mihi quod iste dux unus est hodie positus
in medio sicut sol in medio plane
tarum Ipse enim est alter sol
maximi splendoris in claritate

a

Maximi splendoris in claritate | esti. Jo.
Maximi fervoris in caliditate | quasi
Maximi dulcoris in suavitate | stella
Maximi vigoris in fecunditate | in medio
nebule et quasi luna plena in diebus
suis lucet et quasi sol refulgens / sic
ille effulsit in templo dei ut sit ille sol
de quo dicitur Josue 10. Stetit sol in
medio celi / Est etiam in medio sicut
virtus consistit in medio per abnegacionem
omnium viciorum et per adepcionem virtutum omnium
et donorum Ut possit dici de eo illud
Actuum 8. hic est virtus dei que vocatur ma-
gna Ysa. 63. posuit in medio spiritum
sanctum eius / Est etiam in medio sic
doctor et informator veritatis
Sicut adiutor indefessus continuus
Sicut pacificator intimus | Luc. 22. Ego
Sicut gubernator optimus | in medio ve-
Sicut propugnator inclitus | strum sum sicut
Sicut ministrator sedulus | qui ministrat
Et deuteronomio 20. In medio nostri est et
pro nobis contra adversarios dimicabit ut
eruat nos de periculo Vel est in medio
Ut audiat et exaudiat nos facilius
Succurrat et subveniat promptius Vi-
deat et perspiciat clarius nostri scilicet singulos
Influat et perficiat universalius | adeo
Custodiat et defendat securius | post me-
Muniat et protegat virtuosius | dius
Producat conducat virtuosius | noster
stetit In psalmo In medio ecclesie lauda-
bo te qui timetis dominum laudate
eum universum semen Jacob glorificate
eum timeat eum omne semen Israel quoniam
non sprevit neque despexit deprecacionem
pauperis nec avertit faciem suam a me
et cum clamarem ad eum exaudivit me
apud te laus mea in ecclesia magna
vota mea reddam in conspectu omnium ti-
mencium eum Ipse enim est quasi lignum
vite in medio paradisi Gen. 2. Et ideo
etiam vocatur in themate meo sterilis Israel
Est enim in paradiso ubi Israel videbit deum

b

facie ad faciem et salva facta est
anima eius Gen. 32. Ipse est hodie Israel
per visionis limpitudinem | ut de eo
per fruicionis dulcedinem | dicatur illud
per possessionis certitudinem | Ysa. 10.
per delectacionis magnitudinem | Erit lux
Israel in igne et sanctus eius in flamma
Ut nequaquam vocetur nomen eius ultra
Jacob sed Israel Gen. 32. Unde iste
est ille Israel de quo dicitur Osee ultimo
Israel germinabit quasi lilium et erumpet
radix eius ut Libani / ibunt rami
eius et erit quasi oliva gloria eius et
odor eius ut Libani Est ergo iste Israel
quia in paradiso et non solum in paradiso
sed in medio paradisi Unde Ezech. 10.
In medio tui sanctus Et Eccli. XI. Sa-
piencia humiliati exaltabit caput
illius et in medio magnatorum conse-
dere illum faciet Et Ezech. 43. locus
solii mei ubi habito in medio fi-
liorum Israel eternum Sic ergo iste est
magnus in medio tui sanctus Israel
Magnus | In psalmo In Israel magnum
operacione | nomen eius Unde potest
subveccione | dici illud Luc. 1. Fecit
sanctificacione | michi magna qui potens
beatificacione | est et sanctum nomen eius
Ysa. 60. Nomen illi sanctus Israel
Sed numquid quia ita magnus est de nobis
parvulis non curabit Certe ymmo for-
cius quanto magis est eius caritas quo
ad deum et etiam quo ad nos augmen-
tata Unde Bernhardus super Cantica sermone
76. pertractans illud Cant. 3. Inve-
nerunt me vigiles et custodes qui cu-
stodiunt civitatem dicit sic Nimium sunt
hii vigiles a quibus se inventa perhibet
sponsa Nempe apostoli sancti et apostolici
viri Revera hii sunt qui custodiunt civita-
tem id est ecclesiam quam invenerunt Taliter
ergo vigilaturus quo nunc conimus
pulcritatem conspicitur / neque enim
pro qua usque sanguinem restiterunt
suo deliquerunt protinio destitu-

tam, qz ptegit et custodiut ea
die ac nocte hore in vita sua pt
et in morte Et si ptosa e in cospectu
domini mors sanctorum eius Non am
bigo ego qn etiam in morte tanto
patencius id agat quanto in xpo
amplius confortatus e participatus
eorum Et subdit Non abnuo q illud
de angelis dictum e Super muros
tuos ierlm constitui custodes etc Qz
quis phibeat me in desperatibus
factis sentire q potencia quidem minne
ia ipis angelis impares sunt affec
tu et mina eo forsan nobis gra
miores existunt quo nam commorantes
iuge et tollerancia carum passio
num et miseriarum in quibus nobiscum
tpe adhuc versamur Nil ne am
plius miseracionis pro nobis ul so
licitudinis operabitur in nictibus
factis q et tristiisse per eas pculdu
bio meminerunt Nonne illorum et
ipsa vox est transiuimus per igne et
aquam et eduxisti nos in refrige
rium Quidem et ipi transierunt et
nos in medys ignibus ul fluctibus
delinquent nec saltem manum por
rigere dignabuntur periclitantibus filiis
no e ita Sed totum agitur o mater
ecclesia Sed tecum agitur in loco pe
regrinacionis tue de celo de terraque venit
auxilium tibi q custodiunt te non dor
mitant neque dormiunt custodes tui
angeli sunt vigiles tui spiritus et
aie mistorum non cessat q te absutrasse
q iuncta spiritibus censet abutrisque
pt custodiri Et eorum solitudinis
certo q ... sua bys quid q sy te
no consumatur illis nos q misi ad te
ad sui plenitudinem restaurat Na
quis nesciat sathana cadente de ce
lo et eius complicibus numerum sup
ne multitudinis fuisse non modicum
immutatum Decte itaque deo consuma

cione expectat aliq numerum aliq
desiderij sui Agnosce proinde vocem
in pbs tua Me expectant iusti donec
retribuas michi ps Cxlij Ubi vide
tur michi Cxlij pbare ptres rones
q sanctorum spiritus nos custodiunt et pte
gunt defendunt et muniunt et subue
niunt Non solum quantum angeli sed etiam ex
pliciti racione Prima e ppt maiorem
affectionem ad nos ppt maiorem natur
conditionem Scda est ppt carum pas
sionum quas nos nunc sustinemus cua
sione sui experiencia eos docuit qualiter
me oporteat misereri Tercia q sit
completus ad hebre xj deus pro nobis aliq
melius cogitauit ne sancti sine nobis
consumientur Sancti enim spiritus seu aie
beatorum nale habent desiderium ad infor
mandum corpus Unde sicut dicit Aug
12 sup gen ad lram c ult De magnis
existo appetitu retardatur ne tota
intencione ferat in illud summum celum
desiderat ergo nram beatificationem ppt
desiderij sui et appetitum ad impletionem
2 mach 15 Vidit ille Onia sacerdo
tem virum bonum et benignum qui puer
in virtutibus exercitatus fuit magnus
precedente orare pro uniuerso ppo et
apparuisse aliud virum etate et gloria
mirabile et et omnia dixisse hic e
q multum orat pro ppo iste Ieremias ad
prophete Non ergo nos deserit et si
valde magnus Unde et in mira me
dio est sanctus israel Ad nos scilicet ad
remedium Ad nos exaudiendum Ad
nos ptegendum et defendendum Ideo
Sed d Eccus 26 Viderunt os fily israel
q in bonum e obsequi sancto deo i sancto
helyas q tam magnus e ppt precellente
habundanciam meritorum Voca ergo si e q
tibi rndeat et ad aliquem sanctorum conuerte
s Job 5 Et mittat tibi dns auxi
lium de sancto et de syon tueatur te
in ps Dico 2o q in dns ymo e

a

magnus ppt refulgentem frequentia
miraculorum de quibus aliqua alias re
citaui et nunc addo aliqua etc. que
sunt in fine legende et etc. Vt merito
dicatur illud ps. Magnus es tu et
faciens mirabilia. Et illud Exo. 15.
Quis similis tui in fortibus domine quis
similis tui magnificus in sanctitate et
faciens mirabilia. Et iste merito com
paratur alteri Stephano de quo dicitur
Actuum 6. quod faciebat prodigia et signa
magna in populo, et cui resuscitatus
esset a Christo quando defunctus efferebatur
filius vnicus matri sue in textu
Luc. 7. Accepit autem omnes timor et ma
gnificabant deum dicentes quia propheta
magnus surrexit in nobis, et quia
deus visitauit plebem suam. Nota
miracula que fecit scilicet de vxore mi
litis cuiusdam data ei per donum prouone
aque. Item de archiepiscopo
Narbonensi. Item de puero qui in fonte
ceciderat mortuo suscitato. Item
de presbitero qui cecidit de ponte in stagnum
et de libris quas portabat. Item de
iudicatore ad suspendium etc. Item de
milite et socijs euntibus ad insulam
maris etc. Item notetur processus
duo miracula peruenit. Item de illo
de sancto Affricano. Item de principe
Vngarie. Item de nepote magistri
Laurentij. Sed hic moueo questionem vnam

questio

videlicet miraculorum operatio debet mo
ue ad aliquam canonizationem mouere. Et
videtur quod non, quia magi pharaonis etiam
faciebant miracula sicut Moyses

Contra argumenta

conuertendo virgam in colubrum, sicut
aquam in sanguinem, sicut faciendo
ranas. Vt apparet Exo. 7. et 8.
Secundo etiam illa mulier phitonissa
suscitauit Samuelem, sicut dicitur 1. Reg. 28.
Tertio etiam quia Balaam prophetauit
vt habetur Numeri 22. Et etiam Kayphas

b

malus prophetauit sicut apparet Joh. XI.
Quarto quia Mat. 7. dicitur Multi dicent
in illa die domine nonne in nomine
tuo prophetauimus et in nomine tuo
demonia eiecimus, et in nomine
tuo virtutes multas fecimus. Et
tunc dicet eis Christus non noui vos etc.
dicet eis discedite a me qui opera
mini iniquitatem. Quinto quia Mar. 9. c.
dicitur quod Johannes dixit Christo magister vidi
mus quendam in nomine tuo eicientem
demonia qui non sequitur nos, et prohi
buimus eum. Jhesus autem dixit no
lite prohibere eum. Certum est autem quod
iste erat malus qui non sequebatur
ihesum. Sexto quia Mar. 13. dicitur quod exur
gent pseudochristi, et pseudoprophete, et dabunt signa
et prodigia et portenta ad seducendos
si fieri potest etiam electos. Vos ergo vi
dete ecce predixi vobis omnia. Et idem
habetur Mat. 24. Septimo Apostolus 2.
ad Thess. 2. dicit expresse de anti
christo quod aduentus eius erit secundum opera
tionem sathane in omni virtute et si
gnis et prodigijs. Et Apoc. 13. dicitur
quod bestia fecit signa magna ut
etiam ignem faceret descendere de celo
in terram in conspectu hominum et seduxit
habitantes in terra propter signa que data
sunt ei facere. Octauo quia Actuum 19.
dicitur quod septem filij cuiusdam Sceue iudei
principis sacerdotum eiciebant demo
nia adiurantes per ihesum quem Paulus
predicabat. Videtur ergo ex omnibus
predictis, quod etiam per malos fiunt miracula.
Ergo facere miracula non arguit
aliquem esse canonizandum, Preterea
multi fuerunt valde sancti viri
qui non leguntur multa fecisse miracula
vel nulla, et tamen alij minus sancti
eis multa talia miracula legun
tur fecisse. Ergo miracula parum
videntur facere ad approbationem sancti

Alioquin quod sanctior fuisset plura
miracula fecisse. Tercio, quia in primi-
tiua ecclesia multo plura fiebant mira-
cula quam modo. Ergo si miracula
sequerentur sanctitatem, ecclesia mo-
derna multum cecidisset a gloria
ecclesie primitive, quod tamen non videtur
verum, tamen ecclesia sicut splendens cre-
scat et procedat usque ad perfectum
diem, prouerbiorum 4. Quia ipsa enim progreditur quasi
aurora consurgens pulcra ut luna
electa ut sol etc. Cant. 6. Secundo contra
videtur quia Joh. 3. dicitur: Nemo potest
hec signa facere. Et ibidem infra: Ni-
si esset hic a deo non poterat facere
quidquam. Tercio quia Marci ultimo dicitur quod signa
eos qui crediderint hec sequentur etc. Quarto
quia eciam ad Hebr. 2. dicitur de Christo quod salus
predicata per eum in eternum consumata
est contestante deo in signis et prodi-
giis et portentis et variis virtuti-
bus. Preterea ipse met Christus dicebat
Joh. 17. Si opera non fecissem in eis
que nullus alius fecit peccatum non ha-
berent. Preterea Ysa. 41. dicitur: Annunciate
que in futurum ventura sunt et scie-
mus quia dii estis vos. Preterea deus
primo misit Moysen constituens eum quasi
deum Pharaonis misit eum cum signis
et prodigiis ut sibi crederet, ut Exo. 4.
et sequentibus. Preterea Christus in ecclesia
multa signa fecit et faciendi
apostolis concessit ad finem inducendi
omnes homines ad fidem. Ergo videtur
quod miracula multum faciant ad ali-
quam canonizacionem. Et hic confirmatur
ultimo quia ecclesia aliquem confessorem
vel sanctum alium quemcunque non cano-
nizat nisi miracula ad eius inuo-
cacionem probentur facta. Respondeo
secundum premisso tria. Primo id quod pre-
mittit Aug. 4. de Tri. c. 9. de
magnis terra finis ideo sunt de

miraculis, ubi dicit sic: Amicus probabile
est ut meminerim vicissimo mearum
fratresque meos ammoneam ut et
ipsi meminerint suarum, ne velle quod
tutum est humana progrediatur infirmi-
tas, quadmodum enim angeli hoc fa-
ciunt ut quadmodum potuit deus hoc
faciat per angelos suos congruum sibi
velint etiam per angelos malos siue si-
nendo siue iubendo siue cogendo ex
occulta sede altissimi imperii sui nec
oculorum acie penetrare nec fiducia ratio-
cinationis nec prouectu mentis comprehendere
valeo ut tam certus hic loquor ad omnia
que queri de his rebus possunt quam si essem
angelus aut propheta aut apostolus. Et probat
per illum textum Sap. 9. Difficile esti-
mamus que in terra sunt et que in prospectu
sunt inuenimus cum labore, que autem
in celis sunt quis inuestigabit? Sensum
enim tuum quis sciat nisi tu domine dederis
sapienciam et miseris spiritum sanctum tuum de al-
tissimis. Secundo premitto quod omnia miracula
sunt mirabilia tamen non conuertitur, quia non omnia
mirabilia sunt miracula, mirabiles enim
sunt aliqui multi effectus quorum igno-
ratur causa. Unde propter istum admira-
cionem inceperunt in Egipto philozophari, ut dicit
Philosophus primo Methaphisice. Et ex hoc unus
et idem effectus visus unus reputatur
mirabilis ignoranti scilicet causam, alii non
scilicet scienti causam non, sicut eclipsis so-
lis non est mirabilis astrologo et est mirabi-
lis astrologie ignoranti rustico, hoc similiter
de illis qui ludunt ex agilitate manuum.
Hoc etiam apparet de magnete attra-
hente ferrum et de multis aliis. Tercio
premitto quod tria sunt genera miraculorum, quedam
sunt que nunquam natura facere potest, sicut
quod duo corpora sunt simul, sicut quod sol
retrocedat aut stet sicut quod mare di-
uisum transeuntibus iter prebeat. Et inter
ista miracula etiam est ordo, quia tanto

Replicacio [margin]
Responsio [margin]

a

tria genera miraculorum

miraculum maius est quanto id quod fit
magis remotum est a facultate nature
Tercium genus miraculorum est quando aliquid
fit quod natura facere potest sed non per illum ordi-
nem. Opus enim nature est quod aliquod
animal vivat ambulet et videat, sed
quod post mortem vivat post cecitatem
videat hoc facere natura non potest. Tercium
genus miraculorum est cum aliquid fit
quod consuetum est fieri operatione nature
etiam per illum ordinem, non tamen fit per principia
nature. Sicut cum aliquis a febre
curatur virtute divina a qua tamen erat
curabilis per naturam. Sicut etiam cum
pluit sine operatione principiorum nature.
Unde est quod aliqui doctores distinguunt
miracula, quia aliqua fiunt supra naturam sicut
primum genus miraculorum. Aliqua contra naturam
sicut 2m genus miraculorum ubi fit re-
gressio de privatione ad habitum quod est
contra ordinem nature. Aliqua fiunt preter naturam,
sicut tercium genus miraculorum in hiis
videlicet que fiunt non cooperantibus prin-
cipiis nature licet etiam natura hoc facere
posset. Hiis suppositis si tempus pate-
tur et non permittet magis ad lectionem
vel determinationem quam ad sermonem et
predicationem declarem per ordinem sex con-

Sex conclusiones

clusiones. Prima est quod solus deus sit
agens principale faciens miracula, quia so-
lius virtutis est infinite et illimitate
operis, aut creature potencia est limitata
ad aliquem vel aliquos determinatos effectus
qui et si videantur mirabiles non repu-
detur miraculosi quia fiunt secundum naturalem
potenciam ipsorum. Item quia solus deus
in sui actione non requirit subiectum, quia ipse solus
potest aliquid de nichilo facere. Item quia
omnis creatura in ordine ad deum est non
solum in potencia naturali sed et in potencia
obedienciali, quod non est respectu alicuius crea-

b

ture, ymmo nulla creatura etiam angelica
bona vel mala creature est principalis
introductrix forme sicut deducit
Augustinus 3. de Trinitate c. 1. de magis.
Secunda conclusio est quod angeli boni et
sancti homines faciunt miracula invo-
catiue et virtute divina, sicut patet in veteri
testamento de Moyse de Helya de Helyseo
et aliis, et in novo testamento de apostolis discipulis
et de aliis. Tercia conclusio est quod etiam
angeli et boni viri etiam potestative forsitan
non solum invocative sed etiam per graciam eis
datam quam vocat Apostolus graciam curacionum
graciam sanitatum, operacionum virtutum 1. ad
Cor. 12. miracula operantur. Unde eciam
inter ordines angelorum est ordo virtutum
cui secundum Gregorium in omelia attribuit fre-
quencius facere signa et miracula. Ista
autem gracia sic data videtur habere ra-
cionem cuiusdam forme habentis esse
imperfectum vel intencionale que non
permanet nec agit ad presenciam agentis
principalis sicut lumen in aere. Si
enim esset forma perfecta et permanens
posset ea uti quando vellet, et ita habens
talem graciam posset operari miracula quando
vellet quod tamen non esse verum asserit
Gregorius in 2. dyalogorum et probat per duo
exempla. Primo per exemplum Pauli qui sa-
nitatem cuiusdam a se removeri petiit nec
impetravit. Secundo per exemplum beati Be-
nedicti qui devictus fuit contra voluntatem
suam per plura sororis precibus impetrata.
Quod autem sancti viri per talem graciam gratis
datam quodammodo potestative mira-
cula faciant videtur expresse tenere Gregorius
in 2. dyalogorum c. 30. dicens: qui de-
vota mente deo adherent cum rerum ne-
cessitas exposcit exhibere signa modo
utroque solent, ut mira quandoque aliquando ex pre-
catione faciant aliquando ex potestate. Probabitur hoc
et racione et exemplo. Racione quidem
quia si dedit hominibus potestatem filios

Ser fieri ut dicitur Iob 1. Non enim ut sic etiam dedit eis potestatem miracula faciendi. Et exemplo quod per Ananiam et Zaphiram mentientes morti intrepido credidit nulla ratione permissa ut habetur Actuum 5. Probat etiam exemplo beati Benedicti de quo dicit quod cum ad brachia cuiusdam ligati rustici oculos deflexisset, tanta se celeritate cepit alligata brachiis lorea dissolvi, ut dissolvi tam celeritate nulla hominum festinatione potuisset. Et videtur michi quod per magnitatis beati Gregorii sit de dono gratie curationum vel operationum virtutum ad faciendum miracula sicut de dono prophetie ad cognoscendum supernaturaliter futura, per que dona etiam propheta non potest quandocumque vult prophetizare sed solum cum spiritus prophetie cor eius tangit sicut probat idem Gregorius omelia 1 super Ezechielem. Nec forte hoc videtur mirum quod si deus utatur creatura corporali tamquam instrumento ad spiritum vivificationem sicut apparet de novi testamenti que sunt causa gratie multo fortius posset uti spirituali creatura ad miraculorum operationem. Tercia conclusio est quod demones et mali homines arte magica et per invocationes demonum per pacta habita cum eis explicite vel implicite possunt facere effectus mirabiles qui ad pauca inspicientibus et minus sapientibus miraculosi videntur, et tamen non sunt sicut expresse apparet Exodi 7 de magis Pharaonis et de illa phitonissa que videbatur suscitasse Samuelem licet in veritate Samuel non fuerit sed diabolus apparens in specie Samuelis, et talia multa faciet Antichristus et discipuli eius. Et hoc facit diabolus inquantum applicat. Primo quidem per modum artis applicando subito et

perceptibili tempore activa passivis. Dicit enim virtutes naturales inditas rebus quas Augustinus vocat 3 de Trinitate quedam nature seminia sive rationes seminales quas subito possunt ad effectum aliquem applicare cum eis obediat quantum ad motum localem. Et ideo quod posset ex talibus virtutibus naturalibus multo tempore fieri possunt demones in tempore minori. Et sic forte fecerunt magi Pharaonis et de serpentibus et de ranis si fuerint veri serpentes et tunc etiam dicte virtutes naturales mote ab angelo in effectibus huiusmodi producentis maiorem habent efficaciam quam mote per partem humanam quia effectus corporales in inferioribus maxime dependeat a corporibus celestibus, et quia influxum corporum celestium melius cognoscit cognitione naturali angeli sive boni sive mali quam homines, ideo melius sciunt applicare tempore debito et congruo. Secundo quia etiam cognoscunt melius virtutes activas et passivas in corporibus inferioribus quam homines et eas etiam citius et facilius applicare possunt. Tertio quia virtutes corporales mote a virtute spirituali maiorem virtutem habent sicut patet de generatis per putrefactionem que vivunt, et tamen corpora celestia non vivunt quod 6 dicit tamen passiva cum agens sit proportionatus suo passivo non potest reduci nisi ad virtutem intelligentie moventis orbem etc. Isto ergo modo demones operantur effectus mirabiles sed non miraculosos quia sunt secundum facultatem nature sue applicando scilicet activa passivis. Est tamen sciendum quod etiam multa posset facere per naturalem virtutem si permitterentur, sed tamen non permittuntur. Unde secundum hoc Sathanas dicitur ligatus quia potestas eius arctata est et solvetur tempore antichristi quia tunc permittetur facere ea ad que sua naturalis potentia se extendit. Secundo possunt hoc facere per illusionem ut immutationem sensuum possunt enim

facilius

aliq̄ forte apparē in ymaginatōe
huāna q̄ tn̄ nō sūt in reb' natūa
et hoc faciūt p̄ cōmotōnē organi fā
tasie scd̄m diuersitatē spirituū et h̄u
morū qd' etiā aliq̄ corpoā efficatia
hūt ut eis aliquo adhibitis videa
tur esse aliqd' alterius forme q̄
sit sicut p3 in freneticis et mēte ca
ptis ¶ Possūt etiā ētiā face mirabi
les effectus q̄ videtur miraculosi ces
sādo a vexaciōibus quas ipi intulerāt
rūt Tūc enī qn̄ cessāt curare vide'
tur Sicut legit' in passiōib' scōrū aplōrū
21 Iuth Certo videtur etiā face
mirabiles effēcus p̄dicēdo aliqua fu
tura quod fit p̄ eorū sciam tam astro
rū q̄ corporū celestiū q̄ etiā icli
nacōm nālium hōim qua etiā p̄ lō
gā experienciā q̄ etiā p̄pt' sui inge
nii viuacitatē et p̄spicaciā Sicut
deducit Aug9 in li° de natura et diui
nacōne demonū Cm̄ qūtū ad futura
cōtingencia que dependēt ex libero ar
bitrio hōim et si quā p̄dicāt vera
tn̄ frequēt' fuerūt p̄nūs mēdaces sic
p3 .3. R's vlt' Cōncludit ergo istis modis de
mones aliquid mirabilit' opari vel
scilicet p̄ corporū transmutacōnē ul p̄ quā
dā sensuū illusionē vel aliis modis
sup' tactis nō sūt tn̄ tales effectus vere
miraculosi ymo expresse tenet sanct9
Thomas q̄ ad opacō miraculorū sit
quedā diuinū testiom̄ indicatiuū di
uine virtutis et veritatis si demonib'
quorū ē tota volūtas ad malū aliq̄
ptās daretur faciēdi miracula deus
falsitatis eorū testis existeret qd' diuina
bonitatē nō decet Et ista posuit ex
presse Thomas de potētia dei q̄one
vi de miraculis articulo 2 in corpe
q̄onis Et ad hoc videt' multū face
textus 2 ad Thim̄ 2 vbi d' q̄ anti

xp̄us veniet scd̄m opacōnē sathane
in omi virtute signis z p̄digiis me
dacibus Posset tn̄ forte videri ali
q̄bus q̄ de demonib' vtetur ad
miracula faciēda Cm̄ in opib' iusticie
ad malorū punicōnē ul bonorū p̄ba
cionē Sicut de Iob q̄n p̄ ministeriū
demonis missus ē ignis q̄ cōsumpsit
omīa et venti q̄ domū cōcusserūt
Et hoc vr' face textus in ps̄ 77
Misit in eos irā ire sue inmissiōes
p̄ angelos malos vbi dicit glo et
ē Aug9' q̄ etiā de' vtit' angelis
malis et ad punicōnē malorū et
ad p̄bacōnē bonorū Et dicit q̄ egip
tiis de' inmisit p̄ malos anglos mor
tes pecorū mortes p̄mogenitorū et
obscuracōes cordiū Et etiā aliqui
volūt dice q̄ etiā cōuersio vxoris
loth in statuā salis fuit facta mi
nisterio angeli mali Et ideo dicūt
aliq̄ doctores q̄ sūt aliqua signa
maioris dignitatis aliq̄ minoris
dignitatis Quātū ad signa maioris
dignitatis de' vtit' bonis angelis
quātū aūt ad illa q̄ sūt minoris
dignitatis vtit' et malis Vocāt
aūt signa minoris dignitatis q̄ fiūt
ad inferēdū penā tātū Et istud
ponit Allexand' in p̄ma p̄te sū
me sue sup' 2m̄ sniāū distincte 10
Secūda cōclusio ē q̄ etiā mali ho
mines quāq; virtute diuīa faciūt mira
cula etiā verā quod videtur re
cte p̄bari p̄ textū M'r 9 vbi Io dixit
xp̄o Magister vidimus quēdā in
nomine tuo eicietē demonia q̄ nō
sequitur nos Et p̄hibuimus eū Ihē
aūt ait Nolite p̄hibē eū Nēo
est q̄ faciat virtutē in nomine meo
et possit cito male loq̄ de me Qui
enī nō est aduersū vos p̄ vobis ē

Ubi Aug9 Theophilus Crisostomus
se tenet quod iste vera miracula fa
ciebat propter reverencia nominis xpi
Et ut se et ad alios provocaret ad fi
dem licet non esset de unitate xpi
ecclesie Item videtur dicere textus
Mt. 7. et allegatum est supra Multi
dicent in illa die Domine domine in nomine
tuo etc Quibus tunc dicetur discce
dite a me operarii iniquitatis Super quo
verbo dicit Crisostomus in commentario prophe
tare et virtutes facere et demonia
eicere mirandum non est eius meriti qui operatur
sed hoc agit vel invocacio nominis xpi
ob condempnacionem eorum qui invocant vel
utilitatem eorum qui vident, quod et mali
per sacri nominis invocacionem virtutes facere
videt et audivit Et concedit quod ali
cui homines despiciant signa facien
tium dum honorant adtamen invocacio
fuit tanta miracula Et hoc idem di
cit super isto verbo Et Rabanus et
Remigius istud, et deducit Aug9
li. 9. questionum quo penultima ubi dicit
Cum mali xpiani et eciam illi qui ad
xpianam miliciam non venerunt propter
honorem tunc excellentissimi impera
toris scilicet xpi miracula faciunt de
quibus erat ille de quo dictum est
Mr. 9. etc Greg9 eciam .20. mora
c. 9. 10. et. 11. pertractans illud Iob 30
quorum virtus manuum erat michi
pro nichilo et vita ipa putabatur
indigni dicit sic Nonnumquam heretici
signa et miracula faciunt scilicet ut hii
pravia afflictionibus sive abstinentie
quam recipiant videlicet laudes quas
querunt Unde redemptoris voce dicitur
Multi dicent michi in illa die domine
domine in nomine tuo etc Mt. 13. Ta
lium autem virtus miraculorum est ecclesie

pro nolo, quia et si se amplius in exteriori
operacione custodiat ita ut agere preteritis
magna videatur Sancta tamen universalis
ecclesia cuncta eorum signa et opera despicit
que ex caude fidei non procedere perpendit
Et multa alia ibidem Et io Greg9 super
Ezech omel parte 2 pertractans illud Ezech
40 ante frontes interioris edificii pal
marum dicit sic Sic plerumque sanctos
viros aspicimus mira agere virtutes
multas facere, leprosos mundare demo
nia eicere, tactu egritudines corporum
fugare, prophecie spiritu ventura predicere
cuncta itaque ne palme sunt sed adhuc pro
tractanda palmarum nam et aliquando dantur et re
probis Ysi in ethym° heretis dicit miracula etc
Et Aug9 xx de ci. c. xix. videtur re
linquere sub dubio signa que faciet an
tixpus sicut mendacia formaliter id est non
vera miracula sed falsa, vel solum conse
quenter et finaliter id est ad inducendum credencia ad
hoc scilicet ut ipse credatur esse xpus Et dicit
quod non nunc sed tunc scilicet in iudicio huius
questionis veritas apparebit Dicit eciam
Thomas in questione preallegata de potencia
dei in solucione argumenti Respondeo quod
mali homines faciunt miracula vera iuxta
illud Mt. 7. quod iam est allegatum fre
quenter Domine in nomine tuo etc Et tamen non de
monibus, cum tamen operacio miraculorum sit magis
remota a virtute humana quam a virtute an
gelica dicitur, quod non est simile quia mali
homines sive in doctrina sive in vita quan
doque ex aliquo sunt denunciatores veritatis
et deus in testimonium veritatis per eos annunciate
quandoque miracula per eos quod de demoni
bus dici non potest Item Crisostomus in omel super
verbo frequenter allegato Mt. 7. dicit Primum
tamen malis propter firmiorem fidem quam ha
bebant super alios qui bene vivebant miracula
faciebant ut alii ad fidem maiorem
habenda per hoc acciperentur Patet ergo

a

ex multis q malis confessio e miracula
facere. Sexta conclusio e q obstante veritate
precedentium conclusionibus que multum auget
difficultatem presentis questionis. sancti viri
habentes sana doctrina, fidem rectam
vita sancta et excellente, sunt huius supposit.
pro canonizatione miraculorum per catholicam
sanctorum cathalago ascribendi. Et hoc
declaro primo sic. Signa adhibita in
testimonium veritatis et sanctitatis non contin-
git si excellentes sunt sufficientia testimo-
nia ad aliquem canonizandum. Sed mira-
cula facta propter illud in quo e sana doctri-
na sancta et excellens vita sunt signa ad-
hibita in testimonium veritatis et sanctitatis.
Ergo sunt sufficientia testimonia ad aliquem
canonizandum. Maior patet quia sancti quibus
e vita preclara qua deus approbat per mi-
racula canonizandi et doctrina vera
canonizandi sunt videntur. Ista enim
testimonia credibilia facta sunt nimis
Unde propterea fides fuerit adhibenda
et Christo et apostolis eius, si enim alterum
istorum deficeret non esset sufficiens testimonia
Unde si aliquis arctissime viveret et
tamen sana doctrina non haberet, quantumcumque
magna miracula faceret ei credendum
non esset. Sicut deducit Augustinus 13.
contra Faustum c. 2. dicens hiis qui cor-
rumpunt et destruunt scripturas sacras
etiam si miracula faceretis ipsa in vobis
caveremus. Et allegat ad hoc Augustinus
textum Marci 16. et Matthei 24. ubi dicitur sic
Surget enim pseudochristi et pseudo
prophete dabunt signa et prodigia ut possit
terra ad seducendos si fieri potest etiam
electos. Vos ergo videte ne credideritis
ecce predixi vobis. Ad quod etiam mul-
tum videtur facere textus ille Mar. 9. et Luc. 9.
de illo quem voluerunt apostoli prohibere
ne faceret miracula in nomine Christi quia non
sequebatur Christum nec tamen erat de

b

unitate ecclesie, quod etsi esset
sana doctrina et non e bona vita
quod miracula per tale facta, non es-
sent sufficientia testimonia probatur
primo per illud prima ad Cor. 13. Si ha-
buero omnem fidem ita ut montes trans-
feram caritatem autem non habuero nichil
sum. Caritas autem cum mala vita
stare non potest. Quia sicut dicitur ibidem
caritas non agit perperam. Ad hoc etiam
facit ille textus frequenter allegatus
Matthei 7. de illis qui dicent Christo quod multa
miracula fecerunt quibus Christus di-
cet discedite a me operarii iniquitatis
Ad hoc etiam facit textus cum Christus
dixit discipulis Luc. 10. Ecce dedi vobis
potestatem calcandi super serpentes et scor-
piones et super omnem virtutem inimici
et nichil vobis nocebit. Verumtamen in hoc
nolite gaudere quia spiritus subiciuntur vobis
Gaudete autem quod nomina vestra scripta
sunt in celis. Ad hoc etiam facit textus
ille Joh. 13. ubi dixit Christus discipulis
et apostolis In hoc cognoscent homines
quia mei estis discipuli si dilectionem ha-
bueritis ad invicem. Quod pretactus Grego-
rio moralium dicat Apparet dat intel-
ligi quod in hominibus caritas et humilitas
non autem signa debet venerari. Unde
et sanctitas qua sunt malorum miracula
despicit quia sanctitatis speciem non esse
cognoscit. Probo sanctitatis non e tamen
signa facere sed unumquemque ut se dili-
gere Deo deo autem vera de proximo
non meliora quam de se sentire. Nam quia
vera virtus in amore non e in ostensione
miraculi veritas denuntiat dicens In
hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli
si dilectionem habueritis ad invicem. Non
ait enim in hoc cognoscetur quia mei
estis discipuli si signa feceritis sed ait
si dilectionem habueritis ad invicem

In quo apte indicat quod nos dei fa-
mulos non miracula sed sola caritas
probat. Hec Gregorius. Et Augustinus octu-
agintatrium questionum questione 79. dedu-
cit ex intentione quod propter hoc non conceda-
tur omnibus sanctis facere miracula ne
infirmi decipiantur pernicioso errore
extimantes in talibus miraculis ma-
iora dona esse quam in operibus iustitie
quibus vita eterna comparatur. Et ibidem
eadem dicit Augustinus. Declaratos
quidem homines miracula facere qualia
sancti facere non possunt, et probat hoc, quia
magi pharaonis aliqua faciebant
que filii israel facere non poterant, et
tamen propter hoc non erant maioris meriti
quam illi. Patet ergo quod miracula sine doctri-
na sana vel doctrina sana sine vita
bona non sunt sufficientia testimonia
ad canonizandum aliquem. Sed illis
duobus suppositis testimonia sunt suf-
ficientia. ¶ Secundo potest sic persuaderi.
Illa que solum competunt bonis et non
malis et non quibuscumque bonis sed excel-
lentibus sufficientia testimonia ad
aliquem canonizandum. Sed suppositis
sana doctrina et preclara vita in ali-
quo facere miracula fieri competit solum
bonis et excellentibus bonis. Non enim
potest esse non bonus qui predicta duo habet.
Ergo etc. Et videtur michi quod operatio
miraculorum et si gratia forme non ar-
guat aliquem canonizandum quia tunc
tenet in omnibus, tamen gratia materie eo
quod habet sanam doctrinam et preclaram vitam
tenet et optime concludit illum esse
canonizandum. ¶ Tertio quia miracula
facta per malos non habent continuationem
quia sicut apparet supra sunt propter
aliquem finem qui transit, quia vel ut re-
cipiat mercedem laudis humane, vel
propter reverentiam nominis Christi quem invocant
vel ex alia causa transitoria. Unde Augustinus
83 questionum questione 79 dicit quod miracula
que fiunt per malos fiunt vel per privata commer-
cia vel per signa publica iustitie. Sed illa
que fiunt per bonos fiunt per publica iustitia
imperatore sed deo iubente. Miracula ergo
que habent firmam et longam continuationem non
solum in vita sed in morte et post mor-
tem videntur testimonia sufficientia virtutis
divine. Miracula autem istius domini Yvo-
nis longam habuerunt continuationem, quia
et in vita sua facta et in morte et
post mortem iam 40 annis et ultra continua-
ta. Ergo suppositis doctrina et vita eius
miracula sunt augmentata efficacia ad
eius canonizationem. Et ad hoc videtur
valde facere textus Actuum 5. Ubi nar-
rat ille Gamaliel de quibusdam qui insur-
rexerunt et secta magna habuerunt
dicebat se aliquid magnum esse. Tamen
quia ex deo non erat perierunt et consumpti
sunt. Sed doctrina Christi et apostolorum immobiliter
confirmata dissolvi non potuit quia ex
deo erat. Unde opera dei continuum susce-
perunt incrementum procedunt enim usque in
perfectam diem. ¶ Quarto et ultimo quia ecclesia
militans tales de quibus probata est sana
doctrina et quod fuerunt in fide catholica
defunctis etiam probata preclara vita con-
suevit canonizare. Sed deus non permittit
in talibus ecclesiam militantem errare. Ergo
et iste de quo sana doctrina et fides
catholica et sanctissima vita sunt cla-
rissime probata debet per ecclesiam ca-
nonizari. Quod autem deus non permittat
in talibus ecclesiam errare declarat pulcre
sanctus Thomas in octavo suo quolibet
questione ultima dicens quod sunt quedam sunt
que pertinent ad facta particularia sic-
ut agitur de possessionibus, criminibus

et talibus et in illis potest iudicium ecclesie
errare propter falsos testes. Sed alia
iudicia ecclesie de his que pertinent ad veri-
ad veritatem fidei, et in istis dicit ex-
presse quod racione divine prudencie que ecclesiam
spiritu sancto dirigit et regit ut non er-
ret. Sicut ipse promisit Joh. xv. quod
spiritus docet omnem veritatem iudicium
ecclesie universalis errare non potest. Immo
iudicium ecclesie in hoc errare est impossibile.
Immo dicit quod summe pape ad quem pertinet
determinare de fide, et cui dictum est ro-
gavi pro te ut non deficiat fides tua
Luc. xxii., et hec sentencia quam proferret
in iudicio magis credendum est et standum
quam opinioni quorumlibet doctorum et
sapientum eciam in scripturis. Dicit eciam
quod canonizacio sanctorum quasi medium
tenet inter illa duo, quia eciam honor
quem sanctis exhibemus est quedam profes-
sio fidei qua sanctorum gloriam credi-
mus, pie credendum est quod nec eciam
in hiis iudicium ecclesie errare posset.
Unde dicit quod in talibus adest ecclesie
instinctus spiritus sancti qui omnia scruta-
tur eciam profunda dei. Maxime quando
ecclesia facit que nisi est inquirendo de
vita de miraculis orando et aliter quod
nisi est faciendo. Et forte ista est causa
quare papa sibi soli retinuit iudicium
et auctoritatem canonizandi sanctos, quod
non fiebat in primitiva ecclesia ubi quelibet
particularis ecclesia viros iustos et in
sanctitate vite et miraculis prominentes
pro sanctis venerabatur post mortem. Omnia
iudicium universalis ecclesie non potest errare
in talibus ut est dictum supra, quod
forte posset particularis. Sed forte dices
quod ecclesia multitudo a principio non errabat
quia magna erat in ea gracia dei et
multa miracula faciebat. Sed nunc

videtur esse sine gracia dei subtracta
cum talia miracula non videamus
~~a principio~~ in ecclesia sicut a principio erat.
Sed hac instancia movet sanctus Greg.
27 mor. c. 12. pertractans illud Job
26. Quis spectat celos ipse considerat
et lumine illius super terminos terre. Et
videt ibidem valde pulcre dicens. Sic
Sed nonnulli quando tunc nunc ab apostolis opera
audiunt quod accepto spiritu sancto mor-
tuos verbo suscitarent ab obsessis
demonia pellerent, umbra infirmi-
tates amoverent, ventura quoque prophe-
tando predicerent, et unigenitum verbum
dei gencium loquentes lingua predi-
carent, quia has virtutes nunc in ecclesia
non viderent subtracta iam ab ecclesia
superna gracia suspicantur. Manifestetes
pensare quod scriptum est in psalmo adiutor
in oportunitatibus in tribulacione. Tunc
quippe sancta ecclesia miraculorum ad-
iutorio indiguerit cum eam tribulacio
persecucionis pressit. Nam postquam super-
biam infidelitatis edomuit, iam non
virtutum signa sed sola merita operum
requirit quamvis et illa signa per mul-
tos cum oportunitas exigit ostendit.
Scriptum namque est secundum 1. ad Cor. 17. lingue
in signum date sunt non fidelibus sed
infidelibus. Ubi ergo omnes fideles sunt
quid cum exigit ut signa fierent.
Unde eciam fortasse satis faciunt
si aliquid de ipsa apostolica dispensa-
cione meminerimus secundum Actuum. 28.
Paulus namque egregius predicator
Mitti leue veniens et plena infi-
delibus insula sanans patrem Publii
dyssenteria febribus quoque vexatum
orando sanavit, et tamen egrotanti
Thimotheo precipit dicens secundum 1. ad
Thim. 5. Noli adhuc aquam bibere

ß modico vino vtere ppt stomachu tuu
et frequentes tuas infirmitates. Q̄
ē paule q̄ egrotu infidelē orando
ad salutē reuocas / et tuu adiuto
rem ewangelij Thimoteu nō medi
ti palimenta curas. Nisi q̄ ideo
sunt exteriora miracula ut mentes hōium
infideliu ad interiora pducantur
quatenus p hoc qd' mirum visibile
ostenditur / ea q̄ mirabiliora sunt
inuisibilia credantur. Digno ēpperitu
tis p publij sanandus fuerat ut
mente resuscitet dum p miraculum ad
sanitatem reducit. Thimoteo aut
foris medicinā adhibendam nō dat
q̄ iā totus intus viuebat. Quid
ē igitur mirum si ppagata crebre
miracula nō fiunt qn̄ h' ipi q̄ apli
in quibusdam fidelibus nō fecerunt.
Eleuatis ergo oculis dns misericordia
considerat / q̄ et ablatis summis
pdicatoribus incessat' etiā infima
nec infirmitatis curat / et q̄ sublī
celos lumine illius timor terre re
spicat / q̄ p9 sublime vita et
pdicatorum precedencium mores actus
q̄ gr̄e sue illustrio cōphendit
dum et si vtutum signa nunc p̄n
ta fidelium crebro nō exercet / ab
eisdem tñ fidelibus p vtute opum
nunquam recedit. Tu aut ecclia mi
litans in hoc nō videatur p multi
erraē psuadeo quibusdam racionibus
et pna auctē prima quidem
Q̄ quattuor sunt ecclie fundatorū | ex parte
Deā ex parte inhabitatoris | funda
Ecclia ex parte dispensacionis | cionis
Mīta ex parte gubernacionis | xpus
Unita ex parte intercessionis | eum fū
dauit eccliam sup seipm. Unde hāc
eum petram .i. xpm edificabo ecclam
meam Mt. 16. Unde Aplus paulus
dicit .j. ad Cor. 3. Fundamentu aliud ne
mo pt ponere pt id quod positu est
quod ē xpus ihus. Cristus aut dt
de seipo Joh. 14. Ego sum via veritas
et vita / si ergo veritas errare nō pt
et ecclia fundata est sup veritate
videtur q̄ in hijs q̄ ad salute ptinet
xpus ea errare nō pmittat. Et hāc
rōne psequitur diffuse Cris in quodā
sermoē de spu sancto vbi int' cetera dicit
sic. Multu deo ecclia cara ē nō in
muris fundata ß in fide circūscripta.
Et ipemet Saluator dicit Mt. 16.
porte inferi nō pualebunt aduersus
eā. Unde Cris ibidem hoc pertractās dicit
No sup hominē ß sup fidē edifica
uit eccliam suā porte aut inferi nō
pualent aduersus eā q̄ nec tirani nec
heretici. Unde dicit ibidem q̄ facilius
celum extinguere pt vl' terra perire q̄ ecclam
malum pati. Et pbat p illud textu ce
lum et terra transibunt vba aut mea nō
pteribunt Mt. 24. Illud aute ē q̄ma
xime malum error est. Cōpbat etiā p
racione / q̄ celu et terra ppt eccliam et
nō econtra. Istā racionē tangit Bnh9
sup Cant. sermone 19. pertractās illud
Cant. 3. Tenui eā nec dimittā donec.
No defecit fides de ecclia venerunt
flumina flauerunt venti et inpegerunt
in eā et nō cecidit q̄ fundata erat
sup firmā petram. petra aut erat
xpus. Unde ita in eo fundata ē ut
dicit Aug9 cōtra Epls fundament. q̄ nō
crederet ewangelio nisi eū ad hoc ecclia cō
moueret. Et Bnh9 in eodē sermoē dicit
Itaque nec vbositate phorum nec cauil
lacionibus hereticorum nec gladijs pse
cutorum potuit ecclia aut poterit
aliqn̄ separari a caritate dei q̄ est
in xpo ihu adeo fortiter tenet

a

que diligit aia sua Adeo illi ad-
here deo bonu est glutio bonu e
ait ysaias Sumd hoc tenacius glu-
tino quod nec aquis eluit nec vet
dissolvitur nec scinditur gladijs
denique aque multe no potuerunt
extinguere caritate Tenui eu nec
dimittam Et sicut patriarcha no te dimit-
tam nisi benedixeris michi Ita
ista eu no volt dimitte et forte
magis qz patriarcha Idem volt qr
nec p benedictione quidem Siquidem
ille benedictione accepta dimisit eu
hec aut no sic Nolo inquit benedicto-
nem tua si te Sumd eu in est intelo
et ait quid volui sup terra no di-
mittam te nec si benedixeris michi Te-
nui nec dimittam nec minus ille
forsitan teneri volt cu phibeat
dicens Delicie mee esse cu filijs ho-
minum quoque pollicens ait Ecce
ego vobiscu omnibus diebus usque
ad consumacionem seculi Sumd hac co-
pula fortius que vna duorum adve-
hementi voluntate firmata est Te-
nui inquit si michilominus teneor
abeo cui alibi dicit Tenuisti ma-
nu dexteram que tenetur et tenet
Sumo ia tadept Tenet fidei firmi-
te Tenet devocionis affectu Et neque
diu tenet si no tenetur Tenet
aut potencia et misericordia domini Tenui
eu nec dimittam Et ecce in sermone
68 sup cant ubi exponens illud cant
dilectus meus michi et ego illi dicit
sic Et adimale e quod illius intelec-
ista ut qz propria vendicat dicens
dilectus meus michi Nec eo contenta
tu pagit amplius gloriari vide se
illi qz exequo more gerere vicissitudine
vicem Sequitur eni et ego illi In-
solens verbum et ego illi nec minus inso-

b

lens dilectus meus michi nisi
quod utroque insolentius utriusque sunt
Qz audet aut puerum et constra
bona et fides no ficta michi insit
intendit Ita ne huic intenta e illa
maiestas cui gubernacio pertinet et ad
ministracio vniversitatis incubit et
cui ~~illa maiestas cui~~ seculorum ad sola
transfertur negocia ymo etiam amoris
et desiderij huius Ita plane Nempe
eni ecclesia e electorum de quibus aplus
Omnia inquit propter electos Et cui
dubium quia gratia et misericordia dei sit in
sanctos eius et respectus in electos
illius Ergo prudentia celestis crea-
turas no negamus curam sponte
vedita sibi Nunquid de bobus cura
e deo nec dubium quin id possimus
dicere de equis de camelis de ele-
phantibus et de cunctis bestijs terre
Similiter et de piscibus maris et de
volatilibus celi Postremo de om-
ni re que e sup terra solis sane exceptis
filiis hominum de sollicitudine mea presu-
mentes in eum quia ipsi cura e de nobis
Annon tibi videtur veluti hijs
verbis dictum intendite illi quia ipse
intendit nobis et observa aplum
Petrum eius eni verba sunt Si no
tempore et verbo sponse observavit or-
dinem Nempe no ait omnem solli-
citudinem meam proicientes in eum
ut sit ipsi cura de nobis Et quia
ipsi cura fiet de nobis aptare presu-
mens ecclesiam sanctorum no minus quam
delicta Et ergo primus delicta fuit
constat adeo no ptime de verbo quod
de bobus dixit aplus Nam curam
illius habet qui dilexit illam et semet
ipsum dedit pro illa Nonne hic e eius
excitat tum cura e supernorum cure
gregum prelata e denique illis ex-
positus pastor descendit ad ista

quesiuit diliget inuetta no rediret
xit Bz reportauit noua ad illa
et de illa intulit celis festa gau
diorum pplus angelorum ciuitatis
ad solempnitatem q9 Bs ppriis h'ue
ris dignatus e illa reportare et
cura illius no habebit Qo· no
confunditur dns sollicitus et inci
net se existimat cerc ad dicit
solucy Dns retribuet pme et si
quid e aliud q cura dei circa
ipsam significare videat' Jnde
e q dom sabaoth dilectu suu dt
et eu q antiquitatem indicat cum
s' intende indicat gslatur Quid
ne glectur, audiuit illud dicente
sibi nuq mr pt oblimsti ut no
misereatur filio uteri sui, et sil
la oblita fuerit ego no obliuiscar
tui Denique oculi domini sup iustos
Et quid sponsa nisi congregacio iu
storum Quid ipa nisi generacio queren
ciu dom quer entiu faciem sponsi
sponse cum ille hunc z no ista ille
intendit pptea vtrumque ponit dicens
Jlle michi et ego illi Jlle michi
q benignus et misericors e ego
illi quam no sum ingrata honori Jlle
saluti mee et ego illius voluntati
Jlle michi et no alteri quam vna su
columba eius Jlle michi gratia ex
gratia ego illi gratia pro gratia Jlle
mee liberacioni ego illius honori
Ego illi z no alteri no enim audio
voces alienorum neque acquiesco dice
tibus michi ecce hic e xpus, aut
ecce illic est hic e eccla ¶ Secunda
ratio sumitur ex parte inhabitacionis d's
eum inhabitat ecclam Vnde Apoc
21· Cum vidisset ihus iclm ciuitatem
sanctam descendentem de celo a deo parata
·i· ecclesiam militatem Statim audi
uit voce magna de Throno dicente
Ecce thabernaculum dei cum hominibus et
habitauit cum eis et ipi pplus eius erunt
et ipe d's cum eis Deus aut verax ois
ho mendax sicut dicit aplus Ad Ro· 3·
Et hac racione videtur tangere Aug
in Enchiridion c 52· querens quare in
simbolo statim p9 commemoracionem sancte
trinitatis sequitur articulus Credo in
sanctam ecclam catholicam dicens Recta
confessionis ordo poscebat ut trinitati
subiungeretur ecclia tanquam habitatori do
mus sua et ideo templum suum et condi
tori domus sua ciuitas Jstud eciam tangit
Aug supp ps 9· sup illo vbo psallite
dno q habitat in syon dicens dns habitat
in syon que interpretatur speculacio et ge
stat ymaginem eccle que nunc e sic
velim gesta ymaginem eccle que fu
tura e ·i· ciuitas sanctorum iam angelica
vita fruentium Jerlm enim interpretatur vi
sio pacis Subdit Si dns ergo habitat in
syon in priam q nunc e ecclam nisi eum
inhabitet nec in errore quantumcumque
studiosissime sit eius speculacio Ergo
ppter hoc q inhabitat no vadit in erro
rem Quod aut inhabitat pbat Aug
p duos textus Primo p illud Ad Cor 3·
Templum dei estis vos et spus dei habitat
in vobis Scdo p illud ad eph 3· Jn interio
rem hominem xpm habitare p fide in
cordibus vris ¶ Tercia racio e racione de
sponsacionis Cristus enim desponsauit
ecclam Vnde ad eph 5· Cristus dilexit
ecclaz et semetipsum tradidit p ea ut
illam sanctificaret mundans lauacro aque
in vbo vite ut exhiberet s' ipi gloriosam
ecclam no habente maculam aut rugam
aut aliquid huiusmodi s3 ut sit sancta et
immaculata Quo aut xpus ita di
ligeret ecclam si pmitteret eam fornicari
et errare in hiis q ad salutem ptinet

a

b

nec quo ipa manet vgo immaculata
sine macula seu ruga si habet macu
lam et rugam errorum in suo intellectu
et in suo iudicio Et hac racionem vide
tur tangere Crisostomus in sermone pal
legato dicens eam licet virum filii homines
nuptie virginitatem dissoluant, apud
spirituales autem nuptias non primo invi
olata verum commutator xpus mere
tricem ex gentibus accepit ecclesiam
et virginibus castiorem efficit Et istam
racionem etiam videtur tangere Ambrosius
in suo exameron li. 4. c. exponens
illud quod ps. cui fecit solem in
potestatem diei lunam et stellas in pote
statem noctis dicens sic splendore haud
locum de xpo et ecclesia videtur accipe
Ecclesia enim sicut luna sua habet tempora perse
cucionis et pacis Nam videtur sicut
luna deficere tamen non deficit obumbrari
potest sed deficere non potest Et ibidem c. 20.
pertractans illud Cant. 6. Que est ista
que progreditur quasi aurora consurgens
pulcra et luna electa ut sol dicit sic
merito Ecclesia sicut luna dicitur que toto
seculo refulsit et tenebras huius mundi
illuminans dicit Nox precessit dies autem
appropinquavit etc. Et subdit Hec est vera
luna que de fratris sui sole lucem perpe
tuam scilicet xpo lumine scilicet immortalitatis
veritatis et gracie mutuatur Fulget
enim ecclesia non suo sed xpi lumine, et
splendorem veritatis et gracie scilicet accersit
de sole iusticie ita ut dicat Vivo autem
iam non ego vivit autem in me xpus etc.
ad Gal. 2. Et Aymo super illo verbo
Apok. 21. Civitas in quadro posita est
dicit sic Bene ecclesia in quadro
est posita in modum scilicet quia est robusta per
fidem, longanimis per spem, ampla
per caritatem, efficax per operacionem Terciana
racio sumitur ex parte gubernacionis
ecclesia enim gubernatur per spiritum sanctum
qui est spiritus veritatis Joh. 17. et docet
omnem veritatem Joh. 16. Et Crisostomus
super Mt. 16. Habemus pro mari mundum
pro navi ecclesiam, pro velo penitenciam, pro gub
naculo crucem, pro nauta xpum,
pro vento prospero spiritum sanctum Et hoc
idem deducit Ambrosius in quodam ser
mone suo pertractans illud ps. 30. Ta
sunt nuncii difficilia etc. Tamquam na
vis in medio maris dicens sic Na
vem denique dei ecclesiam debemus
accipere que crebris ventorum flatibus
et aquarum fluctibus scilicet temptacionum
plagis et verberibus fatigatur, quamquam
turbidi fluctus scilicet huius seculi potestates
conantur ad saxum perducere Et si im
darum flatibus aut procellis sepe
vexatur tamen numquam potest excarceris nau
fragium sustinere quia in arbore eius scilicet
in cruce xpus erigitur, in puppi eius
scilicet in posteriori parte pater deus presidet
gubernator Proram vero eius scilicet porre
ctem paraclitus conservat spiritus Hanc
etiam per angusta huius mundi freta duo
decim remiges ducunt scilicet 12. apostoli, et
filii nunc prophetarum Et ibi deinde
dicit quod quia absque navi extra esse erunt
umbra Hebrei perierunt etc. et multa alia
ibi Item Crisostomus in sermone supra alle
gato et dicit, quod ecclesie plantaria mar
cescere non possunt nec amittere folia arbu
sta eius quia eam spiritus sancti gubernat
gracia Item glo. et est Ambrosius super illo
verbo ad Coll. p°. Et ipsum scilicet xpum de
dit caput corporis ecclesie, dicit sic Ipsum
dicit caput xpus corporis ecclesie quia
se habet ad ecclesiam sicut caput ad
corpus, providet enim ecclesie et regit
eam Quarta racio sumitur ex parte inter
cessionis xpus enim orabit pro petro

luc. 22. ut no deficeret fides sua dcd'
dictu e aut petro dr de se et de
successoribus suis Sicut apparet
4t. 16. de collacoe clauium Ecclia
aut triu(m)phans erat et valde solia'
ta est p ecclia militante Sicut de
claratu e sup aucte Bnh. smone 4a
sup cantic Et id dicit Aug9 in Enche
ridion c 23 ubi dicit q ecclia q
beata psistit pti sue pegnanti i
eccle militanti sicut opz opitulat'
qma utraq una erit cosorcio eter'
et nuc e una vinculo caritatis Bnh9
etia refert de Malachia q in mor
te dixit fratribus habete mem'
mei et ego vri si licuerit no obli
viscar [struck] Licebat aut Credidi
eni in deu z omnia possibilia sut cre
denti Amaui uos amaui dn et
caritas nunq excidit Istud etia pul
cre deduat Bnh9 in smone in vigi
lia aplorum petri et pauli Ambros
etia in libello suo de Abraha ptriar
cha dicit Sanctorum et iustorum fides
nos suat ipoz iusticia ab exilio
nos defendit Sodoma quoq si
habuisset 10 viros iustos potuit
no perire Gen. 18. Patet ergo q vol
intercessionis tam xpo q apt sua
reuerencia meruit exaudiri q ecc
cle triu(m)phantis q etia iustorum q s
in ecclia militante ipa ecclia mi
litantis ab errore psuat Ultio hr
videtur aucte Richardi in plogo
primi libri sui de trinitate dicetis sic
Ista causa multis tam magnis tam
miris signis et pdigiis diuinitus
confirmata existit ut qudus videa
tur demecie et infirmis ul aliqn
tulid dubie te unmera itaq mirala
et talia que no nisi diuinitus fieri
put in hmoi nobis fide faciunt et

dubitare no sinut Utimur itaq in
corid attestacione signis p argumetis
pdigiis p experimetis Sicina atte
deceat iudei utina ami aduntent pa
gani cid qnte cosre securitate phat
pte ad diuim iudicium potius attede
none cid omni cofidencia do dice po
terimus dne si error e ate ipo de
cepti sumus Nam ita ista in nobis
tatis signis et pdigiis cofirmata st
et talibus q no nisi pte fieri put
et ite in magne sacti vl vris sut nobis
edita et ad summa et autetica atte
stacione pbata Tempo cooperante et
sermoe cofirmate sequentibus signis
quod pfecit fideles mori potius q
fidem abnegare ul huius fide no pbe
patiores existat Cofidentes igitur
q ds no pmittet nos in hoc errare
adistius canonizatorum precedentes Sermo
cipimet duo yuonis oratione funda
mus dicentes sic quod dicebat Istud
Bnh9 Odo Malachie in fine smonis
Oremus ergo sic O yuo festiuitas · Oro ad s. yuonem
qua merito vtutibus tuis votiua
impendimus ponimus tuis nobis [struck]
efficiatur meritis et pabulis salutaris
Solia sanctitatis tue q a nobis recepta
e sic erit nobis digne iocunda si fue
rit fructuosa Liceat nobis aliquas
retinere reliquias de fructibus spiritus
quibus onustus astendisti q in tuo
hodie tam delicioso conuiuio cogita
mur laudamus et exultamus Esto
nobis qsumus alter Moyses ul alter He
lias in partes de tuo spu in nobis
respondisquidem spu et vtute recisti
Uita tua lex vite et disciplie Mors
tua mortis portus et porta vite
Memoria tua dulcedo suauitatis et concu
piscencia tua corona glorie in manu dni
dei tui O Oliua fructifera in domo

a

dei O oleum letitiae unguens et lu(m)e
fontes bustis coruscans miraculis
fit nobis omnibus quas sueris lucas
suauitatibusque ꝑtiapes. O odorife
rum lilium in eternum ante domini ger
minans et florens / et ꝓgenus vbi
que uiuificum suauitatis odorem
cuius apud nos memoria in bene
dictione est apud superos ꝑuia
in honore da cauentibus te tuae
plenitudinis ꝑticipio non fraudari
O luminare magnum et lux in te
nebris lucens signorum radijs et
meritorum exemplis illuminans curiarum
ecclesiasticarum ciuitate / fuga de cordi
bus nostris tuis ꝓtutum splendoribus te
nebras errorum atque viciorum O stel
la matutina eo ceteris clarior quo
dici uicinior / sol splendor dignare
ꝑire nobis ut et nos in tuo lumine
ambulemus quasi filij lucis et
non filij tenebrarum O aurora die
scens super terram sed superiores celi pla
gas luce meridiana ꝑlustrans re
cipe nos in consorcio luminis quo
illuminatus et foris luces et intus
suauiter ardes ꝓ pietate domino nostro ihesu
xpo qui viuit et regnat cum deo
patre in unitate spiritus sancti deus ꝑ
omnia secula seculorum Amen

Sed quia spiritus sanctus specialiter regit
et illuminat ecclesiam / ideo ipsum specia
liter inuocemus dicentes Veni crea
tor spiritus (quo completo et oratione
Deus qui corda fidelium Ad cuius ca
nonizationem procedimus in hunc modum
Ad honorem dei omnipotentis patris
et filij et spiritus sancti. et exaltationem
fidei xpiane et religionis augmentum
Auctoritate ipsius dei omnipotentis patris
et filij et spiritus sancti. et beatorum

Canonizatio sancti Juonis. qui fuit doctor iuris. et solus inter omnes modernos iuristas sanctus reputatur. fuit sancte vite et pauperum aduocatus.

b

Petri et Pauli. et nostra et de fra
trum nostrorum concordi consilio decernimus
et diffinimus bone memorie dominum
Yuonem Helory quondam presbiterum Tre
corensis dyocesis sanctorum catthalogo
asscribendum et tanquam sanctum ab omnibus
esse venerandum ipsumque dictorum sanctorum
catthalogo asscribimus Statuimus
ut ab uniuersali ecclesia in die obitus
sui scilicet 19. die mensis Maij festum
ipsius anno quolibet et officium sic
pro uno confessore non pontifice deuo
te et solempniter celebretur Insuper
eadem auctoritate omnibus vere penitentibus
et confessis qui in die eleuationis cor
poris sui et etiam in die qua ibi
primo de eo festiue celebrabitur
in ecclesia in qua fuerit / septem annos
et septem quadragenas et in octa
uis et post octauas dicte eleuationis
et prime solempnizationis singulis
diebus vnum annum et vnam quadra
genam Et qui annis singulis ad
sepulcrum eiusdem in die natiuitatis
sue uel etiam in die eleuationis sue
deuote accesserit vnum annum et
.xl. dies Accedentibus vero annis
singulis in octauis uel infra octa
uas dictorum festorum ad sepulcrum
ipsius centum dies de iniunctis peni
tentijs misericorditer relaxamus Post ea
dicatur Te deum laudamus Et
oratio que est facta pro deum
dicatur confiteor et fiat absolu
tio more solito et indulgencia
septem annorum / et septem qua
dragenarum detur Et postea
induemus nos et celebrabimus
missam de eo Domini re
vesta Archiepiscopi Collatio

Ante oculi respiciunt totius israel
ut indicet eis qui sedere debeat in solio

Verba sunt Bersabee ad regem
dauid postulantis regnum filio suo
salomoni Et habentur in Registro
.1. c. In quibus quidem verbis altis-
simi adiutorio inuocato breuiter duo
considero Primo primus apostolice sedis
super vniuersa singularem eminenciam
Secundo eiusdem sacre sedis inspiciendam
rectoribus diligenciam et sollicitudinem
exactissimam Primum tangitur cum premit-
titur In te oculi respiciunt totius
israel Secundum autem additur vt indices
eis qui sedere debeat in solio De
primo Quante eminencie prerogatiue excel-
lencie et conueniencie hec sancta sedes sit et
quantus respectus per vniuersos ad eam haberi
debeat declarare et demonstrare superfluum
omnino supervacuus laborat impedit
qui solem facibus credit adiuuare
vt dicit Canon .6. q. 1. Ex omnia
Cum hoc configuratur sit ut patet Tempore po-
archee Noe hanc sacram sedem figu-
rantis Gen. 6. c. Et transsumptiue in
Can. 24. q. 1. Luna ex sole prophetatum
vsa .e. c. et transsumptiue in c. 9. q.
in aliorum in fine De qua sacra sede
patriarcha federis representata prophetice
ibidem dicitur Cum hec sinuliat adamus fugiens
auxilium et relinquentes gloriam meam
et doctrinam sit .9. q. 3. Cuncta per mundum
et principale Postremo etiam ore
ipsius domini confirmatum Mt. 16. c. vbi
dicitur Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam Et transsumitur in
Can. 24. q. 1. Loquitur dominus Et .26.
d. in nono Et tamen ea tamquam notis-
sima non obmittenda Hec est illa sedes
que dicitur edificata super firmam petram que
vnica columba appellatur, que spon-
sa pulcra sine ruga et macula et
ortus conclusus, et puteus aque
viue et paradisus cum fructu pomorum

que clausos recipit etc. Et pulcre
prosequitur Can. 24. q. 1. Omnibus consideratis
Hec est illa sedes in qua sola incorru-
pta patrum seruatur auctoritas Hec enim
sol oritur in facie Hec lux mundi, sal
terre. vasa aurea et argentea, extra
eam testea vasa virga ferrea et non operate
mendica et obrupta Stultorum frumen-
ta annonosque degenerant Hec Idem het
24. q. 1. Cum vetus oriens in se populo-
rum collisus Et ipse hic pater sanctissi-
mus huius sacre sedis presidentis dauid
cum manu fortis dicitur et hic ex potestate et
magnificencia omnia ut scribitur .1. Pal. 29.
Tua est enim domine magnificencia potencia
et gloria atque victoria, et tibi laus
Et .3. Reg. 4. c. Et transsumptiue .8. q. 1. Vox
Vniuersa terra desiderat vultum salomonis
ut audiat sapienciam eius Merito ergo
oculi totius israel respiciunt et respicere
debent ad S. v. eidem humiliter obediendo
scilicet et annuntiat eiusdem et salutaria mo-
nita prompte et lete suscipiendo Vt dicitur
in Can. 19. di. In memoriam beati petri
Hinc est pater sanctissime quod nuper emanata
tibi v. S. beatis principibus electoribus
toti israel et populo fidei directis in quibus
processus predecessorum vestrorum renouabatur
et ducissime per S. v. aggrauabatur
contra Bauarum scismaticum dictum et
hereticum ac fautores suos Ex quibus cla-
re innuebatur quod summe placet v. S. quod
principes ad quos de iure et antiqua et
approbata consuetudine spectat potestas
eligendi Romanorum regem in im-
peratorem promouendum ad electionem
eius qui ydoneus catholicus et ecclesie
dei deuotus sit procedent Quibus
lectis cum reuerencia qua decuit receptis
facta est leticia magna in populo Vt
habetur .1. Machab. 9. c. Luna quasi noua
lux visa est oriri eis honor gaudium
et et tripudium Hest. 8. c. Ex desiderio

magno Imperatoris catholica q̄ eciã
facte communione promotione et concor
dia hr̄e / qr de tali concordia gaudet
ulterius et gliatur in membris suis
ut dicit Cap. 9. q. 3. archiepiscopus Cum
absentia enim Imperatoris catholici gu
ta picta aiarum, dampna rerum et alia
quamplura incomoda obuenerunt et obue
nerunt, hoc efficax in quia rerum expe
rientia edocet / quia et ipsi principes
in decreto suo . . v. directo notificant
hijs igitur diligenter consideratis r̄de prin
cipes et venerabiles patres et domini Baldewinus
Treueren Gerlacus Maguntinensis / et
Walramus Colonien Archiepiscopi / ac
Illustres et magnifici principes dominus
Johannes rex Boemie quondam digne me
morie Et dominus Rodolphus dux Sa
xonie penes quos plenum ius et po
testas eligendi romanorum regem in
imperatorem promouendum in illa vice
integraliter residebat certum locum . . v.
Reense situm super aluco Reni vbi an
tiquitus consueuerunt principes electores ad
tractandum de electione Regis in Imperatorem
promouendi conuenire et tempus vj. xj. die
mensis July proxime preteriti tunc super
electionis tractatu quam super ipsa electione
celebrianda prefixerunt vocatis legitime
omnibus quorum interat uel interesse po
terat quod de iure aut de consuetudine
ad electionem eandem ~~conuenire~~ debeat euo
cari Tandem pluribus eisdem prefatis lo
co et tempore super electionis negocio pro
nalie conuenientibus considerantibus et
cognoscentibus eis ut in decreto eorum
plenius continetur per longum tempus ro
manum Imperium vacare et vacasse pre
missis diligenter tractatibus diuersis ad
habitibusque adhibitis ceremonijs et solemp
nitatibus debitis consuetis et oppor
tunis ad electionem regis canonice rite

et recte processerunt Deique nomine
inuocato personam serenissimum principis
dominum et dominum mei Marchionis Mo
rauie tunc exaltata regali et imperiali
prosapia legitime geniti zelatoris fi
dei catholice et ecclesie sancte deuotissi
mi / virtutibus et moribus ornatis
simi rebus bellicis ac milicia stre
nuissimi elegerunt Electioneque de
eo facta clero et populo ibidem presentibus
prout moris est solempniter publicarunt
Ex aut exalta prosapia idem dominus Ka
rolus electus in regem sit In primis
libet tuisfancie linea paterna Carna
ut nouit . v. . domini Johannem dignis
memorie Rege Boemie illustre
patrem habuit Auum bone recolende
memorie domini Henricum Romanorum
Imperatorem victoriosissimum qui ex do
mo clarissimorum Comitum lutzemburgen
et ducum Brabancie et lymbur
gie Comitum Flandrie Hanonie
Selue ex pluribus alijs alans ~~na~~
~~~~ generacionibus processit Ex linea
uero materna ex serenissima Regina
Boemie honestissima domina genitus
est que patrem excellentissimum prin
cipem domini Wenczeslaum regem Boe
mie habuit cuius pater erat Otta
carus potentissimus Boemorum Rex
qui dux Austrie Stirie Carintie
Carniole et multarum terrarum prin
ceps et dominus erat Cuius progenito
res ex radice et stirpe Beatissi
mi Wenczeslai patris Boemorum
quondam ducis et patroni descen
derunt Et sic eius generacionem admi
rans tam lata et sedium genus terreni
sedis alta primo et beatum ut ostensum
sum est possum dicere illud quod scri
bitur Ysa. le. c. generacionem eius quis
enarrabit Certitudine xpiane
fidei fit zelator iste gloriosus clarus
~~~~

vitate dicendo experiencia didici
quia in fide catholica constantissimus
contra hereticos scismaticos et supersticio-
sos quoscumque semper fuit. In confes-
sionibus oracionibus ieiuniis et elemo-
sinarum largicionibus ac sanctissimi
dominici corporis percepcione frequentissi-
mus. Illius christianissimi Karigil-
li iuvenis regis fidei et morum per
omnia sectator et imitator que sum-
me commendat Causa 23 q. 1 c. ultimo.
Imo librum fidei id est textum sacre scrip-
ture adinstar illius eunuchi de quo
habetur Actuum 8 c. secum quocumque
ierit defert. Attendens id preceptum
Deuteronomii 17 c. ubi mandatur cetera regi pa-
rituro quod cum sederit in solio regni
sui describat sibi deuteronomium legis
accipiens exemplum a sacerdotibus le-
vitici generis legetque illud omnibus
diebus vite sue ut discat timere domi-
num deum suum. Et huic alludit Institu-
ta in prohemio ubi dicitur Imperatoriam
maiestatem non solum armis decoratam
sed et legibus oportet esse armatam ut utrum-
que tempus pacis et bellorum recte
valeat gubernare. Sancte vero devo-
cionis ad ecclesiam statum et eius
ministros sit testibus non indiget.
Cum in Q. v. provincia Pragensi opera
eius ~~pliss~~ piissima hoc de eo ma-
nifeste clamitet et pronunciet et in-
ducit quod ecclesiarum desolatarum et mo-
nasteriorum collapsorum restaurator
et reformator egregius est, immo
de novo dator et fundator. Nam
novissime honorabile collegium ca-
nonicorum et clericorum sollempne in ho-
nore omnium sanctorum in castro Pragensi
construxit cui copiosissime in bonis
possessionibus tam mobilibus quam immo-
bilibus providit. In ecclesia vero metro-
politana Pragensi ministros quosdam qui mansio-

narii dicuntur sancte marie, tam in
numero personarum quam facultatibus rerum
magnifice augmentavit et de novo
dotavit. Et insuper coronam regalem auream
miro decore gemmarum et valde pre-
ciosarum circumdatam capiti sanctissimi
Wenceslai martiris imponendam
valoris plurium milium florenorum pro ec-
clesia v. Pragensi ecclesie donavit. Et alia
quamplura pietatis opera ibidem et alibi
exercuit et frequenter exercet. In quo bene com-
pletur quod in Causa scribitur 96 di. Boni
principis, ubi principis ac religiosi (marginal: v dicitur co)
est ecclesias contritas atque confractas re-
staurare novasque edificare et dei sa-
cerdotes honorare atque tueri. De co-
nversacionibus autem eius et moribus non minus
tum sanctitatis v. vita cum isto sancto col-
legio ipsius in minoribus constitutum suf-
ficienter agnovit. Militia eciam strenuissi-
mus ut supra dictum est. Nam eo adhuc
in tenera etate constituto bellum apud
Sanctum Felicem in Lombardia personaliter
interfuit in quo et militaris glorie
triumphatus. Precedente vero tempore patriam
ab hostibus fortissime protexit, contra
Sarracenos in Prussia, pugnas
strenuissimas et notabiles quamplu-
mas exercuit, ecclesias oppressas de fau-
cibus hostium viriliter sepissime eripuit
ut inter cetera manifestum est. Cum
etiam Aquilegiensis opprimebatur graviter
a Comitibus Goricie et quibusdam aliis
molestatoribus et oppressoribus eiusdem,
specialiter per dominum patriarcham Aquilegiensem
communiter invocavit brachium adiutorii
istius gloriosi electi, qui statim relictis
omnibus personaliter venit hostes fu-
gavit et ecclesie tribulacionibus subvenit
adinstar fortis preliatoris qui intra
castra teneri voluit. Sed et canones ca-
pud quesunt de quo in Causa 1 q. 1 c. adu-
nati. Et vere in eo hiis omnibus diligen-

cōsideratis sub epilogo impletur
illę q scribitur .1. re. 16. c. vbi d. Ecce
vidi dauid bethleem ite filiu psal
lentem psallere et fortissimu robore et
viru bellicosu et prudente in verbis
et pulcru nimis et dns ē cu eo/ et
sic concludit de primo scilicet de singulari
eminencia ap. sē. sup vniuersa q prin
cipes electores ad exhortacionem aplicam
et informacionem singularit' oculos suos
in .R. v. defigentes ad electionem deq
sup' put eorum iuris et moris est
processerunt ¶ Secundo tangebatur eiusdem
sancte sedis in pficiendis rectoribus di
ligencia et solicitudo exactissima
cum dicebatur Vt inducas eum q sedere
debeat in solio Cuius cura cum uni
uersi ppli comissa a dno sit beato petro
aplo/ et in sui psona successoribus
suis Romanis pontificibus Joh. 21. c. vbi
d. Si diligis me pasce oues meas
cum singularius et specialius intersit
huius sancte sedis diligent' intueri q
in ipo grege sibi comisso reges in so
lio regali sedeat/ quo pplm dei re
gant cum ipis regibus et ducibus
ipi ppli subditi et subiecti sint ut
habetur .1. pe. 2. c. Quanto forcius atten
dat hec sancta sedes psona que ad re
gendum et gubernandum Romanum imperium
pficitur et q sup oes reges est .d.9.1.
tur app. et aduocatus et defensor
ecclie sit et esse debeat/ et ab eodem
inungatur consecretur et coronetur Vt
habetur ex decretali venerabilem Promissa
igitur tamq deuotissimus sancte matris
ecclie filius inclitus princeps dns me
us dns Karolus electus in romanorum
regem pductus semp augustus solempniter
electione de eo celebrata eademqz
electioni pcedit debito et legittimo ad
hibito consensu dnos istos et me suos

nuncios speciales et procuratores legittimos
ad .S. v. pro suis et imperii negociis
specialiter destinauit petens reuerent'
quod et nos suo et principum noie
reuerent' petimus qtus deuocionem suam
et filialem reuerenciam quam erga nos
et sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem suam sin
ceris affectibus gerit dignemini
suscipere graciamqz vram et fauorem
impertiri Eidemqz munus sacre
vnccionis et consecracionis dyade
matqz seu corona p sacratissimas
manus vras loco debito et ita
hora assignari fauorabiliter et
celeriter conferre et impendere dignemini
Et non sine cā dico celerit' quoniam no
uit vra sanctitas qr aduersarius
sancte sedis et tocius fidei ille frau
dis conucta petrus scandali baua
rus hereticus non dormit ymmo qr
leo rugiens circuit querens quem
deuoret .1. pe. 5. c. Et assumptum
Cau. 3. q. 1. Nulli dubium ē quo
ista sanctam ecclesiam quantum in eo ē
de nouo confundat/ quo inconsutilem
dni tunicam scindat/ quo alios sua
lepra et pfidia inficiat et inuol
uat et gaudet si aliq morula
aliq lentitas quod absit/ aliquod
incordinatum interuallum aut impedimentum
uel obstaculum in hoc sancto negocio
interuenerit Exurgat igitur vra
reuerenda sanctitas/ et huius tam mor
bosis et periculosis occurrat viasqz
precludat/ qr ubi maius periculum
ibi procul dubio cautius ē agendum
Huiusqz Serenissimi electi sui ne
gocium comodum et honorem vniuer
salis ecclie ac tocius fidei indu
bitat' concernens pro motionibus consi
liis et auxiliis graciis et fauoribus
diligenter et utiliter dirigat et prose

quatur Cuiqz et nobis in sua p
sona dicetis quod dixit dns de
dauid .1. q. a. Regis xiij Inve
ni hominem secundum cor meum et qd
scribitur .1. Re. 16. c. Stetit in dauid
conspectu meo Invenit enim gratiam in
oculis meis Quam gratiam siue
vive concedat dns in conspectu eius
uiuificatis tandem in conspectu triumphat
cum omnibus nobis qui est benedictus
in secula seculorum Amen Approbatio
Karoli Imperatoris

Salomon sedebit sup
solium meum et ipse
regnabit pro me illi
qui praecipiam ut sit dux sup israel
3. Re. 1. Sicut audiuistis nup p
Archiepm Pragen proponendo nego
cium carissimi filij mei karoli in
Regem Romanorum electi, fuit nob
porrecta quedam supplicatio, facta
vna interrogatio sup hijs verbis In
te oculi respiciunt totius israel ut
indices eis qui sedere debeat in solio
Et quia ista interrogatio non est digna
reprehensione non est digna irrisione
non est digna refutatione, sed magis
est digna commendatione et exauditione et re
sponsione Ideo dicetis quod dicebas
quod dicebat Jeremias propheta 42 c.
Indicabo uobis nec celabo vobis quicquam
Dico per responsione verba thematis
passupta Salomon sedebit etc Que
verba fuerunt dicta p dauid cui
facta erat interrogatio nup p archi
epum proposita Salomon qui sedebit etc
In quibus verbis tanguntur quatuor que in ali
quo nouo assumpto consueuerunt attendi videlicet
Attenditur enim condicio persone que assumitur De
Status ad quem prefatur scribi
Persona per quam erigitur tur
Causa propter quam prefitur uel ad effectus ergo
hic

primo persone assumende ydoneitas
et sufficiencia quia Salomon
Secundo cathedre assequende nobilitas et
excellencia qui sedebit super solium meum et ipse regnabit pro me
Tercio promouentis persone auctoritas
et eminencia quia illi quem precipiam
Quarto cause consequende vtilitas et ef
ficacia quia ut sit dux sup israel
Est ergo promouendus conueniens di
gnus et abilis quia Salomon
Est status eminens clarus et nobilis quia
ipse sedebit sup solium meum et ipse regnabit pro me
Est promouens excellens celsus sublimis
et celebris qui illi quem precipiam
Est fructus expediens decens bonus
et vtilis quia ut sit dux sup israel
Sic hodie intuemur persona nostri electi
graciose et conuenienter comparata Salomon
gloriose et eminenter collocata qui sedebit super so
lium meum et ipse regnabit pro me
Operose virtuose racionabiliter et irre
fragabiliter approbata qui illi precipiam approbando etc
fructuose et utiliter sublimata
qui ut sit dux super israel
Comparatur ergo graciose propter premium
singularis et conformis similitudinis conueniencie
et condicionis Salomon ad se
Collocatur gloriose qui assumitur signum
regalis atque Imperialis excellencie
et dominacionis qui sedebit super solium meum et ipse regnabit pro me
Approbatur virtuose propter iudicium
papalis sentencie et diffinicionis
qui illi precipiam se propter fructum
Sublimatur fructus experitate fi
nalis et salutaris presidencie et
gubernacionis quia ut sit dux sup
israel Dico ergo primo quod tu
genitur persone assumende ydoneitas et
sufficiencia Est enim conueniens et
abilis ut intueamur eius persona gracio
se et conuenienter comparatam propter co
mune singularis et consimilis conuenie

primo persone

a

et condicionis quia Salomon ad
cuius euidenciam considero quod Salomon
in aliquibus | Nost[er] ergo electus Salomoni
profecit | Comparatur in perfectu
excessit | Anteponitur in excessu
defecit | Preseruatur a defectu
Salomon enim perfecit in | Ut qui habeat
latrie magnitudine | in ordine ad
prudencie latitudine | Salomonem com-
iusticie rectitudine | plicem conformacionem
clemencie dulcedine | uel adequacionem ex-
Salomon autem excessit in | cessi et exce-
sapiencie limpitudine | dentis racione
habundancie opulencie et amplitudine | in primo adequatur
familie amplitudine | in secundo superatur
quiete et tranquillitate | in tercio superexcedit
carnis pulcritudine | commendatur
Set Salomon defecit in | Adequatur enim
luxurie et lasciuie turpitudine | in magnitudine
perseuerancie longitudine | latrie et de-
ydolatrie multitudine | uocionis in
rei bellice fortitudine | latitudine pru-
dencie et discrecionis in rectitudine
iusticie et distribucionis in lenici-
tudine clemencie et compassionis Su-
peratur autem | Superat
in limpitudine sciencie et cognicionis | autem eo
in plenitudine pecunie et possessionis | rum nacio
in amplitudine familie et ordinacionis | nis
in dulcedine quiete et pacifice |
Superexcedit autem commendatur
in pulcritudine coniugalis continencie et corporis
in longitudine finalis perseuerancie et duracionis
in celsitudine diuine adoracionis
in fortitudine corporalis et bellice ex-
periencie et exhortacionis Dico ergo
primo quod noster electus adequatur Salo-
moni in magnitudine latrie et de-
uocionis Sicut enim Salomon totus
fuit intentus ad edificacionem templi et
ornamentorum eius et gloriam ipsius
sicut dicitur 3 Regum 6 uersu usque ad octauum
capitulum inclusiue Sic noster electus sicut
predictus archiepiscopus declarauit tam

b

in fundacione noui collegii in clau-
stro Pragensi sicut in amplificacione mon-
asterii dei et beate virginis familiarum
in ecclesia Pragensi Sicut in specialium
pulcrima donacione et larga et
ampla donacione Et quod dimisit
archiepiscopus in noue ecclesie in re-
gno Boemie ad eius supplicacionem
ereccione per eius dotacione larga
redditum concessione et in Abba-
cia Scrapade Et in ecclesia Pragensi
precaria ereccione et subleuacione
ad ecclesiam metropolitanam et eciam
aliorum locorum religiosorum fundacione
et personarum ecclesiasticarum defensione
manifeste apparet ut merito dica-
tur de eo quod dicitur 3 Regum 6 Edifi-
cauit Salomon domum domino et con-
summauit eam Et videtur quod ista con-
dicio est inmobiliter necessaria in re-
ge maxime in imperatore promouendo
debet enim esse catholicus non scis-
maticus uel hereticus de deo et eius
gracia non de sua potencia confisus
quod pulcre dictum est Deuteronomii 16 ubi
dicitur sic Illum regem constitues
quem dominus tuus elegerit de numero
fratrum tuorum Non poteris alterius
gentis regem facere qui non sit frater
tuus qui postquam sederit in solio
regni sui describet sibi deutrono-
mium legis huius in volumine acci-
piens a sacerdotibus leuitice tribus
exemplar et habebit secum legetque
illud omnibus diebus vite sue
ut discat timere dominum deum suum et
custodire verba et cerimonias eius
que in lege precepta sunt neque eleuetur
cor eius in superbia super fratres suos
neque declinet in partem dextram uel si-
nistram Extra de eleccione venerabilem Nu-
quid si princeps non solum in discor-
dia sed eciam in concordia sacrilegum
quemcumque uel excommunicatum in regem

tirannum vel fatuum hereticum eligent
aut paganum nos tenegremur consentire
aut eorum ignorare huiusmodi debemus / absit
omnino Et videte verbum notabile quod
sicut eligendus est rex de fratribus
quod etiam constitui non potest nec per papam
nec per aliud nisi sit frater per fidem
quia si extra fidem est rex vel Im-
perator in populo israel fieri non potest hinc
dicit non poteris alterius gentis re-
gem facere qui non sit frater tuus Quo
ergo Ludouicus de Bauaria hereticus
manifestus sicut probari potest re-
gnare vel Imperare / certe nullo modo
Sicut in hystoria Thematis pas-
supposita Adonias filius Agith eleua-
batur dicens Ego regnabo et tamen
fuit dauid exclusus est a regno Et
Salomon filius Bersabee sublima-
tus est dicente dauid ipsi Bersabee
viuit dominus quia sicut iuraui Salo-
mon filius tuus regnabit post me
et ipse sedebit super solium meum pro me
Sic factum hodie 3 Reg. 1 Et expul-
so illo heretico Bauaro Iste Salomon
filius Bersabee id est filius ecclesie que
interpretatur puteus satietatis vel fons
septimus Et ecclesia eum et refrigerat
per oracula sacramenta et est fons septimus
per septem dona spiritus sancti Iste ergo
filius tuus sedebit super istud so-
lium et regnabit Et hoc factum est
hodie eum approbando et electionem
eius confirmando Et videte quod ipse sit
ita catholicus / ita deuotus / ita
ecclesie vinificus non solum est debet
ex successione quia a sanctis parentibus
et consimilia facientibus noscitur
descendisse Sed etiam debetur est ex
nomine quia Carolus Karolus autem ma-
gis deuotus et munificus ecclesie
quod Carolus magnus fuit apparet
hystorias intuenti Unde de eo

legitur quod videbatur est quod non posset
satis ecclesie dare Attendebat illud quod dicit
eo quod datur deo et ecclesie quecumque neces-
sitas est mensura sicut dicit ergo rex Sa-
lomon 3 Reg. 1. Secundo dico quod adequa-
tur in plenitudine prudencie et discre-
tionis Ad literam enim Sicut Salomon
fuit prudentissimus / sic iste valde
prudens est et discretus Optime enim
sicut prudens animus sat tempora dispensa-
re futura prouidendo presencia ordinando
preterita memorando / et ista eo dico est hic
necessaria principi prouerbia 28 dux
indigens prudencia multos opprimit
per calumpnia Ideo dicebat ipse Salomon
prouerbia 4 dicit sapiencie soror mea es
et prudenciam voca amicam tuam Et prouer-
bia 4 In omni possessione prudencie tua pru-
dencia acquire arripe illam et exalta-
bit te glorificaberis ab ea cum eam fueris
amplexatus dabit capiti tuo augu-
menta graciarum et corona inclita proteget
te Et ideo ipse Salomon 3 Reg. petiuit a
domino Cui dixerat ei postula quod vis
ut dem tibi Ut daret sibi cor do-
cile et intelligens ut possit iudicare
populum et discernere inter bonum et malum
Quod et deus sibi concessit hinc Ecclesiastes 1 dicit
dedi cor meum ut scirem prudenciam atque
doctrinam Tercio dico quod iste electus
adequatur Salomoni in rectitudine
iusticie et distribucionis Ad literam
enim sicut de Salomone dicitur 3 Reg. 3 in
fine Et audiuit omnis israel iudicium
quod iudicasset rex / et timuerunt
eum videntes sapienciam dei esse in eo
ad faciendum iudicium Unde ipse Sa-
lomon parabolas edidit ad sciendum
sapienciam et disciplinam et intelli-
genda verba prudencie et susci-
pienda erudicionem doctrine iusticiam
iudicium et equitatem Sic iste dicitur esse
valde iustus et in punicione malorum
et in premiacione bonorum et in distribucione

a

bonorum Ut de eo dicatur illud Iere. 23.
Regnabit rex et sapiens erit et fa
ciet iudicium et iusticiam in terra Et
ista condicio est inmaxime necessaria principi
Abhominabiles enim reges qui agunt
impie quia iusticia firmatur solium et
voluntas regum labia iusti Prover. 16.
Et eo Prover. 20. Rex qui sedet in solio
iudicii dissipat omne malum intuitu
suo Unde pulcre loquitur Job 36.
dicens non aufert deus a iusto oculos
suos sed reges in solio collocat in perpetuum
Iusticia enim elevat gentem miseros
facit populos peccatum Prover. 14. Et regnum
transfertur de gente in gentem propter iniu
sticias Eccl. 10. Ut merito sit sicut
ille Salomon cui dixit Regina Sab
ba 3 Reg. 10. Sit dominus deus tuus bene
dictus cui complacuisti qui posuit te
super thronum israel et constituit te regem
ut faceres iudicium et iusticiam ¶ Dico
secundo quod rex electus adequatur Salomoni
in teneritudine clementie et compassionis
Unde ipse Salomon dicebat Prover. 20. Cle
mencia preparabit vitam Et 16. In hy
laritate vultus regis vita et clemencia
eius quasi ymber serotinus Unde ysa.
16. Preparabitur in misericordia solium et sede
bit super illud in veritate in thaberna
culo david iudicans et querens iudicium
et velociter reddens quod iustum est Et
rex eciam electus dicere potest illud Job.
31. Ab infancia crevit mecum misera
cio et de ventre matris mee e
gressa est mecum Clemencia autem est
virtus summe necessaria principi Unde dicit
Salomon Prover. 20. Misericordia et veri
tas custodiunt regem et roborabitur cle
mencia thronus eius Et 3 Reg. 17 dicitur
Reges israel clementes sunt Ideo di
cebat ille Artharxerses Cum pluribus
gentibus imperarem et universum orbem

b

mee dicioni subiugassem nequaquam
volui abuti potestatis magnitudine
sed clemencia et lenitate gubernarem
subiectos ut absque ullo terrore vitam
silencio transigentes optatam cunctis
mortalibus pace fruerentur Et quod
Clemencia necessaria est principi deducit
diffuse Seneca in libello de clemencia
ad neronem Unde inter cetera dicit quod prin
ceps clemens vivit optatibus cunctis
quo nichil desiderabilius Unde 3
Reg. dictum est Roboam filio Salo
monis si audierit populum et dicet ei verba
lenia et responderit sermonibus cle
mentibus obedient ei populus cuncto
tempore Et quia contrarium fecit decem partes
regni sui perdidit Et Job dicebat
29. Cum sederem quasi rex circumsta
te me exercitu eram tamen merencium
consolator Bene ergo rex electus Sa
lomoni adequatur in istis quatuor virtu
tibus que in quatuor lapidibus preciosissimis ornatibus dyadema cuiuscumque
principis Ut

- Sapiencie sit | precedat latria
- Cultus | et devocio
- Rectus | prudencia et discrecio
- Tantus | iusticia et equa distribucio
- Virtus | clemencia et compassio

Merito ergo Salomoni comparatur 1 Reg. Salomon erat
iudex sui Et 1 Reg. 2. Salomon
sedit super thronum david patris
sui et firmatum est regnum eius
nimis ¶ Dicebam ergo secundo quod Salomon
excessit regem electum in magnitudine
sapiencie et cognicionis
licet enim rex electus sit sufficienter
quantum ponet ad principem scolare
literatus tamen latinum intelligit loqui
tur et multa eciam ydiomata
novit sicut ytalicum gallicum sla
vonicum ungaricum et Theotunicum
tamen ad scienciam salomonis non attingit

Saloy cum dicat de se ipso eccl.es 1
q precessit sapia oes q ante eum fue
runt in ierlm unde disputavit
a cedro q est in libano etc. Secundo
excessit in plenitudine pecunia
rie possessionis Fuit enim valde
dives sicut enim dicat de se ipso eccl.ne
2 et 3 reg. 10 d[icitur] q temporibus suis
argentum in ierlm nullius precii erat
Et subdit q fecit Saloy in tanta
habundantia esset argenti quanta la
pidum Et 2 par. 9 Nec argentum
in diebus Salomonis pro nichilo
reputabatur Et subdit Magni
ficatus est Saloy super oes reges terre
pre divitiis et gloria Iste autem ut vi
demus est ita pecuniosus Et circa
no animum 1 par. 22 legitur q
david rex reliquit Salomoni
filio suo in expensas domus dni
auri talenta centum milia et ar
genti mille milia Talenta autem eris
et ferri non est pondus Credimus
autem q rex Boemie pre nimia clemen
tie liberalitatis fuit q potius de
bita q tanta talenta sibi dimisit Sed
nunc propter hoc presumat adversarius quod
indubitanter tenemus q hec oia adicien
tur sibi Mt. 6 Querite primum regnum
dei Tercio excessit Saloy in am
plitudine familie et ordinationis
unde 3 reg. 10 d[icitur] Cum videret regina
sabba sapientiam Salomonis et do
mum quam edificaverat et cibos
mense eius et habitacula suorum et or
dines ministrancium vestesque eorum et
pincernas et holocausta que offe
rebat in domo dni non habebat ultra
spiritum Sed 4o excessit in dulcedine
quiete et pacifica gubernacione unde
ut d[icitur] eccli 47 Saloy imperavit
in diebus pacis Unde 1 par. 22 d[icitur]
Ecce Saloy fuit vir quietissimus et

requiescere eum faciam ab omnibus inimicis
suis per circuitum Et ob hanc causam paci
ficus vocatus est et pacem et ocium
dedit israel cunctis diebus eius Iste
autem iam habet adversarium sicut david
habuit Saulem illum scismaticum he
reticum et scismaticum manifestum Sed con
fido in domino quod ita erit de eo sicut
de david et de Bavaro sicut de Sau
le et domo eius Unde 2 reg. 3 d[icitur] q facta
est longa certatio inter domum david et do
mum david et domum Saul David
proficiens et semper se ipso robustior domus
autem Saul decrescens quotidie Et
notate q licet Saloy in pace regna
vit david autem semper et in bellis et in
sanguine non tamen propter hoc fuit quin da
vid fuerit Salomone sanctior Immo
frequenter deus multa aliquorum temporibus
permittit ut sit eis sicut est virtus
ita et occasio salutis Sicut declarat
Bernhardus in laude de nove milicie templi
de Civitate sancta ierlm quam totiens per
misit deus impugnari Unde de filiis israel
d[icitur] Judith 3 Dimisit eis dns
aliquas vicinas regiones alienige
narum ut erudiret in eis ierlm ut
bella adiscerent et haberent consuetudi
nem pugnandi Et deut. 7 d[icitur] Ipse
paulatim consumpsit illas gentes et
